…u MEO BENEDICENTE

[illegible]

Ciuesi

RHENVS. | DANVBIVS.

NEPTVNVS | AEOLVS.

IOANNIS GRYPHIANDRI
ICTI
DE INSULIS Tractatus.

EX ICTIS, POLITICIS, HISTORICIS, et Philologis collectus.

Ut omnibus hisce usui esse possit in quo Plurimæ cognatæ quæstiones de Mari, flumminib., Lacubus, Littoribus, portubus, aquæductibus, aggeribus, navigationibus, alluvionis alveiq. incremento etc. excutiuntur.

ALBIS | VISVRGIS

COLOSSVS

[redacted].



7

ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO COMITI AC DOMINO, Dn. ANTHONIO GVNTHERO, COMITI IN Oldenburg & Delmenhorst, Domino in Iehueren & Kniphausen, &c. Domino suo clementissimo.

CVm omnium sapientum præcepta ac iura ciuilia vnumquemq; suæ Reipubl. prodesse & inseruire velint: propterea enim partui faueri scripsit Vlpianus ICtus, quod non tantum parenti, cuius est, verum etiam Reipubl. nascatur: tum maxime ad patriam illud accommodant, quippe cuius obsequiis non minus ac parentum ius naturale, hoc est, ipsa nascendi conditio, à primis incunabulis nos adstringit. Hæc enim terra parens, cum nascentes excipiat, natos foueat, senes sustineat, quod Plinius ait, non solum in sui amorem singulari quodam fascino nos pellicit, vt etiam Vlysses quamuis prudentissimus optarit, iuxta Poëtam:

Fumum de patriis posse videre focis:

Sed etiam ad omnis generis officia cognationis iure

(2) ob-

obligat. Triplex autem patria vulgo statuitur: Primò communissima per totum terrarum orbem patet, vbicunque sedem rerum fortunarumq; nostrarum collocamus. Sic enim viro forti & sapienti patria est, vbicunque animo est benè. Altera communis imperium nostrum Romano-Germanicum cōprehendit, eiusque fidei, & obseruantiæ omnes imperii ciues obstringit. Eoq; est, quod Roma communis nostra patria in iure ciuili appellatur. De qua Auson.

Hæc patria est, patrias sed Roma superuenit omnes:

Quod hodie, ex quo Imperij Romani ἀξίωμα trans Alpes ad Germanos commigrauit, ad nostrum vsum ita accommodatur, vt Roma esse dicatur, vbicunq; est curia Imperatoris. Hoc est, vt eo vsque communis patriæ amor extendatur, quo vsque maiestas & iurisdictio Imperij Germanici exauditur. Vltima appellatio restrictior ad hanc oram Frisiæ & Saxoniæ pertinet, cuius regimen Cels. T. hereditario iure diuinitus traditum est. Quamuis vero propioris patriæ vinculum semper sanctius & antiquius sit, quā remotioris, adeo quidem, vt etiam patriæ potestati præualeat, quia publica salus priuatæ merito præfertur: tamen eò dignius est boni ciuis officium, quo pluribus id prodest, & non solum nostræ, sed etiam communis patriæ, imo totius ciuilis societatis emolumen-

lumento militat. Atque hic quoque eorum, qui ad scribendum se conferunt, finis esse debet: ita tamen vt ICtus iustitiam, Historicus veritatem pluris faciat, patriæque commodis semper præferat. Ipse Politicus, licet vtilitatem suæ Reipub. vnice ob oculos habeat, ad eamque cynosuram omnes actiones suas dirigat: (debet certè) tamen non nisi salua existimatione, honestate & pietate eò descendit. Quæ enim facta lædunt pietatem, honestatem, adeoq; contra bonos mores sunt, ea nec facere nos posse existimandum est, ait grauissimè Papinianus ICtus. Neq; aliud à bono ciue requiritur, ne quidem vasallo aut subdito. Itaque malè audit Ioannes Bodinus Gallus, quod putauit, licere Historico patriæ suæ commodo etiam per mendacia inseruire. Quo nihil viro graui indignius: cum mentiri non more ciuitatis, sed natura fœdum sit: aut ab officio Historici alienius dici potuit, quippe qui remoto veritatis proposito, Historicus esse desinit, ac nugator, fabulator, adulator, vel si modestius cum ipso agatur, poëta aut panegyrista esse incipit.

Cum igitur, Illustris & Generosissime Comes, Domine clementissime, ex communissima & ciuili patria, hoc est, ex inclyta Academia Ienensi, in qua Professoris publici munus aliquandiu sustinueram, in hanc propriam & natiuam patriam ante annos ali-

 quot

quot vltrò me receperim, atque quæstiones maritimas apud nos quidem frequentes & cottidianas, à paucis tamen Doctoribus ex professo tractatas animaduerterim: existimaui me non ingratam operam patriæ nauaturum, si illi tractationi manus admouerem. Eum laborem, licet amore patriæ vicinarumq; regionum potissimum susceperim: in eo tamen ita me versari oportuit, vt maiorem veritatis & iustitiæ rationem haberem, quàm vel patriæ, vel Imperii Romani, cuius tamen vtriusque obseruantiæ multum me debere lubens profiteor. Atq; hunc finem ex amussim mihi propositum fuisse sanctè testor. Quem si non vbique fortè assecutus sum, non debet priuata mea opinio iuri publico quidquã derogare, veritative ac iustitiæ vllum præiudicium creare. Scitum enim est illud Pauli ICti: sub auctoritate iuris scientię sæpè perniciosè errari. Neq; ego, vt maximè hac in parte velim, hominem dedidici. Itaque si quid eius generis inest, id pro non scripto haberi postulo. Cæterum cum vsu ab antiquo receptum sit, vt scripta nostra potentis patroni patrocinio aduersus inuidorum maleuolentiam muniamus, illiq; nos commendemus: Cels. T. fores sine ingratitudinis nota præterire nec potui nec debui. Cui enim Principum opus bono patriæ susceptum potius offerrem, quam illi, qui Patriæ Pater iure meritissi-

tiſſimo audit? Cui tractatum de Inſulis inſcriberem, quam, qui verbo Homeri: πολλαῖς νήσοισιν ἀνάσσει, hoc eſt, multis inſulis imperat? Cui res maritimas cenſendas præberem, quam illi, cuius prouincia à mari fluminibuſque aſſiduè verberatur, infeſtatur, alteratur, alibi augetur, alibi minuitur? Denique cui potiſſimum ſtudia & obſequia mea probarem, quam illi, à cuius principali liberalitate ſtudia mea multum incrementi ſumſerunt, ipſiuſq; beneficiis cottidie fouentur, & ſub tutis clementiis patrocinij alis deliteſcunt? Accipiat ergo Celſ. T. more ſuo laudabili ſerena fronte hoc quidquid eſt munuſculi litterarij, illudq́; non tam ex magnitudine ſua, quam ex meo offerentis vobis patriæq; inſeruiendi cupido animo æſtimet, & contra inuidorum morſus & ſugillationes noſtro æuo nimium frequentes in tutelam recipiat, meq; meoſq; impoſterum eadem, qua hactenus, gratia & clementia complectatur. Quod vt facere Celſ. T. non grauetur, obnixè, ea qua poſſum ac debeo animi ſubiectione peto. Interea Deus Opt. Max. Celſ. T. diutiſſimè patriæ ſuperſtitem, & veræ religionis cultu, tranquilli & moderati regiminis laude, virtutum cumulo, pacis dulcedine, omniſq; felicitatis principalis abundantia florentem conſeruet, ipſiuſque diuturnitatis memoriam in æuum relinquat: à Patria noſtra clades omnes tam bellicas,

quam

quam marinas, & si quæ sunt aliæ, clementer auertat, damnaque & decrementa, quæ ab aliquot nunc seculis patitur, saluberrimo accessionis incremento vbertim resarciat. Quod ex intimo cordis affectu supplex voueo optoque. Dabam Oldenburgi ex musæo meo pridie Eidus Februar. Anno Christi M. DC. XXIII.

Cels. Tuæ subiectißimus

IOANNES GRYPHIANDER D.

IN

PRÆFATIO AD BENEVOLVM LECTOREM.

SVMMARIA.

1 Commendatio operis ex triplici caussa.
2 Necessaria praxisque tractanda.
3 Vtilitas proximum locum occupat.
4 Vtilitas in pecunia numerata consistit.
5 Doctrina ingenuorum hominum necessaria.
6 Hominis indocti vilitas.
7 Artes aliae aliis vtiliores.
8 Artificum varia differentia.
9 Vtile vulgo ex quaestu aestimatur.
10 Iurisprudentiae studium fructuosum.
11 Maxime praxis.
12 Quantitas salarij Aduocatorum.
13 In Principibus liberalitas commendatur.
14 Doctorum iactantia de lucro patrocinij.
15 Maxima pars discit propanis lucrando.
16 Titulus de acquirendo rerum dominio auro plenus.
17 Labores & studia praemio remuneranda.
18 Stipendium non debet esse auctoramentum seruitutis.
19 Iurisprudentia res sanctissima.
20 Sordes ICtum dedecent.
21 Auaritia mater omnium malorum.
22 Causidicina vituperia.
23 Hippocratis optima sententia.
24 Vtilitas in iure popularitèr accipitur.
25 Theologia omnium Facultatum praecipua.
26 Controuersia ICtorum & Medicorum de prioritate.

27 *Aduocatorum ampla stipendia.*
28 *Medicorum ampliora.*
29 *Philosophi quandoque diuites.*
30 *Liberalitas in indignos collata virtus non est.*
31 *Præmiorum inæqualitas.*
32 *Vera vtilitas scientiæ.*
33 *Iurisprudentiæ finis.*
34 *Fontes iuris inspiciendi.*
35 *ICti veteres etiam Philosophiæ studiosi.*
36 *M. Aurelius Imp. Philosophus dictus.*
37 *ICtus præsupponit Philosophum.*
38 *Artes Philosophicæ quatenus in iure Canon. reprobentur.*
39 *Iurisconsulti meri speculatiui minus laudantur.*
40 *Impp. speculatiui vituperantur.*
41 *Cognitio artium à quibus requiratur.*
42 *Aduocatus artium imperitus esse non debet.*
43 *Sobriè & modicè philosophandum.*
44 *Voluptuaria studia παρέργως addenda.*
45 *Superuacua addiscenda non sunt.*
46 *Inutiles quæstiones susque deque habendæ.*
47 *Studiorum vtilitas pro qualitate personarum variat.*
48 *Poetarum lectio aduocatis parum vtilis.*
49 *Item Astrologiæ cognitio.*
50 *A Doctore legente & scribente plenior cognitio requiritur.*
51 *Magister esse non potest qui non fuit discipulus.*
52 *Puritas Latini sermonis à Iurisconsulto requiritur.*
53 *Vt & Græcæ linguæ aliqualis peritia.*
54 *Accursii glossatoris inscitia.*
55 *Barbaries Iurisconsultum dedecet.*
56 *Accursius senex iuris studio se applicuit.*
57 *Accursii etymologia fallax.*
58 *Ceruottus filius Accursii patre indoctior.*
59 *Doctores sine legibus.*
60 *Historiarum cognitio interpreti necessaria.*
61 *Doctorum ἀνιστορησία turpis.*
62 *Pauli Castrensis lapsus.*
63 *Historiarum lectio aduocato non obest.*
64 *Iurisconsulti etiam Historici.*
65 *Iacobi Cuiacii laus.*

66 Alberici de Rosate laus.
67 Alberici Gentilis iudicium ineptum.
68 Ars non habet osorem nisi ignorantem.
69 Doctorum disceptatio de præcedentia.
70 Doctores legentes & scribentes præferuntur practicis.
71 Tractatus de insulis an sit necessarius?
72 Lites de incrementis fluuialibus Romæ frequentes.
73 Item in Italia & Gallia.
74 Maxime in Frisia & oris maritimis.
75 Aduocati rerum maritimarum rudes turpiter se dant.
76 Maris tractatio profunda.
77 Bartoli de Saxoferrato tractatus Tiberiadis.
78 Translatus in vernaculum sermonem à Noe Meurero.
79 Bartoli fœtus an genuinus?
80 Caussa impulsiua scriptionis Bartoli.
81 Bartoli fictiones.
82 Eiusdem ἀνιςορησία.
83 Mare Tiberiadis à Tiberi flumine diuersum.
84 Bartolus leui brachio materiam amplissimam percurrit.
85 Baldus in Philosophia Bartolo eruditior.
86 Bartoli auctoritas in iure.
87 Veterum opiniones reprobare licet.
88 Furti litterarii multi Dd. rei aguntur.
89 Dd. dicta in specie alleganda.
90 Ab aliis discere, pudor non est.
91 Imbecillitati humanæ multa condonanda.
92 Pro diuersitate lectorum scriptatem peranda.
93 Multa quæ non prosunt, etiam non obsunt.

VI gratiam operi suo conciliare nituntur Auctores, ne illotis mani-
bus materiam aggrediantur, *monitu Caii Iurisconsul.i in l. 1. ff. de O. I.*
eam plerumque à † necessitate, vtilitate ac iucunditate commendant 1
secuti ordinem impensarum, *in l. 1. ff de impens. dot. l. 79. de V. S.* Neque
enim alia quã † necessaria tractari vult Vlpia. Iurisconsultus *in l. 1 in* 2
pr. de susp. tut quorum vsus sit frequens & necessarius in Republ. *l. 1. in*
pr de appell. Proxima est euidẽs † vtilitas, *in l. 2. de const primo.* quæ tam manifeste in o- 3
culos omnium incurrat, vt nulla egeat commendatione, *l. 1. de rest. in int. l. 1. de exerc.*
act. Qualis vtilitas vulgi opinione, vel in manupretio ac pecunia numerata † cõsistit, 4
l. 1 78 de V. S. vel in certa spe lucri euidentis, *l. 7 l. 11. de hered. vend.* Quo loco doctri-

na puerorum habetur, *d.l.79 § 1.de V.S.l.21.de alim leg.Gothof.in l.44.de V.O.* quippe qui propter artificium multo pretiosiores fiunt, *l.28 l.29.de R.V.* Quod tamen de seruilibus ac illiberalibus ingeniis in iure ciuili statutum, ad nobiles & ingenuos
5 pueros trahendum non est, quippe quorũ † institutio inter necessarias impensas
6 numeratur, *in l.6.§ 5.de Carbon.ed.ct.* Est enim homo indoctus mortuo† similis. *l.29. C.de testam.* ac sine doctrina & virtute sæuissimum immanissimumque animal, *Arist.1.pol.2.* Imo rudes & imperiti non sunt homines, sed imagines hominum, *vt ex Panorm. deduxit Ioh. Neuizan in sylu.nupt.lib.1.n.13.* Atque hoc, cum apud omnes
7 cordatos inconfesso sit, tum illud potissimum in dubium venit, vtra ars altera† sit vtilior & fructuosior quando earum plura sunt genera. *Senec.epist.88.Cicer.1.offic. n.*
8 *30 l.203.de V.S.l.28.de R.V.l.43.in fi.de act.emt* Et inter artifices longa differétia † est, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, *l.31.de solut.l.26.§ 12.de cond indeb.* eorumque diuersa æstimatio, *l.1.§.5. C.de com.seru. manu. l.16. §.fin.de oper.liber.* Vnde Iuuenal. *saty. 14.*

Plurimum enim intererit, quibus artibus, & quibus hunc tu
Moribus instituas &c.

Maxima pars hominum hic quoque vtilitatem ex quæstu metitur†, ample-
9 ctens disciplinas illas quæ, verbo Baldi sal & piper in culinam afferunt. Maxime
10 iurisprudentiam, quia iura optant ditare † sapiétes, *c.de multa, extra de præbend. Paris de Puteo in tract.de Syndic.verb. assessor vers.p...fi...* Neque leges quemquam in paupertate viuere permittunt, *Nou.1.Neuiz. lib.1.sylu.nupt.n.49.* Qua de re sic sentit Damhoud. *in pract. crimin quem refert Ioh.Bapt.Magon.in tract.de aduocat c.61.n.4.* Aduocatoriatus & procuratoriatus compendiosum officiũ tantum multis confert lucri
11 vt eius spe non pauci alliciantur, vt suos liberos eo libentius iurium studiis addicere velint cognoscentes eorum praxin† & peritiam annuum certumque culinæ parare prouentum imo certiorem, quam quiuis Reip. stilus alius. Eoque argumento penetrabili caussas feudales, quippe quæ inter Principes Barones ac nobiles potissimum ventilantur. *Zas.in prælud feud. Schneid in tract feud. in pr.* studiosis commendat Pet.Rebuff. *in tract.de decimis feud.ai.in pr.* di ens, quod ex scientia materiæ feudalis oriantur nummi, qui transeunt in bursas aduocatorum, adeo, quod vnus casus quan-
12 doque sufficiens sit, ad eum ditandum, si ei commode accidat. Neque enim in† his obseruatur summa 100. aureorum, quam aduocatus pro patrocinio vnius caussæ à clientulo suo licite exigi *l.1.§.12.de extraord. cognit. Tiraq de nobil.c.29.Ioh.Bapt.Magon d lo c.8 n.10.* quos tamen valore pecuniæ excurrente pinguius computat Alciat. *3.dispunct.* sed à principibus etiam grandior summa obtinetur, sicuti in curia Gratianopolitana aduocati alicuius heredibus centum & mille florenos auri pro aduocatura adiudicatos refert Guido Papæ. *decis. 190.* Quem tamen casum hodie sabbatinum dicere licebit. Ciceroni nemo ducéntos, nũc dederit nũmos ait Iuuenalis sat.7
13 Nimirum, quia principibus † aurum contemnere præstat fortunę fastigium. *Nou. 15.c.2.*

*tos.c.2.*Et donare est actus nobilitatis *c.1.extra de donat.* ſque adeo,vt ex liberalita-
te cognoſcatur nobilitas, ſicuti ex tenacitate ruſticitas, *Ne. in lib.4.ſylu.n.129.* Et no
biles debent ſe oſtendere potentes ad donandum *gl in iuris Saxon art.52. lib.1* Landr.
Hinc audias gloriari Doctores,quantum lucri ex cauſſæ alicuius victoria conſecu-
ti ſint,vt ſatis fiat verſiculo:

Ex aliis paleas,ex iſtis collige grana.

Nimis exile eſt,quod ſcribit Neuiz *l.b.1.ſylu.n.56.*ſe obtinuiſſe, quod † ſpurius 14
etiam heres inſtitui poſſit à patre Palatino,& lucratum eſſe ex ea cauſſa 15.ducatos.
Audiamus Raphaelem Cumanum,qui retulit ſe viuavoce ex Baldo audiuiſſe,
quod ex ſola ſubſtitutionum materia lucratus fuerit in conſulendo plus quam 15.
millia ducatorum. Quod menti tenendum monuit Alexand. *in rubr. de vulg. & pup.
ſubſtit* Cuius præfatio tantum valuit,quantum vllius oratoris exordium ad conci-
liandam auditorum attentionem,teſte Fr.Hotoman.*in præfat.conſil.ſuor.* Pauci ſunt
ſimiles Andr.de Iſernia qui *in c.1.§.hoc quoque.de ſu.ceſſ.feud.*ſcribit, ſe in reſponden-
do,non pecunias,(quod plerique conſultorum faciant)ſed potius propriæ animæ
ſalutem pro obiecto habere, *referente Hartm.Piſtor.lib.2.q.1.n.57.* Neque enim paupe-
res ſolum diſcũt † pro pane lucrando, *iuxta Ioh Fabr.in proœm.I.ſt.n.1.* ſed etiam lau 15
tioris fortunæ hominibus titulus de acquirendo rerum dominio apprime cordi eſt,
quippe de quo verius dicere poterat Alex.de Imola, quam de regulis iuris, quod is 16
titulus ſit aur. † & honore plenus Sane dignus eſt operarius mercede ſua, *Natta in
conſ.326 quem refert Magon.in de iſ.Florent 12.n 4.*ac ſtudia & labores præmiis † ornari 17
fas eſt *c.tibar tat m.c.eccleſiaſticus,12.q. .Hippo y .Marſil.n ſing 693.Spe.ul.tit.de ſalario.§.
ſequitur,n.10.*Et nemo tenetur gratis inſeruire.*l.4.ait,de poſtul c.non licet, 11.q.3.c.non
ſane,14 q.5.*ſed qui altari ſeruit debet viuere de altari.*c.30.extra de præbend.*Alioquin
equus male paſturatus,male ambulat,*Ioh.de Platea in l.animalia,C de curſ.publ.*Et ſi nõ
bene ſatisfiat aduocato,nõ poteſt is bene ſtudere.*Cardin.in cle.1.de reliq & ven.ſanct.
col.10.*Neq; iudices,neq; aduocati abſq; cõſpicillis ſcripturas videre poſſunt,*Io. Bapt.
Magon.d.c.8 n 23.*Sed tamen ita,vt pretium operæ artis ſit leuamentum, ſiue vt alij
legunt,hoſtimentum.*l.52.§ 2 pro ſo.io.Forcat.in Necyom.dial.95.*nõ † auctoramentum 18
ſeruitutis, vt de mercenariis artibus ait Cicero.*1. offic.* Eſt enim ciuilis ſcientia res
ſanctiſſima,† quæ pretio numario dehoneſtari non debet.*l.1.§.5.de extra.cogn.*Quod 19
quoties contingit,exinde naſcuntur ſordes,quæ vt accepta pecunia contrahuntur,
*l 1.§.2.de mag ſt.conu.l.1.§.vlt.mand.*ita Iuriſcõſultum † ac virum bonum dedecent,*l.* 20
26.§.4 ex quib.cauſſ l.3 §.ult.9 §.3.de recept.arb. Neque enim poteſt hic appetitus lu-
crandi non in auaritiam inclinare, quæ † mater eſt omnium malorum, *Nou.8. in fi* 21
princ.Rutger Ruland.lib.1.de commiſſ.n.24.per tot.Ioh.Baptiſt.Magon.de aduocat c.78. Quid
enim non

Auri ſacra fames mortalia pectora cogit?

*l.31.C.de epiſc.& cler.*Quo fit vt à nonnullis tota cauſidicina damnetur,† quod Co- 22

 lumella

lumella *lib.1* caninum ſtudium ac conceſſum intra mœnia & in ipſo foro latrocinium appellauit. *Cœlius Rhodig. lib. 28. ant'q. lect. 9. Iuſtus Lipſ lib. 2. po'it. 11 Henricus Gebbard. de prin ip. iuriſpr. concl. vlt. P. Greg. Tholoſ. lib 2. de Rep 6 n. 16.* Id autem non arti neceſſariæ in Republ. ſed hominibus illis impu'andum, qui *verbo Ariſtot. 1 pol. 9.* liberales artes
23 χρηματιστικὰς faciunt. Longe alia mens Hippocratis Coi † medici doctiſſimi *vt vocatur in l. 12. de ſtat. hom* qui in epiſtola ad Abderitanos *ſect. 8.* aurum mihi per vim non obtrudite, inquit, ſed liberæ artis libera eſſe ſinite opera. Qui autẽ mercede operas ſuas locant, hi ſcientias tanquam ex priore libertate mancipio dantes ſeruire cogũt
24 &c. Ac licet vtili:as in iure noſtro † populariter & ex communi hominum vſu ita accipiatur, per quam damna rei familiaris auertuntur, lucra autem promouentur *l. 21. §. 3. de act. emt. l. 9. §. 8. ad exhib. l. 63. ad L. Falcid* tamen artes & diſciplinæ eodem
25 pretio vænire non debent *d. l 1. §. 5 de extraord. cog.* Alioquin † Theologia cui primus merito conſeſſus datur, *Arniſæ. 1. polit. 13.* ad inferiora ſubſellia detruderetur, quando iuxta vulgatum verſiculum, proh do'or

Pon'ificat Moiſes cum ſacco per ciuitatem.

26 Inter Iuriſconſult's & Medicos reſu'citaretur † cõtrouerſia de præcedentia: *de qua Tiraq. de nobil. c. 31. n. 359. N. u 2 in ſylu. nupt. lib. 4. n. 31. & lib 5. n. 74* quæ nunc pervſum deciſa eſt, ex quo vix conſtat vtrorum facultas magis ſit quæſtuoſa. Quæ cauſſa eſt cur notus verſiculus *gl in proœm ff.*

Dat Galenus opes, dat Iuſtinianus honores:

ab aliis ita inuertatur:

Iuſtinianus opes, nunc dat Galenus honores.

27 *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. ciuil.* Et ſicut aduocatorũ † nonnulli ampla ſtipendia me-
28 ruerunt, *de quibus Tiraq. d lo. c. 29.* ita & Medicorum ampliora † quoque apud eundem legimus, *in d. c 31.* Habuere enim annuatim 250. H. S. *Plin. lib. 29.* quæ faciunt, iuxta Budæi computationem 6250. aureos. Sed Ludouici XI Francorum Regis Medicus menſtruum ſtipendium decem mille aureorum percepit, *Comin. lib. 10. comment.*
29 Philoſophi quoque quamuis † cõtemtores diuitiarum videri velint *l. 8. §. 4. de vacat. mun l. 6 §. 7. d. excuſ tut.* tamen ſæpe profeſſio & deſiderium eorum inter ſe pugnat. *l. 6. C. de muner. patrim.* Vt propterea & tales barba & pal io tenus Philoſophi cre liti. *l. 1. §. 1. & ibi Goth. de I & I. Lactant. 5 de inſtit. 2.* Ita Senecæ obiectum, quod intra quadriennium regiæ amicitiæ ter milli.s HS. parauiſſet. *Tacit 13. annal. Plura de huiuſmodi exceſſibus vide apud Tholoſ. lib. 7. de Rep. 7.* Antigonus, Macedonum Rex Chœrilum poetam quottidie minis 4 hoc eſt coronatis 40. donauit, *teſte Athenæo.* De quamunificentia in alios poetas collata v. *Reinec. in ſyntag hiſt. Iul. pa t. 9. fol. 34* Quę vti momentanea potius eſt, quam perpetua, ita in ipſos quoque ludicrarum ac ſordidarum ar ium miniſtros ſæpe collata, quales ſunt coqui, pantomimi, venato-
30 res, pugiles, paraſiti, aliique ſcurræ, quibus donare vi ium magis eſt, † quam virtus. *c. donare, diſt. 86.* Extat hac de re lepida ſententia *apud Diog. Laert.* Pone coquo

quo minas decem, medico drachmam, assentatori talenta quinque, consiliario
fumum, meretrici talentum, Philosopho triobolum. Ita Nero in Cytharœdum in-
signiter liberalis fuit, *Suet. in Nero c. 30.* Et Antonius coquo magnatis cuiusdam æd. s
largitus est, quod cœnam lautissime parasset. *Plut. in Anton.* Eoque Martia *lib. 5. epig. 58.*
Lupo cuidam dissuadet, ne filium artes liberales, sed pecuniosas doceri curet. Hinc
quam non sit satis tuta studiorum æstimatio ex lucro cordati intelligunt. Itaque a- 32
lia & solidior inquirenda est vtilitas † scientiæ scilicet, quæ ad vitam humanam siue 33
publice, siue priuatim conducat, *Ioh. Faber in proœm. Inst. in pr.* Hic enim finis † est iuris-
prudentiæ, vt homines bene & honeste viuant, neque animas suas perdant. *Nou. 77.*
in pr & c. 1. §. 1. l. 10. de I. & I. §. 3. Inst. eo. Cic. 1. off. n. 5. Vt sic vtilitas honesto temperetur. *l.*
42. de rit. nupt. l. 197 de R. I. Henric. Gebbard d. lo. concl. 16. Quod sine sapientia non con-
tingit, *Sapi. 7. & 8.* quæ ita ex iurispru. hauritur, si non negligantur fontes, ex quibus 34
illa cõflata est, nẽpe † Philosophia *d. l. 10. §. 2. de I. & I. Henric. Gebbard d. lo concl. 6* Quo
nomine iurisprudentia denotatur, *in l. 11. C. de his qu b. vt indig.* Est enim tardi in-
genii riuulos consectari, fontes rerum non videre, *ait Cic. 2. de orat. P. Fred. Mindan.*
lib. 1. de process. Cam. 4. Et leges non dedignantur sequi sacros canones. *c. 1 extra. de nou.*
oper. nunc. gl. in princ. dist. 10. §. hinc colligitur. Hoc est, sacram Theologiam, de cuius prin
cipiis iuri ciuili immixtis *v. Gebbard. d lo. concl. 5.* Et Philosophiæ quidem non solum
veteres † Iurisconsultos se professores indigitare nõ puduit, *d. l. 1. ff. de I. & I.* & Philo- 35
sophorum dicta & sententias allegare. *in l. 2. de ll. l. vlt. de nund. l. Cicero. de pœnis l. 36. de*
solut. & puss. eorumque nomine appellari, vt Sempronius Sophos, Attilius Sapiẽs,
l. 2. §. 37. & seq de O. I. sed etiam ex Impp. nonnulli hunc titulum lubentes vsurpa-
runt, vt M. Aurelius Antoninus Philosophus, † in tantum studio Philosophiæ de- 36
ditus, vt etiam Imp. designatus, tamen ad domum Apollonii discendi caussa
veniret, *Capitol. in M. Aurel.* Vnde etiam Princeps Philosophiæ plenus dicitur *in d.*
l. 11. C. de his quibus vt ind. item φιλοσοφώτατος, in l. vlt. C. de repud. Philosophissimus, *in*
Nou. 22 c 19. item religiosissimus, *l. 5. C. de repud.* eoque merito sanctissimus & nobi-
lissimus. *l. 3 ff. de nat. rest.* Hanc ergo Philosophiam non discere debet † Iuriscon- 37
sultus, sed didicisse, *vt ait Seneca epist. 88. Gœdd. ad rubr. de V. S. n. 12.* si quidem titulo suo
satisfacere, ac rerum diuinarum ac humanarum notitiam præseferre velit, *d. l. 10. in*
fi. & ibi Gothof de I. & I. Neq; nos moueat, quod artes † Philosophiæ alicubi in iure Ca 38
nonico reprobãtur. *in c nonne dist. 37.* Id enim ad abusum pertinet eorum qui specu-
lationibus dediti, ea quæ didicerunt ad vsum non transferunt. Quod à Iurisconsul-
to maxime alienum est, quia Dd actu † non legentes vel postulantes nomine tenus 39
tantum Dd. sunt, *Ioseph. Ludou decis. Rot. Lucens. 6. n. 3* adeo, vt nec aduocatorum pri-
uilegiis gaudeant. *Menoch. de arb. iud. quæst. cas. 379. n. 12 lib. 2.* Ac reprehendit Se-
neca *ep. 107.* Quemadmodum omnium rerum, inquit, sic literarum quoque in-
temperantia laboramus. Non vitæ, sed scholæ discimus. Tam diu in istis immoran-
dum est, quamdiu nihil animus agere maius potest. Rudimenta sint nostra, non

opera

40 opera inquit idem *in epist. 88.* Media non finis *Arist. 1. pol. 8. & 9.* In quo cum Principes quoque peccarint,† vtpote nimium Philosophiæ dediti, neglecta cura imperij, male audierunt. Vt Iulianus Imp. Græculus litterio dictus, *Marcell. lib. 17. Lips. in not. ad 1. polit. 17.* Eodem nomine & Vlpius Traianus appellatus, quod Græcis literis impensius eruditus esset, *Aurel. Vict. in Adria.* Cæterum cum litterarum peritia à
41 iudice† requiratur, *l. 14. §. 1. C de ind. Hotom illust. quæst. 26. Vult. 1. discept. schol. 8* maxime delegato, *Specul. tit. de iud. deleg. §. excipi potest, n. 7. Ruland. 1. commiss. 13, n. 4.* neque ea carere consiliarius possit, *Hippol. à Collib. in consil. Cic. de clar orat Lips 3. pol. 4.* neque orator, *Cic. de orat.* neque legatus *Octau. Magius in legat. lib. 2. c. 1.* imo neque Princeps ipse, *Lips. 1. pol. 9.* quomodo aduocatus, qui perfectus esse vult, hisce subsidiis carere
42 posset? Neque enim imperitus† aduocatus esse potest: *Zas. con. 76 n. 7.* sed si quis talis est, sub nomine aduocati non comprehenditur. *gl. & Bart in l. 2. de postul. Specul. ti. de aduocat. §. post hoc autem Ruland. lib. 1. de commiss. 13. n. 5 Ioh. Bapt. Magon. de aduocat. c. 3. n.*
43 *6.* Interim in hisce omnibus Neoptolomi sententia obtineat: Philosophandum† est paucis; nam omnino haut placet, *apud Gell. lib. 5 noct. Att. 15.* Quam in Iurisconsulto probat *Alciat. lib. 4 de V. S. n. 1.* in Legato Kirchner *de legat. lib. 1 c 4. n. 22.* in Principe *Lips. d c. 10. & ib. in not.* Quo pertinent præcepta *Hesiod l b. 4. μέτρα φυλάσσεσθαι.* Vlpiani *in*
44 *l. 6. §. 3. de off. præs. ὅτι πάντα ὅτι πάντοτε* Leonis *in Nou. 1.* Ne quid nimis. Ad voluptatē referri† possunt studia illa, *in c. 2. dist. 37.* quæ & dū quærūtur oblectamēto sunt, & quęsita vsui. Nā etiam quod discere superuacuū est, prodest cognoscere, *ait Senec 6. de benef. 1.* Et voluptas vel vtilitas taliū disciplinarū in post principiis existit, *vt M Varro di*
45 *celat apud Gell. lib. 16. c. 18* Quiuis enim demētia sit superuacua† addiscere in tāta temporis egestate, *secundū eundem Senecā, quē allegat Faber in d. proœm. Inst* tamē id de *ματαιοτεχνία*, aliisq; stultis quæstionibus intelligendū est, quas neq; scite cōpendiū, neque ignorare detrimentum est vllum *iuxta Vincent. de vita spiritual. c. 2.* Quales sunt Grammaticorum argutiæ, de quibus Didymus quidam 4. millia librorum scripsit, *teste Senec epist. 88 in fi.* Quibus Tiberius Cæsar plurimum delectatus, *Suet. in Tiber. c. 70.*
46 Et apud ipsos Iurisconsultos huiusmodi† occurrunt, quæ vel ἀπορίαν nullam, vel vsum non habent, *l. 27. de testam.* Quotum dubitationem vanam & cauillosam vocat Tiber. Decia *resp. 97. n 47. vol. 2.* Exempla aliquot vide apud Hering. *de fideiuss. c. 10. n.*
47 *102.* Cæteroquin quædam per se vtilia sunt, licet† huic vel illi professioni parū prosint *d. c. 2 dist. 37. c. cum multa dist. 86.* Neque enim quisquam, *verbo Plinii l b. 8. epist. 14.* tam patiens est, vt velit addiscere, quod in vsu non sit habiturus. Poetarum lectio
48 non pueris† tantum necessaria est, *d. c. 2.* sed maxime politioris litteraturæ studiosis. Quæ tamen Aduocato ad caussæ victoriam parum aut nihil patrocinatur. Quomodo Accursii versiculos incōditos excusat Ioh. Faber *in pr. Inst. de S. C. Orficia.* quod Legistæ regulariter non sint boni metrificatores. * Nisi forte ad probationem allegentur versus vt in contentione de Salamina insula *infra c. 30 n. 11.* Eoque Martia. *14. ep. 219.* causidicum pauperem ludit, quod versus potius scribat, quam caussas agat,

agat,cum ex his maius lucrum facere possit. Astrologiæ vsus† aduocato non 49
magis prodest, quam legato, *apud Kirchn.lib.1.de leg 4 n 25.* adeo quidem, vt
in iure etiam reprobetur. *l.15.§.3 de iniur.l.r.l.5.C.de male. & math.c.illud.26. q.*
2. cum tamen ars mathematica Philosopho maxime sit vtilis, Principibus iu-
cunda, qua etiam Alphonsus Rex Siciliæ, Carolus V. Imp. & alij excelluerūt,
quorum catalogum edidit Henricus RantZouius, in libro singulari. Multa sunt eius
generis, quæ vt aduocato ad caussas agendas nihil prosunt. cui sufficit, si de
testamentis, de glande legenda, de stillicidiis & similibus caussis iūs sciat,
quod Cicero ait, tamen eruditum virum perficiunt. Præsertim ab illo, qui
ad docendum & † scribēdum animum appellere velit, plenior cognitio lit- 50
terarum, & vt Vlpia. vocat, consummata scientia requiritur, quam ab
aduocato, quem ad aliquem modum peritum esse vulgo sufficit, *arg l.19 § 4.*
de ædil. ed. Quomodo enim alios † docere posset, quæ ipse antea non di- 51
dicit? qui lingua prius est, quam anima eruditus? *§.9.in fi.const. Iustin.de ratio.*
& meth.docend. Qui prius est magister, quā discipulus? *c.si clericatus,16.q.1. Specul.*
in proœm.n.19. Miserum certe est, cum fieri magistrum, qui nec dum didicit es-
se discipulus, *gl. in pr.d ſt.48.c.miserum dist.60.* Quod nota contra multos (*in-*
quit Rofred. Beneuent.part.6.rubr.Monachi quibus.) qui volunt volare, antequam
habeant pennas. Nam quosdam scio in regimine docendi positos, de qui-
bus dicitur, de puteo vacuo nihil egreditur. Et multi assumunt iudicaturæ
& aduocationis officium, qui diu studuerunt in illa rubrica: de iuris & facti
ignorantia. Hæc ille. Pertinet huc elegantia Latini sermonis, sine quo
Iurisconsultus respondere † de iure nequit, non tam quod hoc est commu- 52
ne vinculum Europæos commercio litterarum coniungens, *Lipsi.in not ad 1.po*
lit. 10. quam quod ea lingua ius ciuile conscriptum, ex eoque responsa red-
di debent. *l.48.de re iudic.* Sed nec Græci sermonis † prorsus expertem esse o- 53
portet, quando & hic quoque in iure ciuili non vnis in locis occurrit *l. Græ-*
ce de fideiuss.l. blanditus, C. eo. v. Hering. de fideiuss.c.21.n.130. & seq. Admodum enim
rudis sit interpres, si ad Græcum vel versiculum Homeri, quales plurimi oc-
currunt, *vt in const. omnem, de rat. & meth.docend.in fi.§.3.Inst.de emt. & vend.§.1*
Inst.de L. Aquil. vel alium textum, *vt in l.2.de ll.l.vlt fin.regund.l.2.de murd l.20.de fi-*
deicom.lib.&c. commentetur † cum Accursio, *ad §.1.Inst.de d.nat* Hæc Graica 54
sunt quæ nec legi nec intelligi possunt. Multo magis dedecet Iurisconsultū,
si in latino sermone solæcismos † committat, non minores illis, *in c.r.tule-* 55
runt d ſt.4.de consecrat. Quasi scilicet leges non subiaceant Prisciano, vt Baldus
dixit *in cons.33.n.2.vol.1.* cum nec canones Donati imperium agnoscant, *c.13.d ſt.*
38. nec ipse Imp. Grammatico subsit, *Nicodem.Frischl.in orat.de grammat.* Nam
huic scite Pomponius Grammaticus respondit *apud Macrob.l b 6 saturn.7.* pos-
se Cæsarem ciuitatem Roman. peregrinis dare, verbis non posse. Quod di-

dictum alij etiam Phauorino Philoſopho tribuunt, *Alciat. lib. 2. de V.S.nu. 17.*
56 In Accurſio gloſſatore † id non mirum eſt, quippe qui ſenex ad ius ciuile
diſcendum acceſſit, vt huic videatur dictum; amice, tu eris aduocatus in
futuro ſeculo, *Faber in d. proœm. Inſt.* Qui ſi bonas literas præmiſiſſet, etymo
57 ſiue nominis, ſiue potius alluſionis ſuæ ſatisfacere † potuiſſet, quando ſe mul-
tis tenebris iuris ciuilis occurriſſe dicit, *in l. 31. §. 2. verſ. vel ſi in dando ad SC.*
Trebell. Eberh. in top. in lo. 4. n. 7. cum nunc in interpretatione rerũ tam ſæpe ac-
quitens, hoc elogium meruerit à Iohanne Fabro, qui plerumque gloſſas e-
ius exagitat *in §. ſi ducrum. Inſt. de R. D.* gloſſator fuit magnus Legiſta, ſed in a-
liis facultatibus parum videtur noſſe. At alij eius ſequaces cautiores eſſe de-
bebant, ne in eundem lapidem impingerent, cum eorum nonnulli etiã Ac-
58 curſio ſint indoctiores. Qualis Ceruottus † filius Accurſij, de quo ſcribitur,
quod numquam fecerit vnam gloſſam bonam, vſque adeo vt gloſſæ falſæ ap-
pellentur gloſſæ Ceruottinæ *Capoll. in l. 124. de V. S. Alber. Gen. il lib. 2. aduocat. Hi-*
ſpan. 4. Eoque iuſtam cauſſam habuit Nicodemus Friſchlinus & Iuriſcon-
ſultus & Poeta, traducendi rudes & barbaros practicos, ſub nomine Neuiſa-
ni & Barberij. Ex quibus ſatis conſtat, quam male ſibi conſulant, qui lucri cu-
pidine ad ſuperiores facultates ſine humaniorum literarum adiumentis aſpi-
rant. Vnde contingit, quod nec in ſtudio iuris quidquam egregij proficiãt. De
quibus dixit idem *Iohan. Neuizanus*, quod potius aptator calceorum eſſe vel-
59 let quam Doctor † ſine legibus. *Magon. de aduocat. c. 43. n. 6.* Ita Hiſtoriarum †
60 ac antiquitatum cognitio interpreti neceſſaria eſt, *ipſo Iuſtin. teſte in l. 2. §. 10. C. de*
vet. iur. enu. §. 1. Inſt. de teſtam. Qui licet alicubi vetet antiquiora ſcrutari, eo quod
id confuſionem pariat, *in Nou. 21. c. 2. l. 1. in pr. C. de lat. Lib. toll.* tamen gloſſ.
in d. § 1. In. de teſtam. id ita conciliat, quod liceat ſcire & allegare ius correctum
ad declarationem iuris noui, non ad deciſionem cauſſarum. Clarius Iohan.
Fab. *in d. §. 1. Inſt. eo.* bonum eſt, inquit, breuiter ſcire veteris iuris ſcienti-
am, non oneroſam neque prolixam. Illudque notandum contra eos, qui
non ſtudent iura antiqua, ſed correcta negligunt. Vnde & S. Cæcilius *apud Gell.*
lib. 2. N. A. 1. ſuadet Phauorino, ne legum 12. tabb. antiquitates negligat. Ad-
61 modum turpe † eſt Doctori, ſi in principia hiſtorica tam craſſe impingat, ve-
62 luti cum Paulus † de Caſtro *in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. n. 4.* ſcribit, Papinianum
tempp. D. Auguſti vixiſſe, & Antonij triumuiri ſæuitia peremptum. Cum in
tempore vltra centum annos erret. Plura alia cumulauit doctiſſ. Iohan. Lud.
Viues *lib. 6. de cauſſ. corrupt. art.* Quamuis hoc quoque ſtudium non ſit de pane
lucrando, vt conqueritur Iuuen. ſat. 7. Quis dabit hiſtorico, quantum daret a-
cta legenti? Neque audiendi ſunt, qui hiſtoriarum lectionem ICto aut Practi-
63 co † impedimento eſſe contendunt, eo quod Practicus etiam Empyricus lõge
vtilior ſit Reip. quam merus theoricus nolens practicare, *vt habent verba Neuiz.*
lib. 5.

*lib.5.sylu.nupt.n.74.*sit hoc verum, si aduocatus sit piger & somnolentus, cui puluis cecidit supra libros, *verbo Felini in c veniens, col. pen. extra de: testib.* non si Iuliani ICti æmulus, etiam alterum pedem in sepulcro habens, tamen addiscere aliquid velit, *in l.20 de fideicom. libert.* Non si Solonis, cuius symbolum celebratur apud Plutarch:

γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Assidue addiscens ad senium propero.

Hunc enim studia historica † & politica subseciuis horis interposita delectant domi, non impediunt foris, *quod Cicero ait in orat. pro Archia.* Qualis C. Plinius, qui *in præfat. hist. nat.* scribit, se perdium negotiis aulicis vacasse, pernoctem studiis incubuisse. Noui exempli non esse ICtum etiam historica tractate demonstrat Alciat. *in præfat. comment. ad Tacitum.* Ita Cælius Antipater historias conscripsit, *l.2.§.40 de O.I.* Antistius Labeo etiam aliis studiis vacauit. Idem de Seruio Sulpitio & Iauoleno memoriæ proditum. Modestinus periochen in Vergilium composuit & Græce dissertauit *Georg. Eberlin. in d.l.2 c. 52.n.45 de O.I* Et nostro tempore Albericus Gentilis lectiones Vergilianas edidit. Et vt alios prætermittam quis magis ius ciuile illustrauit † Iacobo Cuiacio? Cui Barnabas Brissonius *lib 2 antiq.12.* tantum tribuit, quantum alii nulli? quem nemo satis miratus est? *Lips. in comment. ad Tacit. 1. annal.* Eam autem gloriam non tam ex legum scientia, quam alij glossatores ante eum vberiorē habuerunt, quam ex historicorum aliorumque auctorum lectione familiari consecutus videtur. In quo studio præambulonem habuit † Albericum de Rosate, quem & iuris interpretem eximium & magnum practicum fuisse testes sunt Fulgosius & Caccialupus. Iason *in l.1.§.1. si quis ius dicent.* fidelissimum antiquitatis conseruatorem vocat, *Eberb. in top in lo.95. nu vlt.* Præter opera iuridica etiam commentarium ad Comædias Augustini Dantis reliquit, *Forster. lib. 2. hist. iur. ciu. 27. num. 18.* 64 65 66

Quo magis mirari libet iudicium Alberici Gentilis qui *lib.4. epist. in præfat.* dolet, se tantum temporis in historiis consumsisse, ab iis iuris studiosos dehortans. Quod ineptum vocauit Frider. Tilem. *in præfat. ante discurs. Philolog.* & solide refutauit Forster. filius *lib. 1. de interpr 5.* Cæterorum inscitiam non moror, qui turpiter non faciunt, quod bonas † litteras contemnunt, cum turpiter faciant quod nesciunt, vt *in simili Iurisconsultus dici in l.4 §.5 de cond. ob turp. causs.* vnde fit, quod ipsi semper sunt pueri in historia, quod de Græcis Ægyptius sacerdos Soloni suggerit apud Platonem. Quod si Iurisconsultus ita se vtrobique instruxit, vt & illa sciat, & ista non ignoret, eo maiori honore suspiciendus est, quo vberiore doctrina poller. Quo iure Alexander de Imola, vtpote eruditior, in cōcertatione cū Bartholomæo Capolla † de præcedentia ex sententia Academiæ Patauinæ victor euasit, *Benekend.* 67 68 69

ad l.1.memb 2.p.4 n,25 de R.I. Eoque est, quod Dd. legentes & scribentes, vt po-
70 te peritiores Practic s † præferuntur, quoad auctoritatem. *Neuiz.in syl.n. n, t.li-
5.* Sed satis historiarum est. transeamus à thesi ad hypothesin, quod nostri est
instituti. De quo ipse vsurpabo Plinij verba. *lib.31.nat.hist.6.* nō ignoro, hæc me-
71 diterraneis † superuacua videri posse. Quid enim quæstiones marinæ ad illos,
qui vel nunquam ingressi sunt mare, vel prope mare non habitant? Verū non
ideo materia notabilis dimittenda est, ne quasi neglecta videatur, *monente IC.
in l.15.§.26.de iniur Co'er.de prec ff.execut.in præfat.n.6. Neuiz.lib 4.sylu.nupt n.169.*
Veteres Iurisconsultos, quantumuis Romæ in mediterraneis degentes, id nō
fecisse, arguunt fragmenta Digestis inserta licet rariora. Quorum vtinam plu-
ra nobis, ex copiosissimis eorum commentariis communicasset Tribonianus.
Constat enim ex Cicerone *lib.1 de orat.* lites circa alluuionum & circumluuio-
72 num incrementa Romæ † in iudiciis centumuiralibus frequentes fuisse. *Ex
quo loco desumtum v.d tur c.vlt.dist.1.in iure Canon.* Easque hodie quoque in Italia
73 † vigere, iisque tribunalia vndique perstrepere testatur Baptista Aymus Par-
mensis *in præfat. tract. de alluu.* Vt erronea sit sententia Interpretum nostrorum,
qui ICtos veteres ideo nihil in jure ciuili de incremētis marinis statuisse affir-
mant, quod rarius in Italia contingerent, *v.inf c.ap. 8.n.94.* De Gallia idem affir
mauit Aggenus Vrbicus *in lib.de limit.* Hæ quæstiones, inquit, maxime in Gal-
lia tota mouentur, quæ multis contecta fluminibus immodicas Alpium niues
in mare transmittit, & subitarum regelationum repentinas inundationes pa-
titur. Omnium frequentissimæ fuerunt in Ægypto propter annuas Nili exun-
dationes, per quas sæpe ve eres termini transpositi. *Diod.Sicul.lib. 1.* Idem de
74 Frisia † & omni ora maritima dicere licet. Non potest autem ea materia ex solis
ICtorum commentariis tractari, cum multa intercurrant naturalia, quorum
cognitionem si non ex se habet, saltem ab alio mutuari cogitur ICtus. Quod
in iudicibus non probat Imp. *in N.82 in pr.* si quis tantummodo ex indicibus
sapiat. Quoties id autem co. tingit, tam frigide de rebus sibi ignotis disputant
75 aduocati † ac cæcus de colori' us indicat. Vti videre est ex argumentis ab Ad-
uocato Comitis Frisiæ Oriental.s in scenā productis, *apud Gadd. in consil. de allu-
uione maris,* quem alluuionem marinam negantem, nullus est rusticus Frisiæ,
qui non irrideat, eumque euidentia rei refellere possit. Quod si qui ergo labo-
rem hunc meum inutilem dicunt, sibi verum dicant, non maritimis, quibus
suggero illud, quod de substitionum materia dicit Albericus de Rosate, quod
76 hæc materia est inter omnes sicut mare Anglicanum, scilicet † profunda, vti-
lis & subtilis. Et per consequens periculosa & quottidiana. Vnde potest dici
mare magnum & spaciosum, in quo sunt reptilia multa quasi sine numero. De
ea primus, quod quidē sciam, ex Interpretibus cōmentatus est Bartolus de Sa-

xoferrato in tribus libris,† in quorum vno de alluuionibus: altero de insulis; 77
tertio de alueo tractauit. Bartolum fere ad verbum in vernaculum ser-
monem transtulit Noe Meurer, quem † tractatum vom Wasserrecht inscri- 78
psit. Ac de insulis quædam habent Barthol. Cæpo la de seruit. & Bapt.
Aymus Parmens. de alluu. Qui autem proprio tractatu dignatus sit nul-
lus alius occurrit. Et quamuis de Bartolo, an is sit genuinus auctor e-
ius † operis, ab aliis dubitetur, tamen eum scrupulum nobis eximit 79
Cæpol. *in d. tract. tit. de alluu.* vbi scribit hanc materiam abunde & subti-
liter tractatam esse à Bart. in tract. Tiberiad. qui etiam de alluuione in-
scribitur. Eodem modo & Felin. *in c. Rodolphus, extra de rescript.* dicit,
quod Bartolus in hoc tractatu plene ponat de insula. Quibus vt coætaneis,
aut saltem Bartoli æuo propioribus credendum. Occasionem qua ad
scribendum † impulsus sit, ipse in proœmio operis sui perscribit, quod 80
cum Perusii ius ciuile publice prælegens, tempore vacationis in villa prope
Perusium supra Tyberim, eius fluminis circuitus, alluuiones, insulas,
in flumine natas, mutationesque aluei contemplaretur, cœperit circa
multa dubia, quæ de facto occurrebant, quid iuris esset, aliqualiter cir-
cumspicere &c. Quæ caussa & me aliquando ex insulis Frisiæ vastissimum
in Oceanum prospicientem eodem impulit. Admonitio Bartolo in som-
nis † facta eodem loco habenda est, quo illa inter virginem Mariam & 81
Diabolum coram tribunali Christi instituta actio. Ex qua inuentione
quædam in processum suum historicum retulisse videtur Iacobus Ayre-
rus. Nimirum dialogi more illa scripta esse, quo & Forcat. in Necyom.
vsus. Vel si mauis Bartolum ingenio suo indulsisse. Qui tractatum illum
Tiberiadis appellauit, à regione iuxta Tyberim fluuium constituta. Quo
ipso tamen Bart. *ἀνιστορησίαν* suam † prodidit, asserens Tyberim fluuium 82
à Tiberio Cæsare ita dictum. Cum id nomen à Tiburino eo in flumine
submerso, diu ante conditam Romam sortitus sit Tybris. *Liuius lib. 1. dec. 1.
Plin. lib. 3 nat. hist. 5. Ouid 2. Fast.*

Albula, quem Tyberim mersus Tiberinus in vndis
Reddidit &c.

Legerat credo Bartolus in sacrarum litterarum Interpretibus de mari Gali-
lææ, *Matth. 4. v. 18. Marc. 1. v. 16.* cuius ipse meminit *in d. tract. de insulis.
in verb. quod in mari.* quod antea mare Ceneteth, *Num. 34. v. 11.* stagnum
Genezareth, *Ptolomæ. Strabo, Plin. lib. 5. c. 15. Ioseph. lib. 18. antiq. Iudaic. 3.*
Lucæ 5. v. 1. postea in gratiam Tiberii Cæsaris mare † Tiberiadis dictum 83

eft, *Iob. 6. v. 1. & c. 12. v. 1. Ioseph. lib. 4. bell. Iudai. 27. Calius Rhodig. lib 16. lect antiq. 14. Bunting. in Itinerar. lib. 2.* Quæ differentia susque deque habita Bartolum decepit. Vt taceamus à Tyberi fluuio denominatum libellum non Tiberiadis sed Tybridis vel Tybrinum dici debuisse. *arg. l. vn C. de naut Tiberin.* Hæc vtut leuicula sint, tamen auctoris lapsus in ipso vestibulo produnt. Qui si humanioribus litteris magis instructus fuisset, materiam
84 amplissimam non † tam superficiarie tractasset. Nisi Iustiniani præcepto *in l. 2. §. 11. C. de vet. iure enucl.* ipsum saltem *κατὰ πόδα* procedere vo-
85 luisse dicas. Eoque nomine Baldus de Vbaldis † in Philosophicis excultior Bartolum multum antecellit. Quamuis vero in puncto iuris Bar-
86 toli auctoritas † sit maxima, quam instar omnium esse vult Tiraq. *in l. si nunquam, n. 154. C. de reuocan. donat.* adeo vt in Hispania ex publica sanctione, Bartoli opinio in contrarietatibus Dd. præferatur, *Grammat. decis. Neap. 63. Eberh. in top. leg. in lo 95. n. 18.* tamen hic illud Aristot. 1. *Eth. 4.* merito
87 prævalere debet, vt magis sit amica veritas. Eoque nemo mihi vitio † vertet, si alicubi Bartoli opinionem sine acerbitate refellam. Quod ipsum Baptista Aymus Parmensis aliquoties fecit. Eaque in re doctissimum Plinium imitari lubuit, qui *lib. 3. nat. quæst. 1.* sic scribit: Minime mirum est, hominem genitum non omnia nouisse. Quapropter auctorem neminem vnum sequar, sed vt quemque verissimum arbitrabor. Ac semper id egi, vt
88 fideliter allegando auctores, furti litterarii † maculam effugerem. Cuius multi non ex modernis saltem, sed & ex antiquioribus scriptoribus rei aguntur, qui opes & glossas, quas fecerunt Dd. antiqui mortui, iam multis temporibus, viuentes sibi appropriant, vt consequantur laudem & gloriam scholarium, *vt conqueritur Rofred. Benevent. in proœm. quæst. sabbat. de quo late Frider. Tilem in discurs phil ol. fol. (mihi) 40.* Et quamuis Aduocatus non te-
89 neatur loca legum & Dd. in † indiuiduo allegare, *Specul. in tit. de disput. & alleg.* Quo in genere Cælius Rhodigin. Alex. ab Alex. & alii cum multos auctores citent, locum tamen rarissime exprimunt, siue vt soli sapiant, siue ne facile falsi arguantur: tamen mihi Columellæ sententia semper placuit, *quam citat Arnold de Reyer in præfat. ad Lector. thesauri* certissimam esse paupertatem, si alicuius indigeas, vti eo non posse, cum ignoretur, vbi proiectum iaceat, quod desideratur. Quod si auctoris sententiam ab alio citatam reproducere necesse sit, etiam illum, ex quo mutuatus eam sum, expressi, ratus cum Plinio meo *in præfat. histor. natur.* benignum esse & plenum † ingenui
90 pudoris, fateri per quos profecerim. Obnoxii profecto animi est, & infelicis, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. cum præsertim sors fiat ex vsura. &c. Neque enim mihi verecundia est, si quem auctorem ex defectu

ex defectu librorum consulere non potuerim, quando Guidonem Papæ-
um Præsidem Parlamenti Grationopolit. non puduit loca quædam intacta
dimittere, eo quod non habuerit lecturam Ioannis de Imola ac Angeli, *in
decis. 190. in fi.* Si quis id quoque reprehendat, ll. quandoque in alium sen-
sum à me allegari, illi pro me respondeat Iust. Lips. in monitis politicis præ-
fixis. Quod si non semper acum tetigi, memineris, quomodo magnus
Imp. Iustin. *in d. l. 2. §. 14. C. de vet. iur. enucl.* imbecillitatem † suam excu- 91
set. Cui illud Plinii addo, *in d. præfat.* vbi sic inquit: Non dubitamus,
multa esse, quæ nos præterierint. Homines enim sumus. Et occupati offi-
ciis, succisiuisque temporibus ista curamus. Hoc ergo labore meo, si quid
studiosis contuli, fine meo me potitum gaudebo. Pro quorum varieta-
te ita eum † institui, vt omnibus prodessem, non Iurisconsultis tantum, 92
sed & Historicis & Philologis: si non ad necessitatem aut vtilitatem, saltem
ad voluptatem. Non est, quod mireris, *ait Seneca, epist. 107.* ex eadem materia
suis quemque studiis apta colligere. In eodem prato bos herbam quærit,
canis leporem, ciconia lacertam. Quod si quædam insunt πάρεργα, quæ
videantur esse οὐ πρὸς ἔπος, *l. 11. §. 5. de interr. act.* aut in praxi † parum iuuent, 93
nihil periculi est ea contemnere, quia propter malos pisces non rumpimus
retia, *c. 1. caussa. 23. q. 7.* Et nullus est liber tam malus, ex quo non aliquid
vtilitatis percipi possit, *Æneas Syluius quem allegat Neuiz. lib. 6. sylu. nu. 58.* De
me, qui vtramque rationem studendi per interualla exerceo, id certe affir-
mare possum: historica ac philologica in praxi ad caussas agendas numquam
mihi obstitisse: in theorica ad scribendum & commentandum pluri-
mum profuisse. Idem si aliis quoque persuadeo, bene
est: sin minus, cuiuis suo sensu abundare, liberum
esto. Vale & ignosce.

CAPVT

CAPVT PRIMVM
DE NOTATIONE ET ÆQVIVOCATIONE INSVLÆ.

SVMMARIA.

1 *Etymologiæ vtilitas.*
2 *ICti ac Stoici circa nominum origines curiosi.*
3 *AEquiuoci distinctio summe necessaria.*
4 *Tam in scholis, quam in foro.*
5 *Disputationes de proprietate vocum frequentes.*
6 *Insulæ notatio.*
7 *Stoicorum licentia in reddendis etymologiis.*
8 *Insulæ deriuata.*
9 *Insula nomen commune.*
10 *Mediamnis vocabulum an Latinum.*
11 *Interamne regio Italiæ.*
12 *Mesopotamia inter duo flumina sita.*
13 *Germanicum VVerder quid denotet?*
14 *Generaliter omnia incrementa includit.*
15 *Loca Frisiæ in VVerd desinentia.*
16 *Ciuitates VVerdena Donavverda.*
17 *Germanicum Eiland vnde.*
18 *Insulani Einhauser.*
19 *Insulæ Germanis à terra denominatæ.*
20 *Ciuitates Anseaticæ vnde dictæ.*

21 *Frisia*

21 *Frisia in 7. Selandias distincta.*
22 *Frisia an sit insula?*
23 *Selandia proprium nomen insularum.*
24 *Hafnia metropolis Selandiæ Danicæ*
25 *Holmus Gothis insulam denotat.*
26 *Insula etiam arena dicta.*
27 *Arena proprie tumulum denotat.*
28 *Quotidiana plenius tractanda.*
29 *Insulæ nomen quandoque proprium.*
30 *Academiæ Ienensis encomium.*
31 *Insulæ nomen ad marinas & fluuiales ex æquo pertinet.*
32 *Insula apud Romanos genus ædificij.*
33 *Insulæ & domus distinctæ.*
34 *Interpretum iuris ciuilis error.*
35 *Differentia insulæ & domus in facto, non in iure consistit.*
36 *AEdificiorum forma subinde apud Romanos mutata.*
37 *Panciroli & Corasij sententia.*
38 *Iusti Lipsij reprehensio reiecta.*
39 *Insulæ tenuiorum hominum domicilia.*
40 *Insula pars domus.*
41 *Festi Pompeij finitio.*
42 *Ambitus insulæ latitudo.*
43 *Angiportus quid?*
44 *Aquæductus publici Romæ crebri.*
45 *Roma vrbs pensilis.*
46 *Insularum fundamenta casibus fortuitis obnoxia.*
47 *Principum ædes spaciosæ.*
48 *Horrea insulis imposita.*
49 *Portus insulæ quid?*
50 *Serui insularij quinam?*
51 *Prætoria prope aquam extructa.*
52 *Romanorum deliciæ circa piscationes.*
53 *Clodij domus ab insula distincta.*
54 *Insulæ vox in iure ciuili frequentissima.*

55 *Redemptores operum.*
56 *Stipulatio insulam fieri.*
57 *Antiquitatis cognitio Studioso Iuris necessaria.*
58 *Pacanii insula à Clodio occupata.*
59 *Bartoli descriptio insulæ explicata.*
60 *Principum arces in Germania insularum instar.*
61 *Vrbes aquis circumdatæ.*

1 VM plerumque ab enucleatione nominis ad rei ipsius cognitionem deuehamur: Vocum enim origines,† quamquam multis parum frugiferæ videantur tamen persæpe rei proprietatem demonstrant, *ait Forcat. in Necyom. dial. 61.* non abs re fuerit, vt de insulis tractaturi, nominis etymon præmittamus, exemplo ICtorū ve-
2 terum, quos ex disciplina Stoicorum† hac in parte satis curiosos fuisse ostendunt *l. 1. ff. de off. quæst. l. 1. §. 1. de pact. l. 1. de furt. Et multa alia, d qu bus Duaren. ad l. 4. ff. de pact. Hering. de fideiuss. c. 2. in pr.* adeo, vt ipsis Grammaticis palmam sæpe præripuerint. *Cuiac. ad l. 125 ff. de verb. sign. Quod exemplis demonstrat Valent. Guil. Forst. lib. 1. obs. 11.* Quæ opera etiam necessaria est, si qua homonymia ac ambi-
3 guitas† nominis subsit. *Paurmeist. lib. 1. de iurisd. Imp. c. 1. in princ.* Nisi enim illa eruatur, necesse est confusionem oriri, quæ intellectum turbet, ac termini ambiguitate in errorum gryphos deducat, *Alex. Raudens. lib. 1. de analog. 1.* Quia ambiguitas omnis errori affinis est, *Scalig. exer. 148. sect. 4.* Neque
4 est quod quis scholis† hæc tantum dici existimet, obiiciens illud protritum: Grammatici esse, non Iurisconsulti, magis circa verba, quam res ipsas laborare, *de quo Gœdd. ad rub. ff. de V. S. argum. l. 41 §. 1. de iure dot.* Cum etiam in foro ac iudiciis, adeo-
5 que in Camera Imperiali in caussis grauissimis† de etymologiis ac proprietate vocum Germanicarum sæpe numero satis rigide disputetur. Quibus ita præmissis, vt libentius nos ad hunc laborem perducant, & cum eum absoluerimus, euidentiorem præstent intellectum, iuxta *l. 1. de orig. iur.* traditum est à Festo Pompeio

Pompeio & Isidoro *lib.* 14. *etymol.* 6. insulam † ita dictam esse, 6
quod in salo, id est in salso, siue mari sit posita. Quam notationem amplectuntur post Historicos, *vt Gobelin. in Cosmodrom. at.* 1 *cap.* 6. etiam Iurisconsulti, *vt gl. & Dd. communiter in* §. *insula, Inst. de R. D. gl. in l. si insulam. ff. de V. O. Cæt oll. lib.* 2. *de seru. rust. c.* 33. *num.* 1. Eam ne rigidius accipiamus facit Stoicorum licentia, † qui sæpe allusiones pro etymologiis nobis ex- 7
hibuerunt. *Cuiac.* 11. *obseru.* 37. *Gœdd. d. lo. numer.* 5. Interim Salentinos populos ab eadem origine deducit Festus. Et ebur ita dictum volunt, quasi è barro, hoc est elephanto. Hinc deriuata † insulæ, insulanus, insularius *in l.* 16 *de vsu & hab.* 8
insulosum mare, *apud Marcell. lib.* 22 insularis anfractus, *apud eund. lib.* 17. insularis morbus apud *Plinium.* Quamuis vero supradicta notatio † ad insulam marinam proprie pertineat, *Bapt.* 9
Aymus Parmens. lib. 1. *de alluu* 14. ipsum tamen nomen indifferenter ad quasuis alias, siue in flumine, siue in lacu sitas porrectum est, *l* 7. § 3. *l.* 30. *l.* 56. *de acquir. rer. dom.* Cuius extensionis non pauca prostant exempla in aliis quoque nominibus. Fluuiales tamen insulas † quidam mediamnes vocant, quasi in 10
medio amnis sitas: Græce Μεσοποταμίας. Vnde Mesopotamia dicta, *Parmens. d. c.* 14. *numer.* 2. Nec reclamamus ita appellari posse, quamuis apud probatos auctores id nomen non inueniamus. Cicero sane *lib.* 2. *de legibus in princ.* insulam Fibreni fluminis describens hac voce non vtitur. Proprie tamen terram denotat inter duos fluuios mediam. Qualis Interamnensis † regio in Italia, ita dicta quod fluminibus Durio & My- 11
nio alluatur. *Valasc. de iure emphyt. q.* 32. *insi.* Qualis † Mesopota- 12
mia, *de qua est in l.* 10. *C. de ædif. priu. Nou.* 134. *c.* 1. *& pass.* terr. inter duo flumina Tigrim & Euphratem conclusa. *Plin lib.* 6 *nat. hist.* 9. *&* 27. His enim inclutis amnibus circumflui campi Mesopotamiæ nomen acceperunt, *ait Tacit.* 6. *annal.* Quo genere terræ licet nihil frequentius sit, *vt dicemus cap.* 3. ab insula tamen nonnihil differt. Veteres Germani insulam † dixerunt 13

einen Werder. Ita enim Latina vox redditur *in art. 56. lib. 2. Landr. Schneid. in §. insula, n. 7. Inst. de R.D. Noe Meurer in tract.* von Wasserrecht. De huius Germanicæ vocis significatu, in instrumento inuestituræ Comitis Frisiæ orientalis positæ, prolixe disputatur, *in consil. Iohan. Gœd. de alluu. maris, num. 344. quod reperies post d. tract. Noe Meureri.* Nos id † nomen generalius esse, &
14 tam insularum quam alluuionum alueorumque incrementa, adeoque & angulos terræ in confluente fluminum includere coniicimus: ita dictum à fiendo quod est Werden. Inde diminutiuum Werd. Quod Lutherus reddidit petram in mari, *Ezech. 26.*
15 *v. 5.* Item deriuata Werdum & Werden. In † quæ plurimæ vrbes & pagi Frisiæ desinunt, vt Leowerdia, Bolswerdia &c. *Vbb. Emm. de Rep. Frisio.* Qui licet Werd pro tumulo siue loco editiore interpretetur, ad pascua pariter & sementem apto: tamen cum vtraque ciuitas ab incremento maritimo multum profecerit, verisimile est ab eo quoque nomen tractum. Sunt & in Rheno insulæ † duæ à Cæsare nomen habentes Keyserswerder. *Marq.*
16 *Freher lib. 1. orig. Palat. 4 in fi.* VbiS. Suidbertus annuente Plectrude Pipini Regis vxore cænobium condidit, *Marcellin. presb. in eius vita Mersa in Archiepisc. Colon.* sicut Ludgerus Monasteriensis Episcopus, aliud Werdenæ, ad Ruram fluuium, *Vbbo Em. lib. 4 rer. Frisic. Mersæ. in catal. Episco. Monast.* Et Donnawerda, absolute Werda, inde dicta, quod ad Danubij & Bernici confluentē sita. Ne dicas Danubij vadum *cum Drusser. de vrbi. Germa.* Hodie Germani superiores Latinum nomen insulæ retinent, ad suam dialectum leuiter inflexum, sicuti & Itali, Galli, Hispani, Polo-
17 ni. Inferiores Germani vernaculo † sermone Eiland appellant. Credo quasi ein Land, à separatione. Ita enim & Einöde dicimus, pro eremo siue solitudine, ab antiquo œden, idest, bona, fundus, *Mindan. lib. 2. de process. Camer. 42 n. 3.* Eaque voce *in psal. 74 v. 14* insulani denotari videntur, quippe quorum proprius est esus piscium. Conuenit Noe Meurer *in tract. de Rheno,* vbi insu-
18 lanos † Einhäuser vocat. Nisi fortasse ab ouo deriuare malis, *cum Henisch. in thesauro lingua Germ.* cui insulæ in mari, sicut terra pomo,

mo, assimilentur. Quod per nos licet. Alioqui Œi Belgis insu-
lam significare vix persuadebit Henischius. Frequens est au-
tem apud Germanos † inferiores, vt insularum nomina propria 19
in terram exeant. Puta Islandia, Gronlandia, Hetlandia, Ame-
landia &c. Sed & Selandia, nihil aliud sonat, quam Oceani terrā,
siue solum maritimum *Leuin. Lemn. lib. 4. de occult. nat. mira. 2.* quā-
do Germani Oceani vocem, vt multas alias à Romanis acceptas
per ἀφαίρεσιν Ze pronunciant. Inde ciuitates Anseaticæ † dictæ, 20
quasi ad mare sitæ. Et illius nominis in rebus Frisicis crebra fit
mētio, quādo Frisia in septem † Selādias olim distincta fuit. Quas 21
à Frisone Indo inter septem filios distributas fabulatur Suffudus
Petri, quē recte refutat Vbbo Emm. *in apolog. fol. 9.* Illo enim no-
mine totidem partes Frisiæ denotantur. *Idem auctor lib. 1. rer. Fri-
sic. Sibrand. Siccama ad leg. Frisicas f. l. 143.* Ita in pactis de anno 1361.
Vt Selandiis, id est partibus Frisiæ singulis ratæ sint consuetudi-
nes suæ. *Vbbo in descript. Groning. vrbis fol. 24.* Et in LL. ad Vpstalbo-
mum latis non alio nomine quam Zelandiæ nuncupantur, quas
latinus textus ibidem insulas interpretatur. Sed & Fridericus 3.
Imp. in diplomate anno *1481.* dato vicinas Groningæ regiones
insulas appellat. Neque alium titulum vsurparunt ordines Frisiæ
in rescriptis suis, quam hunc: Nos iudices Selandini totius Fri-
siæ: *Vbbo lib. 13 rer. Frisic.* vt sic promiscue vtramque vocem vsur-
patam esse constet. Cuius origo à diuersis fluuiis, † qui Frisiam 22
vniuersam quasi in peninsulas aliquot discerpunt, nata videtur.
Nisi meras insulas olim fuisse suspicari malis, quæ postea alluuio-
ne continenti accreuerint. Quod vt de quibusdam certum, i-
ta de omni Frisia haut verisimile: Abbas Vrspergens. tamen *in
chron. ad Ann. 1114.* id innuere videtur, quando Henricum 5 con-
tra Hollandos in locis palustribus vltra Fresonum insulas naua-
lem expeditionem instituisse scribit. Sed hæc παρέργως. Hodie
Selandiæ proprium † nomen ad insulas illas transiit, quæ inter 2
Hollandiam & Flandriam interiacent. De qua Honte. *lib. 3.
Cosmog.*

Atque in secessu propior Selandia tellus.

Sed & Daniæ nobilissima insula id nomen cum Belgicis commune habet, quæ quindecim, ciuitatibus, duodecim arcibus regiis nobilitata, Hafniam † metropolim & regium domicilium
24 giis nobilitata, Hafniam † metropolim & regium domicilium in alto mari ostentat. *Petrus Berth. lib. 2. comment. fol. mihi.* 345. & *lib. 3. fol.* 555. Idem Berthius *lib. 3. fol. 679.* Insulam Germanis et-
25 iam Holm † dici asserit. Inde Stockholmia metropolis & regia Sedes Sueciæ, quasi trabium insula. Item Vpsholm insula, sedes Archiepiscopalis, nunc Vpsalia. Quod si ita est, Gothicam vocem esse oportet. Ac reperiuntur plures eo nomine, vt Hulmus Bornholm &c. *apud Adam Brem. in histor. Eccles. cap.* 218. & c. 223 Eoque pertinet notatio Vlmerugorum *apud Reinec. insynt. p. 1. fol.* 433. q. dicas Holm Rugos. Alibi etiam vernacula
26 lingua† arenæ dicuntur insulæ, vt in Visurgi. Quæ vox licet ἐν πλάτει ad alluuionum quoque incrementa porrigatur, sicuti Carolsand in Hadeleria, vbi inferiorem Saxoniam alluit Occa-
27 nus. *Abb. Stadens. in chron. ad A.* 797 propriè † tamen tumulos & insulas adhuc imperfectas denotat, vt inferius dicemus. Hæc quamuis leuia & triobularia videantur, tamen quia cot-
28 tidiana † sunt, apud nostrates præsertim, ideo plenius attingenda fuerunt, *monitu Iurisconsulti in l. 25. de liber. leg.* Sæpenumero enim ad dubiarum controuersiarum decisionem non leue momentum conferre poterunt. Neque nos Germani sermonem patrium fastidire debemus, sed potius turpe ducere, eiusdem proprietates, quibus cottidie vtimur, ignorare, *arg. l. 2. §. 43. de O. I.* De variis insulæ significationibus id obser-
29 uauimus, quandoque nomen† proprium id esse, κατ' ἐξοχὴν intelligendum. *arg. §. 2. I. de I.N. G & C.* Ita Insula dicta ciuitas Flandriæ, *cuius meminit Cominæ. lib. 1. comment.* Ita de campo quodam Galliæ *Liuius lib. 1 dec. 3.* Rhodanus & Arar diuersis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi, confluunt in vnum. Vnde mediis campis nomen insulæ inditum. Et pro-
30 pe Ienam † Thuringiæ, Academiæ optimæ domicilium nobis quoque olim carum *cum Iusto Lips. in comment. ad* 13. *annal. Tacit.* Sala fl. gemino alueo decurrens proprium insulæ nomen peperit,

tit. Deinde in iure nostro pro insula marina accipitur, maxi-
me quoties de pœna deportationis agitur, de qua inf. c. 16.
Tertio de † fluuialibus insulis agitur *in tit. ff. de A. R. D.* A qui- 31
bus nec stagnales insulæ excludendæ. Denique in iure ciuili
alia significatio reperitur, *de qua gl. Schneid. & Dd. in §. insula,*
Inst. de R. D. pertinens ad ædes, quas Romani † arcis in modum 32
insulæ circumductis imposuerunt. *De quibus est in l. 91. in fi. de*
leg. 3. l. 98. §. 8. de solut. l. 10. §. 1. de negot. gest. l. 7. de instru legat. l. 17.
§. 5. de act. emt. l. 8. com. prad. & poss. Paling. in Libra

Nonne domos etiam multas ita sæpe vocamus;
Quod solæ à reliquis sint omni ex parte remotæ?

Quamuis vero domum insulam improprie dici annotet *gl. in l.*
3. §. effractura, de off. praf. vigil. tamen id non de qualibet do-
mo accipiendum, cum probati Auctores vtraque voce distin-
ctè † vtantur. De Tiberio Cæsare *Tacit. 6. annal.* Deusto A- 33
uentino Cæsar damnum ad gloriam vertit, exsolutis domuum
& insularum pretiis. *Et lib. 15. de incendio Neroniano.* Domuum
& insularum & templorum, quæ amissa sunt, numerum ini-
re, haut promptum fuerit. Et post: Finiuit tempus, intra
quod effectis domibus aut insulis præmia adipiscerentur. *Sue-*
ton. in Nero. c. 38. Tunc præter immensum numerum insula-
rum, domus priscorum Ducum arserunt. *Capitol. in Anto-*
nino Pio: Romæ incendium 340 insulas vel domos absumsit.
Libri lintei Pontificum, quos citat Lips. ad 15. annal. Taciti. Incen-
dium in Cæliolo. Insulæ duæ absumtæ solo tenus. Et ædes
quinque, ambustæ quatuor. Eodem modo *in Notitia 14. re-*
gionum vrbis Romæ à Guido Pancirolo edita insulæ semper seorsim
à domibus recensentur. Vt multum errent interpretes † iu- 34
ris ciuilis, qui per insulæ vocem quascunque ædes designari
opinantur. Quamuis enim in vsu iuris inter vtrumque non
multum intersit, *vt videre est ex lege prima in quibus caussis*
pignoris lege 25. §. 10. pro socio. iunct. lege 25. de rebus creditis.

tamen

35 tamen non ideo tollenda est facti † differentia, quæ in genere & qualitate ædificij diuersa consistit. *arg. l. 15. §. 14. de damn. inf. l. 91. §. fin. de leg. 3.* Vnde etiam stipulatio domum ædificari *in l. 73. in pr. l. 75 §. 7. de V. O.* in facto diuersa est, à stipulatione insulam fieri *in l. 84. l. 95. l. 115. in pr. l. 137. §. 3. eod. l. 2. §. 5. quod cert. lo.* In qua parte
36 autem vtriusque ædificij differentia † constiterit, difficile est explicatu, ex quo cum tempore ædificiorum ac ipsius vrbis forma veteri immutata, etiam nominum mutatio insecuta est. Nam post dictum incẽdium Neronianum ædificia aliter, quam prius, construi edictum est, *Tacit d. 15. annal. Guidus Pancirol. in comment.*
37 *de 14. V. R. sic explicat:* Erant † proprie insulæ (inquit) fastigiatæ à duobus lateribus pluentes, quæ ab vtroque latere hinc inde itinera habebant, in quæ pluebant, fronte in fastigium desinente. Domus vero erant ampliores & testudinatæ, à quatuor partibus pluentes, vt in marmoribus Romæ visitur. *Adde eundem lib. 1. memor. 22. & ibi in notis Henricum Salmuth Paulo aliter Ioh. Coras. ad l. 3. §. 2. de off. praef. vig.* Vt terræ in mari vndique aquis circumdatæ proprie insulæ dicuntur: ita domus, quæ communibus vicinorum parietibus non cinguntur, insulæ dictæ sunt. Et hodie domus Principum insulæ plerumque sunt, id est à priuatorum domibus distinctæ. *Aliter Bud. in explicat. Pandect. quem sequitur Alciat. ad tit de V. S. Conan. lib. 2. comment iur. ciuil. 2. num. 5. & lib. 4. c. 10. n. 10. Et alij.* Guidonem sub nomine antiquarij videtur recte reprehẽ-
38 dere Iustus † Lips. *in comment. ad d. 15 annal. Tacit.* quod insulas tenuioribus, domos potentioribus ciuibus adscribat. Sed immerito. Fere enim semper in Romanis historiis magnatum ædes domus appellantur, quod supra allatus Tranquilli locus
39 *in Nero. c. 30.* manifeste confirmat: vulgarium † hominum insulæ. Atque inde est, quod insularum crebrior, quam domuum in iure ciuili, ex vsu vulgari mentio occurrit. *Facit l. 91. §. vlt. de leg. 3. l. 15.*
40 *§. 14. de damn. infe.* vbi insula † tamquam pars domus accipitur. Sicuti area pars insulæ dicitur *in l. 98. in fi. de solut. l. 31. § 2. de donat. int. vir l. 7. in pr de except. rei iud.* Totum autem qualibet parte semper est maius. *Eberhard. in top in lo. 8.* Illud certum est insulam fuisse

ædificium

ædificium proprio ambitu conſtans, *ex finitione Feſti* † *Pompeii, de* 41
qua Gothof. in l. 58. locat. Gœd. ad l. 59. de V. Vult. ad §. 22. Inſt. de R. D.
Cuiusmodi Romæ poſt ſæpe dictum incendium maiori numero
ædificatæ, lata lege, ne ædificia communione parietum, ſed pro-
priis quæque muris ambirentur. *Tacit. d. lo.* Ambitus huius† lati- 42
tudo, quæ primo duorum pedum ac ſemis erat, *Cuiac. 1. obſ. 4.* po-
ſtea in vrbe Conſtantinop. ad 12. pedes producta eſt. *l. 12. C. de æ-
dif. priu. Gothof. in l. 14. de ſeru. vrb.* Leonis conſtitut. *in Nou. 71.* etiã
ad plures. Romani angiportum † vocabant, propter anguſtias 43
non ſemper peruium, *Cic. in topic. Gœdd. in d. l. 59. n. 6. de V. S.* Galli
le vol du chappon, id eſt volatum gallinacei, *Petrus Frid. Mindan.
3. de proceſſ. Cam. 20. n. 14.* Videtur autem inſularum nomen & for-
ma Romæ à ſimilitudine rei primum inualuiſſe, quando aquæ-
ductus † publicos, primum à Tarquinio Priſco, & deinde à M. 44
Agrippa corriuatos, curſuque præcipiti torrentium modo ra-
pere atque auferre omnia conſuetos, *Plin. lib. 36. nat. hiſt. 15. de qui-
bus Pancirol. d. lo.* quilibet ſuas ad ædes deducere tentaret, vt cu-
ſtodes ei rei poneret Nero. *Tacit. 15. annal. l. 2. l. 10. C. de aquæd.* Quo
ipſo ædes aqua hinc inde abducta ſpeciem quandam inſularum
præbuerunt. Vnde Romam vrbem † penſilem, ſubterque 45
nauigatam vocat *Plin. d. lo.* qui etiam conqueritur ambitione &
auaritia in villas & ſuburbana decoqui publicam ſalutem, *lib. 31.
nat. hiſt. 1.* Et quia aqua inſulas ambiens alluendo ædibus vitium
facere poterat, *l. 15. §. 14. de damn. inf.* ideo † fundamenta ac mu- 46
nimenta ex lapidibus lignisque circumlocabantur, *arg. l. 1. §. 4.
de riuis.* nihilominus caſui fortuito obnoxia. *l. 22. § 1. de leg. 1.* Cor-
rupta ſtagnantibus aquis inſularum fundamenta, dein remean-
te flumine delapſa, *inquit Tacit. 1. hiſt.* Poſtea creſcente ciuium
luxuria, principes † ac ditiores hortorum nomine in ipſa vrbe 47
delicias, agros, villasque poſſidere cœperunt, *Plin. lib. 19. nat. hiſt.
4. l. 91 §. 5. de leg. 3* In quibus erant ductus aquarum, quos Nilos &
eurypos vocarunt, *Cic. 2. de LL.* Stagna nauibus peruia, ac inſulæ,
quibus horrea † impoſita, ad res pretioſiores aſſeruandas. *l. 3. §.* 48
2. de off. præfect. vig. l. 60. §. 6. locat. l. 7. de inſtru. leg. & ibi Goth. l. 13. de

D *ſeru.*

seru.præd.vrb. Cuiusmodi Alexand.Imp.in omnibus vrbis regio-
nibus publica fecit,ad quæ conferrent bona hi, qui priuatas cu-
stodias non haberent, *Lamprid.in Alex.* Aditus insulæ,vbi ponte aut
49 nauigio adibatur,portus † dictus *Gothofr.in d.l.59.de V.S.* serui illa-
50 rum custodiæ deputati, † insularij *l.16.in pr.de vsu & hab. l.5.§.1. de
instit.act.l.vlt. de off.præf.vig.Conan lib.2.com.2 Cad.in l.116.de V.S.*
Quos de damnatis ad insulas perperam accipiunt *Cœlius Rhod.lib.
8.antiq.lect.3 .& lib.25.c 20.Alex.ab Alex.lib.3.genial. dier.25.* Sed
51 & prætoria † his inædificata erant, *l.13.§.fin.de iniur*, hoc est ædi-
ficia in modum regiarum voluptatis caussa aquis addita, *l.198. de
V.S.l.2 de S.P.R.l.2 de vsu & habi.* vt prope illa non tantum pisca-
52 tio † exerceri posset, *d.l.13.§.fi.de iniur.* qualis Pythij Syracusani
portus *apud Cicer.3.offi.* sed & in ipso cubili natarent pisces , &
sub mensa caperentur,qui statim transferentur in mensam, *iu-
xta Senec.2.nat.quæst.18.* De quibus scite Martial *lib.10.epigr.30. de
littore Formiano.* Et *Statius lib.1. sylu. celebrans Tiburtinum Manlij
Vopisci.*

alternas seruant prætoria ripas.

Cumque ex his cohærentibus ædificijs ditiores quandoque par-
tem aliquam vel insulam aliis elocarent , aut etiam venderent,
factum est,vt ad viliora ædificia, plerumque in hortis, vel à via
publica seposita, ad quæ non nisi per angiportum aditus pate-
ret, nomen insulæ transiret, quamuis aqua nulla circumdata. I-
53 ta Clodiana † domus, de cuius pretio immodico *Plini. lib. 36.c.
15.* eiusdem insulam multum superat, quam Cicero *pro M.Cælio*
54 venalem esse miratur. Atque hoc sensu † insulæ nomen in iu-
re nostro frequentissime occurrit, eo quod crebrius in contra-
ctum venirent, ac huiusmodi opera architectis pro certo pretio
55 facienda elocarentur. Qui exinde redemptores † dicebantur,
*de quibus est in l.98 in fi. de V.O l.30 de R.V.l.7.§.vlt.si emt.fals mod l.
51.§.1.locat.* Quorum conditionem explicat Menoch.2.*arbit.iud.
quæst.cas.221.*

De iis pulcre Horat.2.*epist.2.*

Festinat

Festinat calidus mulis gerulisque redemtor,
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum.

Huc pertinet stipulatio † insulam fieri, *in l.72.§.2.l.84.l.95.l.157.* 56
§.3.de V.O. l.2.§5.quod cert.lo. insulam facere, *l.38.§.21. de V.O.* in-
sulam ædificari, *l.27. §.vlt.de R.V. l.11.§.pen.de Publ.in rem. l.14.*
l.31.l.98.§.6.de solut.l.115.in pr.de V.O. insulam fabricari, *l.5.§.4. in*
fi. de præscript.verb.l.72.§.2.de V.O. insulam refici, *l.6. de præscript.*
verb. insulam fulciri, *l.10.§.1.de neg.gest. d.l.72. §.2.de V.O.l.98.*
in fi.eod. Pertinet huc seruitus insulæ, *in l.19.de vsufr.l.8.com.præd.*
l.2.§.14.ne quid in lo.publ. pignus insulæ, *in l.1. in quibus causs.pign.*
pensio insulæ, *l.91.§.6.de leg.3. de qua intelligendus Martial.4. e-*
pig 37. Ex insulis fundisque tricies soldum; legatum insulæ, *l.22.de*
leg.1.l.7.de instru.leg. vsusfructus insulæ, *l.53 de vsufr.* accessio in-
sulæ, *l.17.§.5.de act.empt.* pars insulæ, *l.98.§fin.de solut.* venditio in-
sulæ, *l.13.qui pot.in pign* locatio insulæ, *l.53.de act.emt.l.58.l.30.locat.*
actio insulæ, *l.7.in pr.& §.1.de exc.rei iud.* insula hereditaria, *d l.19.*
de vsufr.l.4.§.6.de damn.inf. superficiaria, *l.1.§5.de vi arm.l.9 §.4.*
de dam.infe. Dotalis *l.31.§.2.de donat.int.vir.l.79.de V.S.* Et quæ plu-
ra alia in lectione Pandectarum occurrent. Quorum vsus etsi
hodie ab aula recessit, tamen ad explicationem iuris ciuilis non
omittendus est, ne quid antiquitatis † penitus ignoretur, *§ sed* 57
vt nihil, Inst.de testam. Interim Romæ etiam ædes quædam veris
insulis impositæ fuerunt. Qualis illa T. Pacanij † insula à P. 58
Clodio occupata, de qua Cicero pro Milone: Cum T. Paca-
nio non imperasset, vt insulam in lacu pretio venderet, repen-
te lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atq;
arenam inuexit, dominoque trans ripam inspectante, non du-
bitauit ædificium exstruere in alieno. Quin in ipso mari hu-
iusmodi insulas à Romanis exstructas esse dicemus *cap.8.* De qui-
bus Seneca *epist.89.* vbi insulas magnorum Ducum domicilia vo-
cat. Ac potest de his sustineri definitio † Bartoli *in tr. tit.d in-* 59
sul.in pr.quam & Schneid.amplectitur in §.insul.Inst.de R.D.Bald.in cōs.
405 n.3.lib. 5. insula est domus in mari, quæ est quasi insula.
Quæ [illegible] neutiquam quadrat. Assimilari his possunt, prin-

60 cipum arces † & palatia in Germania, quæ plerumque foſſis circumquaque ambiuntur. Qualem deſcribit poeta Anonymus Caroli M. ad A. 790. quem edidit Reineccius.

———— donec prope mœnia venit
Magna Palatinæ ſedis, Salt nomine dicta
Naſcenti vicina Salæ: nam fluminis huius
Riuus adhuc modicus hæc ipſa palatia cingit.

61 Sed & vrbes Germaniæ pleræq; † muris & foſſis munitæ, veterum quarundam exemplo. Ita enim Marcell. *lib.* 24. vrbem quandam inſulari ambitu circumuallatam ſcribit. Et Martial. 4. *epig.* 55. Bilbilin Hiſpaniæ vrbem patriã eo nomine commendat.

Quam fluctu tenui, ſed inquieto
Armorum Salo temperator ambit.

Et lib. 10. *epig.* 103. Rapidis quos Salo cingit aquis.

Quæ tamen quatenus pro veris inſulis habendæ, ex ſequentibus patebit.

CAPVT II.

De Definitione Inſulæ.

SVMMARIA.

1 *Definitio inſulæ.*
2 *Deſcriptiones poetarum.*
3 *Gades inſula Hiſpaniæ.*
4 *Inſula Tyberina.*
5 *Bartoli deſcriptio nimis generalis.*
6 *Borcholti additio ſuperuacua.*
7 *Terræ appellatio diuerſimode accipitur.*
8 *Terra à terendo dicta.*
9 *Terræ qualitas.*
10 *AEſtimatio rerum pro diuerſitate locorum variat.*
11 *Terra paluſtris minus pinguis.*

12 *Friſia*

12 *Frisia paludibus cincta.*
13 *Chaucorum insulae palustres.*
14 *Terrae appellatione etiam lapides continentur.*
15 *Et metalla.*
16 *Insula saxosa.*
17 *Discrimen insulae & scopuli.*
18 *Scopulus insula imperfecta.*
19 *Scopulorum plura genera.*
20 *Occulti scopuli nauigantibus periculosi.*
21 *Nili scopuli.*
22 *Baccharaci vrbis etymologia.*
23 *Tumuli arenarij pestiferi.*
24 *Insulae quandoque extenuantur.*
25 *Ithaca Vlyssis patria.*
26 *Differentia specifica insulae.*
27 *Aqua insulae perpetua esse debet.*
28 *AEstus & recessus maris.*
29 *Maris reciprocatio imperitis mira.*
30 *Maladina Liduna quid?*
31 *Caussa reciprocationis Lunae tribuitur.*
32 *Breuis absentia non attenditur.*
33 *Flumina quaedam statis temporibus exarescunt.*
34 *Fabula poetarum de gigantibus.*
35 *Insula nauigiis adeunda.*
36 *Insulae & terrestri & maritimo itinere peruia.*
37 *Naues sub recessu maris quiescunt.*
38 *Rhenus & Visurgis per vada aditi.*
39 *Insula circumnauigabilis.*
40 *Pons an insulam mutet?*
41 *Pons Isthmi vicem praebet.*
42 *Eurypus quo angustior, eo violentior.*
43 *Vnita virtus fortior.*
44 *An brachium fluminis vnum altero latius esse possit.*
45 *Flumen illic esse censetur, vbi maxima eius pars.*

46 *Fluminis brachia non semper aequalia.*
47 *Latitudo vnius brachij altera tertia vel quarta parte maior.*
48 *Riuus est tenuis aquae fluxus.*
49 *Partitionis nomen non semper dimidium denotat.*
50 *Magis & minus non variant speciem.*
51 *Totum essentiale per omnes partes diffusum.*
52 *Alueus exarescens fluminis nomen amittit.*
53 Altwasser im Rhein.
54 *Interpretatio Definitionis non omittenda.*

OMINIS etymon excipit rei qualiscunque definitio. Quam nobis subministrat *gl. in §. insula Inst. de R. D. & in l. insulam. ff. de V. O. à Dd. ibidem communiter recepta, Bald. in cons. 405. n. 3. vol 5. Mynſ. decad. 2. resp. 16. nu.* 36. Insula est terra, † quae aquis vndique clauditur.
1 Approbant Geographi passim, *vt Munst. lib. 1. Cosmog. 2.* Eademque descriptione passim vtuntur poetae † & historici. Ita *Plin. lib. 3. nat. hist. 5.* insulas terras circumdatas appellat. *Honter. lib. 1. cosmog.* sparsas in aequore terras. *Et lib. 3.* fluctibus aequoreis ambitas terras. *Homer. Odyss. Δ.*
2

Νῆσος ἔπειτά τίς ἐστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ.

Adde eundem *Odyss. T.* vbi Cretam eleganter describit.

Stat. Papin. Agaeo premitur Lemnus circumflua Nereo,

Idem *lib. 2. sylu.* Pelago circumflua Nessis.

Plaut. in Menachm. Act 2. sc. 1.

Iam quasi mare omnes circuimus insulas.

Ouid in Heroid.

Insula Coryciis quondam celeberrima nymphis
Cingitur Ægaeo nomine Caea mari.

Claudia. in epigram.

Est procul ingenti regio summota recessu
Insula, quae resides fluctus mitescere cogit &c.

Lucan. lib. 4

Quos alit Adriaco tellus circumflua ponto.

Atque hinc insulae quaedam propria nomina sortitae, vt de Selandia pro-

proxime dictum. Cotinusa quoq; insula Hispaniæ ideo Gades † dicta à Carthaginensibus, quod mari vndiquaque alluatur. 3
Gobelin in Cosmodrom. æt. 1. cap 6. De qua Auien. in descript. orbis.

Barbara quin etiam Gades hunc lingua frequentat,
Pœnus quippe locum Gadir vocat vndique septum.

Sed & fluuiales insulæ cum marinis eandem proprietatem habent. De Tyberina † *Ouid 15 metam. 51.* 4

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis,
Insula nomen habet, laterumque à parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.

Et 1. Fastor. Insula diuidua quam premit amnis aqua.
2. Fastor. Hic vbi discretas insula rumpit aquas.
Claudian. in panegyr. Olybr.

Est in Romulea procumbens insula Tybri,
Qua medius geminas interfluit alueus vrbes
Discretas subeunte freto &c.

Gunther in Ligurin lib. 4.

———Hermannusque sacræ comes inclytus aulæ,
Cuius erat tumido tellus circumflua Rheno.

De qua insula plura Marq. Freher. lib. 1. orig. Palat. 1.
Et quæ plura alia eius generis occurrunt, insulæ qualitatem & essentiam exprimentia. *Bart. in tract. de insul. in pr.* aliquanto † pinguius describit, quod sit locus aqua circumdatus, qui cum desinit circumdari, desinit esse insula. Sic ergo etiam in naui erit insula? Vt hic loci significatio partim generalior, partim etiã angustior sit, *l. 60. & ibi Gædd. de V. S.* Iohan † Borchold. *in d. § insula, in pr. Inst. de R. D.* etiam caussam efficientem addit, quasi ex spiritus inclusione nascatur, *ex Plin lib. 2. nat. hist.* 85. Quæ tamen, vti in definitione necessaria non est, ita nec generalis est, cum saltem ad insulas fortuitas pertineat. Quæ omnia vt scrupulosius examinemus opus non est, cum in definitionibus in nostra legali scientia parum aut nihil insit vtilitatis, si credimus Prosper. Farinacio *in prax. crim. lib. 1. tit. 5. q. 36. num.* 10. Est ergo terra proprium

prium

7 prium genus insulæ, † quatenus totam hanc rerum vniuersitatem ac orbem terrarum denotat, *vt in l.20.§.1. de oper. libert.* ac pro mundo accipitur, *in l.9 ad L. Rhod. de iact. Nou. 26.c.2. Nou. 69. c.1.& pass.* Sic enim insula pars terræ esset, *arg.l 9 ff de indic.d. l. 60. de V. S.* sed quatenus, *iuxta Varronem lib.1. de re rust.* communi nomine terram designamus, vt lapis, calx, creta, arena, & cætera eius generis includantur, *arg. l.11.com.prad.l.17.in pr. & §. 6. de act.*
8 *emt.§.5.in fi. Inst. de R.D.* Inde terra à terendo † dicta est, quod quotidie teratur pedibus & cultura, *Varro lib.4. ling. Lat.* Hæc enim nascentes nos excipit, natos alit, senes sustinet, nouissimeque complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maxime vt mater nos operit, *Plin. lib.2. nat. hist. 63.* Ita accipitur *in l.1.§.3. de I. & I. pr. Inst. de I.N G.& C. l.1.§. 1. de A.R.D. l.26.§.2. l.63. §.3. eod. l.1. § 9. de flum'n. l 13 in pr l 18. de act. emt. &c* Et cum sint varia terrarũ
9 genera, *de quibus Plin. lib.17.c.4.* nempe quod terra † est plana, cliuosa, mollis, aspera, humida, sicca arenosa &c. *l.2.§.32. ne quid in lo. publ l.24 §.2. de damn. inf. l.30. de V.S. Turneb. lib.21. aduers. 25. Tholos.*
10 *lib.1. synt.1.* inde nascitur differẽtia, qua terra † vna aliã excellit, in bonitate, fal ubritate, amplitudine, *l.86. de V. S.* secundum quam æstimatio semper initur, *l.1. l.13. & seq. de euict. l.28. in pr. de nouat.* vnde varia sunt rerum pretia per singulas regiones, *l 4. de eo quod cer. lo. § 33. Inst. de act* Et nonnullam pretio varietatem loca temporaque afferunt. *l.63.§. 2. ad L Falcid. consentiente Plinio lib.33. nat. hist. vlt.*
11 Sed & † palustris terra, licet minus fœcunda, eo nomine venit, *d. l.2.§.32. ne quid in lo. publ.* quam Germani inferiores Moer dicunt. Qualis in Selandiæ insulis multa, ex qua eruuntur glebæ bituminosæ, quæ accensæ, vt naphta ardent, non sine odore tetro & viroso, *ait L mn. lib 1 de occult. nat. mir. quem refert P. Greg. Tholos. in syn-*
12 *tax. art. mirab. lib.35.c.43.* Quin totam fere Frisiam † huiusmodi palustri ac bituminosa terra à continenti discreuit natura, ex qua effossus cespes vulgo Torf, non Brabantis saltem, vt Tholosanus putat, sed Frisiis, Belgis, finitimisque populis magno in comburendo est vsui. *Emmius lib.1. rer. Frisic. & in descript. chorogr. Frisia.* Inde dicta Mormeria regio palustris Frisiæ. *Emm. d. lo.* Sed & Morini po-

ni populi Germaniæ hinc deriuari possunt, *de quibus Bilib. d. Perckeim. apud Berth. lib. 1. comment. fol. 164.* Agnoscit hoc genus terræ apud † Chaucos *Plinius lib. 16. nat. hist. 1.* vbi insulas totas ex hac 13
materia constare innuit. Quamuis vero lapis & glarea proprie loquendo à terra differant: *l. 1. §. 1. inf. de via publ. l. 1. §. 5. de riuis. l. 11. inf. de aqua pluu.* tamen sub generali & communi † hac signifi- 14
catione etiam lapides continentur, quia terræ rationem obtinent, & ex terra nascuntur, *Tholos. lib. 1. syntagm. 1 & 2. arg. l. 8. de A. R. D. l. 19. in pr. com. diui. l. 83. pro soci.* vsque adeo, vt maior eorum pars sit terra, si eidem Tholosano credimus, *in syntax. art. mirab. lib. 36. c. 3.* Sed & metallifodinæ omnis † generis continebuntur, 15
l. 13. §. 5. de vsufr. l. 3. §. fin. de reb. cor. qui sub tut. l. 77. de contr. emt. quia & ipsæ è terra nascuntur, & recisæ sæpe renascuntur, *l. 7. §. 13. solut. matr. inf. c. vlt. n. 160.* Et ex saxis insulas † constare experimento 16
compertum est, *Senec. 3. nat. quæst. 25.* Quibus apud nos insula Sancta Holsatiæ annumeranda. Inde insula Tyrus in sacris Zor dicta, *psal. 45. v. 13.* id est petra, *Bunting. in itiner. lib. 1.* Et Cretæ pars magna cotoriis occupata *l. 15. de publican.* Quid ergo, inquis, an nulla differentia † est inter insulam & scopulum? Boni auctores 17
passim inter vtramque distinguunt, *vt Plin. lib. 12. nat. hist. 23. & lib. 4. cap. 1.* Æx scopulus verius quam insula. *lib. 5. c. 7.* Contra Carthaginis sinum duo scopuli verius quam insulæ. Quomodo *apud Ezech. 26. v. 4.* Deus Tyro vrbi & insulæ minatur, quod in petram vbi retia siccentur, redigi debeat. Vt videatur † scopulus vel 18
pars insulæ, vel quasi imperfectior insula, eo nomine indigna. Atque ita quoque sentire videtur Simon Maiolus Episcop. Vulturiens. *lib. 1. dier. canicul. cap. 10. Item Emmius in descriptc. chorogr. Fris.* Spicerogam & Ogam vix insularum nomine dignas, & prorsum sine hominum incolatu, solis vero auibus maritimis inhabitatas habet. Eaque in re etiam differentia scopulorum † attenden- 19
da est. Sunt enim eorum plura genera. Alij è mari extantes. Vnde & nomen sortiti, ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν, à speculando, siue quod ex illis in mare, siue quod illorum è mari prospectus pateat. Quo sensu dictum à Virgil. 1. *ÆEnea.* geminique minantur in cœlum scopuli.

Atque hæ tamen insulæ dici possunt, quia aqua circumda-
tæ, quamuis paruæ, desertæ, steriles, & plerumque in-
20 utiles, sæpe etiam noxiæ sint. Alij occulti † scopuli sub vndis
latent, ideo nauigantibus vitandi. Quod genus describit *Vir-
gil. 1. AEn.*

> Est procul in pelago saxum, spumantia contra
> Littora, quod tumidis submersum tunditur olim
> Fluctibus.

21 *Ad quem locum vid. Cæl. Rhod. lib. 8. lect. ant. 7.* Ita in† Nilo
multi sunt scopuli & saxa nauigantibus periculosa. *Herod. lib.*
2. Qualis petra, ex qua Nili auctio deprehenditur, *Senec. lib.*
4. nat. quæst. 2. Cui similis in Rheno ara Baccho olim sacra, de
qua ex vndis extante coniectura de prouentu vini sumitur.
22 Vnde vrbs † Baccharacum dicta putatur, *Freher. lib. 2. orig.*
palat. 18. Virgilius dorsa, aras, saxa vocat. Quibus similes
colles & tumuli in mari & fluminibus maioribus, ex arena-
23 rum colluuie subuecti, quos Romani † pectora dicebant, A-
ratus magnus guttas, *Cælius Rhod. lib. 26. lect. ant. 18. in fi. Lu-
can. lib. 10. venas.* Et scopuli, placuit fluuii quas dicere venas.
Plin. lib. 3 in proœm. Vbi profundum est mare, tamen frequen-
tes tæniæ candicantis vadi carinas territant. Qua de caussa li-
men interni maris eum locum dixere &c. Ex quibus tumulis li-
cet progressu temporis insulæ quandoque fiant, nondum tamen
pro insulis habentur, *vt dicemus c. 17. num. 126.* Sed & hoc ob-
24 seruandum est, tenuiores † & petrosas insulas quandoque à
poetis & scriptoribus scopulos appellari, siue quia scopulis sunt
munitæ, siue quia rem extenuant, & contemtius de ea loquun-
tur. *Ita Florus lib. 3. cap. 8.* Baleares insulas scopulos vocat. *Se-
nec. in consol. ad Heluiam cap. 8* Corsicam aridum & spinosum sa-
xum. *Iuuen. sat 10.* Capreas rupem, & Gyarum scopulum, De I-
25 thaca † *Virg. lib. 3. AEnead.*

Effu-

Effugimus Ithacæ scopulos, Laertia regna.

Intelligit autem Vlyssis patriam, quam *Cic. 1. de orat.* ait in asperrimis scopulis ceu nidum affixum. *De eadem late Homer. Odyss.* Δ. *&* Ν. Est autem hæc differentia † specifica terræ insularis, 26
qua à continenti distinguitur, quod ab omni latere aqua circumfusa est. Qua nota insulas Rheni ab incremento alluuio distinguit Noe Meurer *in tract.* von Forst vnd Wasserrecht *p. 5. tit. de Rheno.* **Ein Insul ist kein anhang / sondern ein freye Insul / die zu allen seiten mit Wasser vmbgeben / vnnd die der Rhein auffgeworffen. Eine Anhang aber kennet mann daran / daß wan der Rhein in mitlen stauden ist / man mit dem Vieh darauff zu weide fahren / vnnd sonsten trucken darauff kommen kan.** Aquam perpetuam esse oportet, non 27
temporalem, *arg. l. 1. §. 3. & 4 vt in flum. publ.* subita enim & insolita aquæ magnitudo & inundatio, *de qua est in l. 23. de R. I. l. 2. §. 6. si quis caut.* regionem aliquam insularem non facit, sicuti sub incremento Nili latent campi, opertæque sunt valles, oppida insularum modo extant. *Senec 4 nat. quæst. 2.* Hoc est speciem quandam insulæ præbent, non sunt insulæ. De eo tempore Virgil. *4. Georg.*

Et circum pictis vehitur sua rura phaselis.

Simile quid de Chaucorum terris scribit *Plin. l. 16. c. 1.* quod casis tumulis impositis sint nauigantibus similes, cum integant aquæ, naufragis cum recesserint. Quid autem † de æstu & 28
recessu maris dicendum? *de quo Plin. lib. 2. cap. 97. Ptolom. lib. 2. cap. 12. Arist. in problem. 23. & 2. meteor. 1. Plutarch. lib. 1. de placitis philos. 17. Solin. polyhist. 22. Augusti. lib. 7. de ciuit. Dei 22. Adam. Bremens. c. 249. Platina in Pasc hali 2. late Simon Maiolus l. 1. dier. canicul. 10. & ib. alleg.* Agnouit id arcanũ † maris quod Alex. M milites imperi- 29
tos maxime turbabat *apud Curt. l. 9. hist.* etiã Homerus, qui oceanũ refluentem ἀψόῤῥοον, vocauit, item ἀλυσίδονον æstum extumescentẽ ac detumescentẽ *Virg. 7. AEnea.* oceanũ refusum Romani veteres æstum maris Veniliam dicebant, à Neptuni coniuge vt putatur

Natal. Com. lib. 2. mythol. 8. reciprocantem salaciam. Germani il-
30 lam Maladinam, † hanc Lidunam, *de quibus Scalig. in coniectan. ad Varro. de L. L. Dalecamp. in not. ad Plini d. c. 97. Sibrand. Sicesma in not. ad*
31 *LL. Frisic. fol.* 150. De cuius reciprocationis caussa † arcana, *vt vocat Senec. lib. 7. de benef.* 1. non minus, quam de Nili origine, *apud Herod. lib. 2. Senec. 6. nat. quæst. 8.* disceptatur, sed vt plerique Lunæ vicissitudini tribuant *Iulius Scal. exer. 52. Cal. Rhod. lib. 20. c. 3. & lib. 26. c. 14. & 18. Natal. Com. lib. 8. myth. 1. &c.* Hic ergo recessus aquæ insulas in mari vadoso per interualla destituens an earum
32 naturam auferet? Minime, quia aqua breui reuersa, diuortisse non videtur, *arg. l. 3. de diuort. l. 48. de R. I.* neque aufugisse dicitur, qui breui reuersus est, *Bald. in l. 1. C. de seru. fug.* Quamuis enim sic velut abacto amne tenus alueus intercedēs continentiū terrarū speciem faciat, *vt Tacitus loquitur 5. histor.* tamen superueniens æstus omnia in pristinum statum reponit, insulasque aqua circumfundit, *arg. l. 19. in pr. de capt. & postlim. reu. l. 2. de sent. pass. l. 3. §. 2. de*
33 *mun. & hon.* Mare enim siue crescat siue decrescat, suos † tamen terminos retinet, *arg. l. 12. de A. R. D. l. 24. §. fin. de aqua plu.* sicuti neque flumina perennia esse desinunt, licet quandoque statis temporibus exarescant, *l. 1. §. 2 flumin. l. 1. §. 8. ne quid in lo. publ. fiat.* Hinc illud deducitur consectarium quod insula pedestri itinere
34 peruia non est, *Nou. 49 in princ.* §. 2. Nam quod † poetæ de gigantibus fabulati sunt, vt de Polyphemo *Virg. lib. 3. AEnead.*

——— graditurque per æquor
Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tinxit.

De Orione *idem lib. 10.* id alium intellectum mythicum habet, *Natal. Comes lib. 8. myth. 12.* Vnde sicut insula è continenti non nisi na-
35 uigio intratur, ita absque † hoc nec in continentem abitus patet. Ita de insula Creta Catullus *lib. 1. epigram.*

Nec patet egressus pelagi cingentibus vndis,
Nulla fugæ ratio, nulla spes, &c.

De quo conqueruntur Saxones in insula Rugianorum constituti, *apud Helmold. lib. 1. hist. Slau. 39.* Ecce mari vndique conclusi sumus. Hostes ante nos, hostes post nos, periitque à nobis fugæ præsidium.

præsidium. Itaque recte Seneca *lib.4.nat.quæst.2.* in insulis nul-
lum, ait, nisi per nauigia commercium. Fallit in mari ac flumine
vadoso, & si † quæ insulæ recessu maris subinde aqua denudan- 36
tur. Hæ enim per interualla & pedestri & maritimo itinere adi-
ri possunt. *arg.l.2.§ 8.si quis caut.in iud.sist.* & vel vado transiri, *l. vlt.
de seru.rust.* vel aqua recurrente nauigiis. Quæ plana † catinis 37
fabricabat Germanicus, vt sine noxa siderent. *Tacit.2.annal.Pro-
pert.lib.2.*

——— veniat mea littore nauis
Seruata, an mediis sidat onusta vadis.

Quomodo de Rheni † insulis *Marcell.lib.16.* æstate torrida fluui- 38
um vado transiri posse. Et Richenow insula quandoque sicco
pede aditur, *Glarean.in not. ad Cæsar. lib 4.bell. Gall.* Imo & Visur-
gim aliquando exercitus Romanus vado transiit. *Tacit.2. annal.*
qui hodie vastissimus est. Altera huic similis nota est, quod † cir- 39
cum nauigari insula potest. Quo experimento Romani olim
Britanniam insulam esse cognouerunt *Tacit.in vita Agric.* Hanc
oram nouissimi maris tunc primum Romana classis circumue-
cta insulam esse Britanniam affirmauit. Quid autem si ponte † 40
continenti iungatur, *l.4. de flumin.* an desinet esse insula? De Eu-
boea scribunt *Solin.lib.1.c. 20.& Plin.lib.4.nat. hist.12.* eam tam
modico æstu diuiduam à Bœotiæ continentia, vt dubitandum
sit, an numerari inter insulas debeat. Nam latæ, quam vocant,
terræ ponte iungitur, & per fabricam breuissimæ machinæ adi-
tur pede. Ita Cizycum insula Propontidis duobus pontib. conti-
nenti adhæret, *Florus lib.3.histor.5.* Ita Lindauium vrbs in lacu Po-
damico tota insula est, nisi quod ponte lapideo continenti anne-
ctitur. *Munster lib.3.cosmogr.* Et Hafniæ metropoli Daniæ insula
Amagger non nisi pontibus adhæret, *Berth.lib.3. comment.* Non
est autem perinde pontonibus traiicere & per pontem transire,
l.vlt.de seru.rust. Sed huiusmodi quoque insula diuerso respectu &
insulæ loco haberi potest, quatenus circumnauigari vel subter
pontem potest: & peninsulæ, quatenus pons † Isthmi vicem su- 41
stinet. Itaque & pedestri & maritimo itinere peruia est, *d.l.2.*

§.8.si quis caut.in iud. Atque hæc vera dubitandi caussa Plinio & Solino, quod ponte coniuncta continenti fuit Eubœa: non quod
42 modico æstu ab eo discreta. Qui plerumque, quo angustior † est eurypus, eo violentior & rapidior, *arg.l.3.§.1.de aq. cottid.l.7.§.3.de acquir.rer.dom.l.1.C.de allu.* alicubi etiam reciprocatur, vt de Eubœa *Florus lib.1.c.8.* Quæ caussa est, cur illic magis deprehendatur fluxus, quam in lato mari vel flumine, *Arist.2.meteor.1.* Quod milites Alex. M. oppleturi eurypum Tyri insulæ intelligentes, querebantur *apud Curt.lib.4. hist.* exæstuare semper fretum, quoque arctius volutetur inter insulam & continentẽ, hoc
43 acrius furere. Nimirum, quia acriora sunt, in quibus † nisus per angusta, *Senec.6.nat.quæst.29.* Ita & Cidenopolis paulum à continente Asia distat, *Plin.lib.5.cap.31.* Cythera non procul à Maleæ promontorio sita ancipiti propter angustias nauium transitu. *Plin.lib.4.c.12.* E Jutland in Funen Daniæ insulam breuissimus est transitus ex omni parte. *Adam.Brem.in hist. Eccles.c.211.* Vt stulta
44 videatur dubitatio, anne vna pars † fluminis insulam fluuialem ambientis latior esse possit altera? Quod visus negare Andre. de Isernia *in c.1.§.fin. vers. item viden. 20. de contro.inuest.in V. F. quem refert & sequitur Hieron. de Monte in tract. fini.regund.ca.24. num.5.* si tertia vel quarta parte sit latior, quia flumen illic esse dicitur vbi sunt tres vel plures fluminis partes, *arg.l.3. quod cuiusque vni.l.9.ad munic.l.27.§.item si plures, de recept.arb.* Ergo
45 cum flumen dicitur † ambire & circuire insulam, non intelligitur illud de modica, sed de dimidia eius parte. *l.nomen,164.§.1.de V.S.* Sed hæc theoria non solum naturæ fluminis contra-
46 ria est, cuius se diuidentis brachia † non semper sunt æqualia, cum plerumque in vno latere eurypo arctentur, in altero vero in alueum amplissimum diffundantur: sed etiam Iurisconsultorum doctrinæ, qua intra centrum medietatis fluminis insula cum intercedente alueo consistere potest, *l.7.§.3.infi.de A.R.D.* Ergo cum in altero latere tantum sit fluminis quantum est insulæ & aquæ in hoc latere: fieri quandoque oportet, vt la-
47 titudo illius brachii † latitudine tertia, quarta, imo quinta vel

sexta

ſexta parte ſit maior. Præſertim ſi inſula ſit grandior, cui quantum ſpacii accedit, tantum eurypo de medietate fluminis decedit. Vnde etiam riuus dicitur *in d.l.7.§.4.de A.R.D.* id eſt pars fluminis, *vt vertit gl. conſentiente Bart.* Riuus autem à Feſto *lib. 16.* tenuis aquæ fluxus † definitur. Et anguſtus amnis dicitur *in l.3.* 48
§ 1. de aqua cottid. Itaque hic partitionis nomen dimidium † non 49
ſignificat, *d.l.164.§.1.de V.S.* quia alioqui dimenſio fluminis non ab vtraque fluminis ripa, ſed à latere inſulæ, & aduerſæ ripæ inſtituenda eſſet, contra diſpoſitionem iuris *in d.l.7 §.3.l.56. de*
A.R.D. Et alias notum eſt, magis & minus † non variare ſpeciem 50
Heig part 1.quæſt. Saxon.2.num.vlt. cum flumina alia aliis ſint ſpa-
cioſiora *arg.l.1.ne quid in flu.publ.* Quod maxime obtinet in toto † 51
eſſentiali, quod vno ſpiritu cōtinetur, *l.30.in pr.de vſuc.* qualia ſunt fluminis brachia, *l.23.in fi.de R.V.* quæ partes cum in toto ſint, *l.7. in pr de except.rei iudi.* de iis eadem dicenda ſunt, quæ de toto dicuntur *l.76.de R.V.l.51.de admin. tut. Gœdd. ad l.25 nu.22.de V.S.* Imo totius ſunt inſtar. *d.l.25.* Interim eo caſu Iſerniæ ſententia recipi
poteſt, quando minor alueus † iam exaruit *art.28.& ibi gloſ.lib. 2.* 52
Landr. toto flumine impetum ſuum in alterum latus conuertente
d.l.7.§.5 de A.R.D. Quales ſunt in Rheno die alt Waſſer, *de quibus* 53
Noe Meurer. in d.tract.p.5.itē vō Waſſerrecht *p.1. verb.* angehängt/ da der Rhein von Alters gangen welchē Ort man mit weide darnach versetzt/ dz kein Fiſch weder auß noch ein kōmen mag/ &c. *De quo intelligēdus Hieron. de Mont. defin.reg.c.24.n.5.* vel etiā ſi riuus adeo ſit tenuis, vt vel ſaltu tranari poſſit. *l.1.§.2.de riuis l.1.§.1.ne quid in flu.publ.l.8.de aqua cottid.* Is enim fluminis nomine cenſeri nō poteſt. Et poteſt huc referri latitudinis amnici definitio in Gallia *quam refert Claud. Malleril. ad reg. aqua. conſtit. art.86.* vt fluuius à capite ſex aut ſeptem pedum, de hinc decem aut duodecim ſit, donec in aliquod celebre & amplioris nominis flumen incidat. Hæc de definitione inſulæ dicta ſufficiant. Quæ licet manifeſtiſſima videatur, non tamen † eius interpretatio negligenda fuit, *monitu ICti in l.1. §. 11. de vent. inſpic.*

CAP.

CAPVT III.

DeDescriptione continentis, peninsulæ, aliorumque locorum.

SVMMARIA.

1 *Insula continenti opponitur.*
2 *Orbis terrarum est instar insulæ.*
3 *Oceanus terræ cinctor.*
4 *Tres terræ continentes.*
5 *Deo tota terra est vna insula.*
6 *America quarta pars terræ.*
7 *Continens quid?*
8 *Epirus regio Græciæ.*
9 *Continentis & insularum oppositio frequens.*
10 *Tyrus ex insula continens facta.*
11 *Insulæ ciuiliter continenti annumerantur.*
12 *Continentia vrbis Romæ.*
13 *Peninsula quænam?*
14 *Prouinciæ peninsulares.*
15 *Germania an peninsula?*
16 *Arabia & Ægyptus an insulæ?*
17 *Elisa insula pro Græcia.*
18 *Peninsula an pro insula habenda?*
19 *Discrimen inter fauorabile & odiosum.*
20 *Scandia an sit insula?*
21 *Mare Balthicum.*
22 *Schonlandia Daniæ pars.*
23 *Berga metropolis Noruuegiæ.*
24 *Hailes insulæ Hispaniæ.*
25 *Venetiæ cur in plurali efferantur.*
26 *America continet multas insulas.*

27 Selan-

27 *Selandia Belgica partes.*
28 *Insulæ plures aspectu vnam repræsentant.*
29 *Regni Danici insulæ.*
30 *Numerus singularis pro plurali vsurpatus, & contra.*
31 *Fluuij curuitas speciem peninsulæ præbet.*
32 *Mæander flexuosus fluuius.*
33 *Confluentia fluminum peninsulam efficit.*
34 *Philæ peninsula Ægypti.*
35 *Confluentia Germaniæ vrbs.*
36 *Vrbes ad confluentes fluuios exstructæ.*
37 *Sinus maris peninsulæ formatrix.*
38 *Promontoria maris obices.*
39 *Peninsulæ requisitum.*
40 *Sirmium Catulli patria.*
41 *Rauenna vrbs Italiæ.*
42 *Diuersa ostia veras insulas efficiunt.*
43 *Nili & Istri ostia septem.*
44 *Rheni quot sint ostia?*
45 *Isthmus quid?*
46 *Isthmus peninsulæ ce uix.*
47 *Peninsula Græce Cherronesus.*
48 *Cherronesi nobiliores quinque.*
49 *Daniæ Cherronesus.*
50 *Porthmus Isthmo opponitur.*
51 *Eurypus Bœotiæ inconstans.*
52 *Bosphorus quid?*
53 *Germanicum* Sund *quid significet?*
54 *Stralesundium vrbs Pomeraniæ.*
55 *Germanicum* Mund *pro ostio.*
56 *Sinus maris Italis Gulphus dictus.*
57 *Hellespontus, Propontis.*
58 *Isthmus & Eurypus insulam & continentem respiciunt.*
59 *Eurypi præbent portus.*
60 *Portus Germanis* Haffen *dictus.*

61 Hafnia Dania unde dicta?
62 In Eurypis plerumque traiectus constituitur.
63 Traiectus Germanis Furth *dicitur.*
64 Germanicum Furth *etiam vadum denotat.*
65 Natura opera non culpanda.
66 Continentia caussa quid operetur?
67 Ignorantia terminorum Geographicorum ICtum dedecet.

1 X modo dictis constat, insulam continenti † terræ opponi, *vt in l.65.§.1.de A.R.D.* Ita vt in duas has partes totus terrarum orbis, *vt nominatur in l.20.§.1. de oper. libert.* dispescatur. De qua Geographica diuisione eleganter Elias Reusnerus quondam Antecessor noster in professione Historica in Academia Ienensi, *in pr. Isagoges Histor. Honter. lib.1. Cosmogr. in pr.*

Quin etiam tellus varia ratione vocatur,
Insula, continuum, simul & peninsula & Isthmus &c.

Quamquam de ea longe aliter sentit Arist. *cap.3 de mundo* cuius verba Græca in Latinum transposuit Apuleius *in libro de mundo.* Non sum nescius, inquit, plerosque huius operis auctores terrarum orbem ita diuisisse, partem eius insulas esse, partem vero cõtinentem vocari, nescios, omnem hanc terrenam immensitatẽ
2 Atlantici maris ambitu coerceri, insulamque † hanc vnam esse, cum insulis suis omnibus &c. Eodem respiciens *Cicero 2. de nat. Deo.* ait nos magnam quandam insulam incolere, quam orbem terræ vocamus. *Et in somnio Scipio.* Omnis terra quæ colitur, parua quædam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod Magnum, quod Oceanum appellatis. *Adde Macrob. lib.2. Cœliũ Rhod lib.1. lect ant. vlt. in fi.* sed & *Strabo lib.1. Geogr.* terram insulam vocat, *Et Plin. lib.2. nat. hist. 66.* tellurem medio suo ambitu præcinctam circumfluo mari. *Ouid. 2. metam. 3.*

Alma tamen tellus, vt erat circumdata ponto.

3 Inde Neptunus terræ † cinctor dicitur ab Homero, quia vndiq; circũscribit & ambit omnes terras. *Gellius l.12. noct. Att. 13. Catul. lib.1.*

Oceanus

Oceanusque mari totum qui amplectitur orbem.
Oceanus terrarum vinculum, continuationem gentium tripli-
ci sinu scindens. Is enim in multos sinus intrat, per tot maria qui-
bus Asiam, Europam, Africamque dispescit. *Plin. lib. 2. nat. hist. 68.*
Senec. in consolat. ad Marti. cap. 28. Eadem cõsideratione etiam tres
terræ † continentes, Asia, Africa, Europa à tribus Nohæ filiis 4
ita distinctæ *Gen. 10.* quod putarunt Sulpitius Seuerus & Aquita-
nus *lib. 7. histor. sacra,* pro peninsulis haberi possunt, cum vna tan-
tum portione terræ sibi inuicem coniungantur. Imo Silenus a-
pud Theopompum, *vt ex AEliano refert Cælius Rhod. lib. 17. c. 35.* fa-
bulatur, Europam Asiam & Libyam insulas esse, quod eas am-
bitu complectatur Oceanus. Sed hæc consideratio insulæ nimis
generalis est. Neque vsum habet, nisi si quis totam hanc rerum v-
niuersitatem, vel animo, quod Cosmographus, vel classe, quod
Franciscus Draco Anglus fecit, circuletur. Deo † certe, supremo 5
rerum Architecto tota terra vna est insula, & hoc instar pulueris,
Esai. 40. v. 41. Iobi. 38. v. 39. Et omnis terræ ambitus ad cœli spaci-
um puncti rationem obtinet, *Boet. 2. de consol. Philosoph. 7.* Cæterum
populariter loquendo partes terræ à toto vniuerso per maria &
flumina separatas, insulas vocamus, *arg. l. 9. de iudic.* Qualis est A-
merica † quarta pars terræ. Quæ cum sit ex insulis conflata, quas 6
hemisphærio nostro aduersas iam olim agnouit *Arist. 3. de mund.*
reliquarum terræ partium continens non est. Dicitur autem cõ-
tinens in iure ciuili, quod vno † spiritu seu tractu continetur, *arg. l.* 7
30. in pr. de vsucap Qualia sunt prædia continua *in l. 31 in pr. de seru.*
rust. L. 7. §. 1. com. præd. quæ Cicero pro A. Cæcin. cõtinentia præ-
dia vocat. Continentia ædificia *in l. 2. l. 154. de V. S l 1. §. 20. de aqua*
pluu. continentes prouinciæ, *l. 99. de V. S.* Græci † ἤπειρον vocant. 8
Quod tamen κατ' ἐξοχὴν in proprium regionis Epiri nomen tran-
siit. Quomodo Homerum id accipere docet Eustath. *Iliad B.* Qua
de re videatur post veteres *Reinec. in syntagm. hist part. 2. c. 11.* Geo-
graphis terra firma dicitur, *Plinio lib. 4. c. 12* terra lata, *Ouid. 15 me-*
tam. solidissima tellus. Facta comparatione ad insulã. Quæ oppo-
sitio † apud bonos auctores frequẽter occurrit. *Ita Homer. Odyss. l.* 9

Εἴθ' ὅγ' ἐπ' ἠπείρου δάμη ἀνδράσι δυσμενέεσσιν
Εἴτε καὶ ἐν πελάγει μετὰ κύμασιν ἀμφιτρίτης

Hoc est: An ille in continenti domitus sit ab hostibus,
An in pelago inter fluctus maris.

Id: m in Apoll.

ἠμὲν ἀν' ἤπειρον πορτιτρόφον, ἠδ' ἀνὰ νήσους

Siue per continentem vitulos nutrientem siue per insulas. Et pertinet huc prouerb. Democrati *in epist. Hippocratis sect.* 8. In continente habitantes maritima expetunt, rursusque insulas tenentes continentem affectant. Discrimen hoc Tyriensibus in-
10 sulanis † olim adimere minabatur Alex. M. *apud Curt. lib.* 4. Breui ostendam in continenti vos esse. Et euentus insecutus fecit, vt postea scriberent Geographi: Tyros aliquando insula, nunc annexa terris, *Strabo, Pompon. Mela. &c.* Hæc naturalis est cōtinentis significatio, cui iure ciuili alia politica adiungitur, qua insulæ
11 quandoque ciuiliter † & fictione quadam continenti annumerantur, *arg. l. 60. de V. S.* Quomodo Sicilia inter continentes prouincias numeratur, quæ reuera insula erat, non continens. *l. 99. de V. S.* Quod relatione quadam ad Italiam & vrbem Romam fiebat, quippe cuius respectu continentes regiones ac prouinciæ dicebantur. *l. 45. §. pen. de excusat.* Vnde semper continentiæ
12 † appellatio vrbi Romæ opponitur, *in l. . l. 139. l. 154. de V. S.* quam centesimo lapide finiri voluit *gl. in l. fin. de off. præf. & in l. fin. de off. Proconf.* Atque ita etiamnum continentis terræ appellatione insulæ annexæ quandoque continebuntur, pro cuiusque imperii terminatione *d. l. 99. de V. S l. 9. de indic.* De qua infra *cap.* 14. *&* 26. Quod si regio aliqua sui parte tantum cōtinenti adhæreat, pen-
13 insula † dicitur. Sed hoc quoque nomen latissime patet. Sicuti enim totum terrarum orbem insulæ, & tres continentes trium
14 peninsularum instar esse diximus: ita singulæ fere prouinciæ † in hanc considerationem cadere possunt. Ita enim Italia supero inferoque mari peninsulæ modo cingitur *Liu. dec. 5. lib.* 1. Hispania nisi qua Gallias tangit pelago vndique incincta est, *Pomp. Mela lib. 2. Iustin. lib. 44. Plin. lib. 4. nat. hist.* 12. Et Istria vt peninsula ex-

la excurrit, *Plin.lib.3.c.19.* Sed & † Germaniam classe circumue- 15
ctam scribit idem *Plin lib.2.c.67.* Nisi id eodem loco habere velis,
quo vulgarem Italorum errorem, qui Germaniam vnam vrbem
esse arbitrantur, *referente Camerar.lib.1.succisiuar.l ct.44.* Et Arabia
† inter duo maria Rubrum Pelusicumque excurrens, quodam 16
naturæ artificio ad similitudinem Italiæ mari circumfusa est, *Pli. lib.6.c.28. & lib.12.c.8.* Quin inter insulas quidam retulere Ægyptum, ita se findente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat, *Plin. lib.5.c.9. Senec.4 nat.quæst 3. Reinec.in syntag.p.1 in AEgypt.* Atque ita vtraque prouincia in sacris insula nominatur *Esai.20. & vlt.* Et Rex Ægypti dicitur iacere in sua aqua *Ezech.29.v.3.* Sed &
Græcia insula † Elisa dicitur *Ezech.27.v.7.* Et quod de Antiocho 17
M. occupaturo insulas aliquot prædixit Daniel *c.11.v.18.* in Græciæ Asiæque insulis verificatum fuit *Reinec.p.3.syntagm.in regno Syriæ. Liuius dec.4.lib.5.& seqq* Sed & India q. peninsula est *Haython.c.6.* Verum cum hæc quoque consideratio peninsulæ latissime pateat, vt dictum, ad angustiores terminos, & qui magis in oculos
incurrant, descendendum est. Et pertinet huc disputatio an † 18
peninsula pro insula haberi debeat, ex facto nata inter Cleopatram Reginam Ægypti & Rhodios de Pharo insula in peninsulam redacta. Quam historiam *c.20.n.115.* examinabimus. Quod si nihil aliud obstet, putaremus æquitate suadente, quandoque
peninsulam pro insula haberi posse, & contra † in fauorabilibus 19
non in odiosis. *De qua distinctione v. Tiraq. de vtroque retract. tit.1.gl.9.* Quod cum in facto consistat, iudicis arbitrio relinquendum, *per tradita Menoch.lib.1.de arb.iud.quæst.in pr.* Quamquam scriptores sæpe abusiue alterum pro altero vsurpant. Quidam etiam ex errore & ignorantia loci. Ita *Plin.lib.4.c.13* describit Schandinauiam
† in sinu Codano insulam clarissimam incompertæ magnitu- 20
dinis, vt alter terrarum orbis sit appellatus. *Idem l.4.c.16.* Balthiam insulam immensæ magnitudinis. *De cuius nomine Ioh. Maria. Hispan.l.5.c.12. Ioh.Messen.in specula Suecor.c.1.* Inde mare Balthicũ † 21
à Baltho Gothorum Rege ita dictum *Ioh. Ma l 1. histor. Goth. 19.* Hodie Belt. Quod Adam Brem, *c.208. & 217.* barbarum vocat,

*ſequitur Helmold.lib.1. hiſt. Slan.1.ſed vt id non intelligat Cardanus repre-
henſus à Scalig. exer.51.* Atque eſt is ſinus Gothicus quem *Plin d. lo.
& Pomp. Mela* Codanum vocant. Neque dubium quin Romani
ſcriptores peregrina & exotica vocabula aliter acceperint, vel
22 ad ſuam dialectum corruperint. Ita Schandiam quaſi † Schonlan-
diam terram amœnam dictam exiſtimat *Ioh. Magnus in præfat. & c.
1.4. & 5.* Quæ nunc Schonia dicitur Regi Daniæ parens, *de qua A-
dam Brem. in hiſt. Eccl. c. 214.* Verum certum eſt totum illum tractũ
Daniæ, Succiæ, Norwegiæ, continentem eſſe, & non vndiq; ma-
ri circumfluum. *Quod & Bilibald. Pirckeim. obſeruauit citante Berthio
lib.1. fol. 180.* Eidem errori imputandum quod Plinius Nerigon &
Bergas oceani Germanici inſulas facit, per illam Norwegiam,
23 regni Danici partem, per hanc eius metropolin † Bergam intel-
ligens, *vti etiam Berthius ſentit lib.3 fol. 479.* Decepit is veterum er-
ror etiam Iornandem hiſtoricum *in pr. de reb. Geticis* Scanziam vt
amplam Inſulam deſcribentem. Quamquam verum eſt multas
hic inſulas intercurrere, vt propterea Ptolomæus forte 4 Scan-
zias Cymbricæ Cherſoneſo adiunxerit.

Deinde & hoc obſeruandum eſt, plures ſæpe inſulas vno no-
mine appellari, ſiue in plurali vt Cyclades, Stæchades, Sporades,
24 *de quibus inf. c 5. n. 36.* Ita Gades † inſulæ Hiſpaniæ *in l. 41. §. 6. de leg.
3.* Quomodo etiam legendum *in l. 12. §. 1. de leg. 1. de quibus cap. præ-
25 ced. n. 3.* Item Venetiæ, *§. hinc etiam diſt. 17.* Quæ tamen etiam in †
ſingulari numero effertur. *Paulus Diaco. lib. 2. de geſt. Longob. 12.* Ve-
netia non ſolum in paucis inſulis, quas nunc Venetias dicimus,
conſtat, ſed eius terminus à Pannoniæ finibus vſque Adduam fl.
protelatur *inf. cap. 26 n. 47.* ſiue etiam in ſingulari. Ita Americæ
26 † nomine omnes inſulæ ſupra & infra Calecutium denotantur.
27 Ita Selandica † Belgica ex 15 inſulis conſtitit, quarum vt quædam
vndis ſubmerſæ: ita tres ſunt præcipuę, Walachria, Scaldia, Sut-
beuelandia, *Leuin. Lem. lib. 4. de occult. nat. mirac. 2.* Ac de iis intelli-
gendus locus Cæſaris *lib. 4. de bell. Gallic. ad quem Glarean. in not.* Cõ-
28 mune hoc nomen ſortiuntur, vel quia ita vicinæ vt è mari † pro-
ſpicientibus vnæ appareant. Ita de Echinad. *Ouid. 8. met. 8.*

inſula

——————— insula nomen
Quod gerit illa doce, quamquam non vna videtur?
Amnis ad hæc, non est, inquit, quod cernimus, vnum,
Quinque iacent terræ spacij discrimina fallunt.

Et simile quid Lucret. lib. 4.

Insula coniunctis tamen ex his vna videtur.

Vel quia ad vnum imperium pertinent. Ita Daniæ † nomine om- 29
nes insulæ ad hoc regnum pertinentes veniunt, *de quibus infr. c. 15. num. 56.* Atque ita Vopiscus in Floriano per Romanam insulam, ad quam nouus Imper. Proconsul sit missurus, omnes ditioni Romanæ subiectas insulas intelligit. Quia non solum numerus pluralis † quandoque in singularem resoluitur, *l. 2. §. sed si vnus, de vi* 30
bon rap. Ioh. Fab. in pr. Inst. de iure perso. sed etiam singularis in pluralem, *l. 17. § 1. de leg. 1. Iohan. Faber in § si plures, Inst. de leg. agn. success. Eberh. in top. in lo. 97. Hondeda. vol. 1. cons. 29. num. 31.* Facit autem speciem peninsularum in mediterraneis fluuiorum † curuitas, dum 31
illi amplum quærentes circuitum, modico terræ interuallo relicto ad priores terminos declinant. Qualis celebratur præ aliis Mæander † fluuius Phrygiæ, ita sinuosis flexibus, vt sæpe creda- 32
tur reuerti, *Plin. lib. 5. cap. 29. De quo Ouid. 9. metam.*

Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque.

De Abdua Gunth. *in Ligurin. lib. 8. v. 273.*

Describitque locum, quem torrens Abdua circum
Gurgitibus flexis aditu breuiore relicto Circuit.

Sed & duorum fluminum confluentia † peninsulam efficit. Ita 33
Philæ † insula Ægypto adiacens, duobus in vnum coituris am- 34
nibus cingitur *Senec. lib. 4. nat. quæst. 2.* Quam peninsulam tantum esse ex eo apparet, quod *Strabo lib. 17. Geogr.* testatur, se ad illas ex Siene plaustro per plana deuectum. Lucanus quoque curuitati amnis eam tribuit *lib. 10.*

Rursus multifidas reuocat piger alueus vndas,
Qua dirimunt Arabum populis Ægyptia rura
Regni claustra Philæ.

Talis

Talis confluentia Rheni & Mosellæ Archiepiscopi Treuirensis
35 ciuitati † nomen dedit, quam vulgus suo more variando Cobolenziam pronunciat. Ad cuius vrbis laudes annotant *Munster.* & *Berth. lib. 3.* vsitatum fuisse priscis Germanis ad confluentes flu-
36 uios † celebres vrbes exstruere. *Freher. lib. 1. orig. Palat. 4.* Ita de Moguntia ad confluentem Rheni & Mœni *Gunth. lib. 1.*

Qua Mogus tumido miscet sua flumina Rheno.

Et de Lubeca simile quid refert *Helmold. lib. 1 Chron. Slau. 58. vide infra cap 23. n. 23.* in maritimis sinuum anfractus sæpe pen-
37 insulas † formant, sicuti de Peloponneso *Plin. lib. 4. c. 5. Mela lib. 5. in Macedo. Idem Plin. lib. 5. c. 3.* Cadara appellatur rubri maris peninsula ingens, cuius obiectu vastus efficitur sinus. Præsertim si-
38 cubi promontoria † promineant, quasi continentis terræ contra fluctus maris propugnacula. Quale Cimbrorum promontorium longe in mare excurrens peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur *Plin. lib. 4. c. 13.* Hodie Schagen. In quibus omnibus id
39 vsu venit, quod † peninsula ad minimum duabus partibus aqua alluatur, tertia terræ adhæreat, sicuti Massiliam describit Cæsar *lib. 2. d. bell. ciuil.* Quo minori autem terræ spacio continenti adhæret, eo propius ad insulam accedit. *Ita Pompon. Mela lib. 1. in Cilicia.* Corycos portu saloque incingitur, angusto tergore continenti annexum. *Et lib. 2. in Gallia.* Mesua collis incinctus mari pene vndique, ac nisi quod angusto aggere continenti annecti-
40 tur, insula. De Sirmio, † vbi Impp. aliquot resederunt, Longobardiæ Transpadanæ oppido patria sua eleganter *Catull. lib. 1. elegi.*

Peninsularum Sirmio insularumque
Ocelle, quascunque in liquentibus stagnis
Marique vasto fert vterque Neptunus.

Quem per dulces & salsas aquas exponit *Turneb. lib. 24 aduers. 44.* Alij per mare superum & inferum. Ac extat similis sententia *apud Helmold. lib. 1. c. 2.* Ibi cernitur Neptunus triplicis naturæ &c.
41 De Rauenna † *Iornand. de reb. Getic.* Hæc vrbs in sinu regni Romani super mare Ionium constituta in modum influentium aqua-

rum

rum redundatione concluditur, ita vt inter paludes & pelagus, interq; Padi fluenta vni tantum pateat accessui. Quod si flumen diuersis brachiis † siue ostiis in mare se egerat, terra inclusa veram 42
insulam exhibet. Quomodo Nilus septem ostiis in mare voluitur. *Pompo. Mela lib. 1. Solin lib. 2. c. 41.* Idem de Danubio refertur. *Mela lib. 2.* Ideo vterque à poetis † septemplex appellatur. In 43
Nili ostio vno sita est vrbs Memphis, cui ex aduerso respondet noua Babylonia, quæ hodie putatur esse Alcairum *Paul. Iouius lib. 18. histor. Simon Maiolus lib. 1. dier. canicul. 23. Munst. lib. 6. Cosmogr. Bunting. in Itiner. lib. 1.* Sunt & Rheni † duo ostia, vnde bicornis di- 44
ctus *Virgilio 8. AEneid.* Hæc enim per cornua designant poetæ, *Turneb. lib. 21. aduers. 5.* De iis *Cæsar lib. 4. de bell. Gall.* Rhenus vbi oceano appropinquat in plures diffluit partes multis ingentibusque insulis effectis, *v. infra cap. 13. n. 24.* Hæc ergo proprie & vere † 45
peninsula est, quæ *iuxta versum Lucani lib. 6.*

Exiguo debet, quod non est insula colli.

Tam paruo distat ibi rerum naturæ diuersitas *ait Plinius lib. 5. ca. 11.* Collum siue † ceruix, *vt vocatur à Plin. lib. 4. c. 3.* Græcis Isthmos 46
dicitur *l. 37. de ser. ru. rust.* Quem *Herod. lib. 6. describens*, dicit esse breuem inter duo maria intercapedinem. *Catull. lib. 1.*

Isthmon, eosne petam montes, ab gurgite lato
Discernens pontum truculentum vbi diuidit æquor?

Inde peninsula † χερρόνησος Græcis dicta, *Strabo lib. 16. ἀπὸ τῦ χειρός.* 47
quasi insula manu vel brachio continenti iuncta. *d. l. 37. de seru. rust.* Quamuis vero plures sint, præ cæteris tamen quinque † nobilio- 48
res celebrantur. Quæ etiam κατ' ἐξοχὴν Cherronesi dictæ sunt. Prima Peloponnesus Achaiæ adhærens *Plin. lib. 3. c. 4. & lib. 4 c. 4.* Quam Polybius peninsulam appellat, eique licet ex diuersis vrbibus conflatæ, nihil ad vnam Rempubl. defuisse putat, nisi quod non iisdem mœnibus contineretur *v. Reinec. in syntag. p. 3. in Achaia.* Ad hanc pertinet Isthmus Corinthiacus, absolute Isthmus dictus, 5. M. spacio mare Ægæum ab Ionio summouens. *De quo Senec. epist. 80. refert versus*

Ex imperio Argis, regna mihi liquit Pelops,
Qua Ponto ab Helles atque ab Ionio mari.
Vrgetur Isthmos.

Altera Cherronesus Thraciæ *de qua Herod. lib. 6.* Tertia Cymbrica, quæ nob s est † Dania. *Plin. lib. 4. c. 13.* Quæ quas prouincias cõ-
49 plectatur *vide apud Berth. lib. 2. comment. fol.* 345. Quarta Taurica siue Scythica in pontum Euxinum circa Bosphorum Cimmerium excurrens, sylua vasta per medium diuisa. Quinta aurea in Indiæ super Gangem fluuium sita. *Strabo d. lo.* Quam hodie Iapanẽ esse credunt, *Hugo Grotius in mari libero c. 5. Paulus Venetus Ziprangi vocat..*
50 Isthmo opponitur πόρθμος id est † fretum angustum, quod inter duas continentes intercedit, nec terrã coire patitur. *l. 2. §. 8. si quis cauti. Isidor. lib. 13. etym.* 18. Vnde portum dictum existimat *Brechaeus ad l. 59. de V. S.* Qua intrat mare à Græcis porthmus, à nobis fretũ Gaditanũ dicitur, *Plin. lib. 3. c. 5. Pompon. Mela lib. 1. in pr.* Dicitur & Eurypus quando violentior est, *Cœl. Rhod. lib. 21. antiq. lect. 19. Plin. lib. 4. c. 4.* Hoc est amnis angustus *l. 3. §. 1. de aqua cottid.* Quod nomẽ
51 Eubœæ porthmo proprie tributum est, tantæ † inconstantiæ, vt prouerbio locum dederit: ἄνθρωπος ἄνθρωπος. Vnius enim diei & noctis spacio septies recurrit, eo impetu, vt nauigia repugnantibus ventis plena secum auferat. *Pomp. Mela. Lucan.*

Eurypusque trahit cursum mutantibus vndis
Chalcidas puppes ad iniquam classibus Aulim..

Auson. Epist. 9.

—mediis Eurypus vbi vndis
Europæque Asiæ coeuerat connexu retexit.

52 Neque enim aliud est Bosphorus, quam † angustus maris transitus, quem vel bos natando assequi possit. Vnde & nomen inuenit. Fabulam enim Natal. Com. *lib. 8. mythol.* 18. non moramur. Translatum postea ad Cymmerium & Thracium, quasi solos eo dignos, *Mela lib. 1 in Bithyn.* In nostra lingua sinus marinus proprie
53 Sund † dicitur. Ita sinus Bergensis Carmsund. *Berth. lib. 3. comm. fol. 479.* Et maxime celebris est porthmus Danicus Orsun dprope Cronenburgum telonio Regis Daniæ insigne. *Berth. d. lib. 3.* Ita apud Frisios quoque Sundfal angustia maris dicta, quæ nunc vetus nomen locumque amisit. *Siccama ad LL. Frisia. f.* 141. Inde

denominata vrbs Stralesundium † Pomeraniæ, ab angusto freto 54
inter ipsum & Stralé insulam intercedente. Non ab ostio, *vt male Sibrand. ad st. Lubecens. p. 1. sect. 10* Hoc enim Germanis nõ Sund/ sed Mund † dicitur. Inde Trauemunda vicus Lubecensium ad o- 55
stium Traui flum. Warnemunda, vicus Rostochiensium ad ostiũ Varni fl. situs, *idem Sibrãd. d. lo sect. 11. n. 12.* In sacris vter maris dicitur ein Schlauch. *psal. 33. v. 7.* Apud Saxones alicubi Wolff. Quod vocabulũ à Longobardis in Italiã delatũ Venetorum † Golphum 56
denominasse videtur. Fere enim semper pro vsitata Saxonum littera W. Itali Gu vsurpant, vt pro Welpo cane Guelphũ pro Werra Guerram &c. Eurypo cognatus est Hellespontis † in Thracia, se- 57
ptem stadiis Europam ab Asia diuidens. *Plin. lib. 4. c. 11. & 1* . vbi se dilatat Propontis appellatur. *Pli. lib. 5. c. 32.* Sic ergo vt insula & cõtinens, ita Isthmus † & porthmus sunt opposita, sed ille insulam 58
impedit, hic continentem. Ille aquam coire vetat, hic terram. IC. *in l. 4. §. 5 de off pro cons.* per ingressum & adnauigationẽ effert. Per hanc enim maritimi, per illũ terrestres adeuntur. *Propert. li. 2.*

Seu pedibus Parthos sequimur, seu classe Britannos.

Et sicuti sinus ac eurypi † insularum fidas plerumq; stationes naui- 59
bus ex alto venientib. præbent. Ita Eubœa insula laterũ obiectu efficit portum Aulidis. *Solin. lib. 1. c. 14. Pli. lib. 4. c. 7.* Germani Haffé † vocant. Vnde metropolis insulæ Selandiæ Danicæ & fortunã & 60
nomẽ sortita, præbens portũ mercatoribus, vt diceretur à Saxonibus † Koypmans Haffen. *Berth. d. lib. 3.* Et Holmus insula Schoniç 61
celeberrimus Daniæ portus & fida statio nauiũ *Adam. Brem. c. 223.* Ita hic plerumq; ꝓpter angustiã † traiectus cõstituitur vt viatores 62
pontonib. trans flumẽ vehantur. *l. 5. in pr. naut. caup. stab. l. 12 de seru. rust.* Talis est Septa traiectus ex Hispania in Africã *in l. 2. §. 2. de off. Præf. Præt. Afri. Gell. li. 10. N. A. 26.* Itẽ transitus Constantinopoli in peninsulã Sicorũ *Nou. 59. c. 5. Panciro!. de region. vrb. Const.* Vbi ex hominũ frequentia hic cõfluentiũ quandoq; vrbes conditæ, vt Vltraiectũ. Germani Furt † dicũt. Vnde plurimę vrbes Frãconię de- 63
nominatæ vt Frãcofurtũ, Ochsenfurtum, Sweinfurtũ. Item Erphurtũ, &c. Et ab eadẽ voce in dialecto Saxonica Vorda & Verda.

61 Hafnia Dania unde dicta?
62 In Eurypis plerumque traiectus constituitur.
63 Traiectus Germanis Furth *dicitur.*
64 Germanicum Furth *etiam vadum denotat.*
65 Natura opera non culpanda.
66 Continentia caussa quid operetur?
67 Ignorantia terminorum Geographicorum ICtum dedecet.

1 X modo dictis constat, insulam continenti † terræ opponi, *vt in l.65.§.1.de A.R.D.* Ita vt in duas has partes totus terrarum orbis, *vt nominatur in l.20.§.1.de oper.libert.* dispescatur. De qua Geographica diuisione eleganter Elias Reusnerus quondam Antecessor noster in professione Historica in Academia Ienensi, *in pr. Isagoges Histor. Honter. lib.1. Cosmogr. in pr.*

Quin etiam tellus varia ratione vocatur,
Insula, continuum, simul & peninsula & Isthmus &c.

Quamquam de ea longe aliter sentit Arist. *cap.3 de mundo* cuius verba Græca in Latinum transposuit Apuleius *in libro de mundo.* Non sum nescius, inquit, plerosque huius operis auctores terrarum orbem ita diuisisse, partem eius insulas esse, partem vero cõtinentem vocari, nescios, omnem hanc terrenam immensitatẽ
2 Atlantici maris ambitu coerceri, insulamque † hanc vnam esse, cum insulis suis omnibus &c. Eodem respiciens *Cicero 2. de nat. Deo.* ait nos magnam quandam insulam incolere, quam orbem terræ vocamus. *Et in somnio Scipio.* Omnis terra quæ colitur, parua quædam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod Magnum, quod Oceanum appellatis. *Adde Macrob. lib.2. Cæliũ Rhod lib.1. lect. ant. vlt. in fi.* sed & *Strabo lib.1. Geogr.* terram insulam vocat, *Et Plin. lib.2. nat. hist. 66.* tellurem medio suo ambitu præcinctam circumfluo mari. *Ouid.2. metam.3.*

Alma tamen tellus, vt erat circumdata ponto.

3 Inde Neptunus terræ † cinctor dicitur ab Homero, quia vndiq; circũscribit & ambit omnes terras. *Gellius l.12. noct. Att.13. Catul. lib.1.*

Oceanus

Oceanuſque mari totum qui amplectitur orbem.
Oceanus terrarum vinculum, continuationem gentium tripli-
ci ſinu ſcindens. Is enim in multos ſinus intrat, per tot maria qui-
bus Aſiam, Europam, Africamque diſpeſcit. *Plin. lib. 2. nat. hiſt. 68.*
Senec. in conſolat. ad Marti. cap. 28. Eadem cōſideratione etiam tres
terræ † continentes, Aſia, Africa, Europa à tribus Nohæ filiis 4
ita diſtinctæ *Gen. 10.* quod putarunt Sulpitius Seuerus & Aquita-
nus *lib. 7. hiſtor. ſacra,* pro peninſulis haberi poſſunt, cum vna tan-
tum portione terræ ſibi inuicem coniungantur. Imo Silenus a-
pud Theopompum, *vt ex AEliano refert Cælius Rhod. lib. 17. c. 35.* fa-
bulatur, Europam Aſiam & Libyam inſulas eſſe, quod eas am-
bitu complectatur Oceanus. Sed hæc conſideratio inſulæ nimis
generalis eſt. Neque vſum habet, niſi ſi quis totam hanc rerum v-
niuerſitatem, vel animo, quod Coſmographus, vel claſſe, quod
Franciſcus Draco Anglus fecit, circuletur. Deo † certe, ſupremo 5
rerum Architecto tota terra vna eſt inſula, & hoc inſtar pulueris,
Eſai. 40. v. 41. Iobi. 38. v. 39. Et omnis terræ ambitus ad cœli ſpaci-
um puncti rationem obtinet, *Boet. 2. de conſol. Philoſoph. 7.* Cæterum
populariter loquendo partes terræ à toto vniuerſo per maria &
flumina ſeparatas, inſulas vocamus, *arg. l. 9. de iudic.* Qualis eſt A-
merica † quarta pars terræ. Quæ cum ſit ex inſulis conflata, quas 6
hemiſphærio noſtro aduerſas iam olim agnouit *Ariſt. 3. de mund.*
reliquarum terræ partium continens non eſt. Dicitur autem cō-
tinens in iure ciuili, quod vno † ſpiritu ſeu tractu continetur, *arg. l.* 7
30. in pr. de vſucap. Qualia ſunt prædia continua *in l. 31. in pr. de ſeru.*
ruſt. l. 7. §. 1. com. præd. quæ Cicero pro A. Cæcin. cōtinentia præ-
dia vocat. Continentia ædificia *in l. 2. l. 154. de V. S l. 1. §. 20. de aqua*
pluu. continentes prouinciæ, *l. 99. de V. S.* Græci † ἤπειρον vocant. 8
Quod tamen κατ' ἐξοχὴν in proprium regionis Epiri nomen tran-
ſiit. Quomodo Homerum id accipere docet Euſtath. *Iliad B.* Qua
de re videatur poſt veteres *Reinec. in ſyntagm. hiſt part. 2. c. 11.* Geo-
graphis terra firma dicitur, *Plinio lib. 4. c. 12.* terra lata, *Ouid. 15. me-*
tam. ſolidiſſima tellus. Facta comparatione ad inſulā. Quæ oppo-
ſitio † apud bonos auctores frequēter occurrit. *Ita Homer. Odyſſ. 1.* 9

Εἴθ' ὅγ' ἐπ' ἠπείρου δάμη ἀνδράσι δυσμενέεσσιν
Εἴτε καὶ ἐν πελάγει μετὰ κύμασιν Ἀμφιτρίτης

Hoc est: An ille in continenti domitus sit ab hostibus,
An in pelago inter fluctus maris.

Id: m in Apoll.

ἠμὲν ἀν' ἤπειρον πορτιτρόφον, ἠδ' ἀνὰ νήσους

Siue per continentẽm vitulos nutrientem siue per insulas. Et pertinet huc prouerb. Democrati *in epist. Hippocratis sect.* 8. In continente habitantes maritima expetunt, rursusque insulas tenentes continentem affectant. Discrimen hoc Tyriensibus in-
10 sulanis † olim adimere minabatur Alex. M. *apud Curt. lib. 4.* Breui ostendam in continenti vos esse. Et euentus insecutus fecit, vt postea scriberent Geographi: Tyros aliquando insula, nunc annexa terris, *Strabo, Pompon. Mela &c.* Hæc naturalis est cõtinentis significatio, cui iure ciuili alia politica adiungitur, qua insulæ
11 quandoque ciuiliter † & fictione quadam continenti annumerantur, *arg. l. 60. de V. S.* Quomodo Sicilia inter continentes prouincias numeratur, quæ reuera insula erat, non continens. *l. 99. de V. S.* Quod relatione quadam ad Italiam & vrbem Romam fiebat, quippe cuius respectu continentes regiones ac prouinciæ dicebantur. *l. 45. §. pen. de excus. tut.* Vnde semper continentiæ
12 † appellatio vrbi Romæ opponitur, *in l. l. 139. l. 154. de V. S.* quam centesimo lapide finiri voluit *gl. in l. fin. de off. præf. & in l. fin. de off. Proconf.* Atque ita etiamnum continentis terræ appellatione insulæ annexæ quandoque continebuntur, pro cuiusque imperii terminatione *d. l. 99. de V. S l. 9. de iudic.* De qua infra *cap.* 14. *&* 26. Quod si regio aliqua sui parte tantum cõtinenti adhæreat, pen-
13 insula † dicitur. Sed hoc quoque nomen latissime patet. Sicuti enim totum terrarum orbem insulæ, & tres continentes trium
14 peninsularum instar esse diximus: ita singulæ fere prouinciæ † in hanc considerationem cadere possunt. Ita enim Italia supero inferoque mari peninsulæ modo cingitur *Liu. dec. 5. lib. 1.* Hispania nisi qua Gallias tangit pelago vndique incincta est, *Pomp. Mela lib. 2. Iustin. lib. 44. Plin. lib. 4. nat. hist. 12.* Et Istria vt peninsula ex-

la excurrit, *Plin.lib.3.c.19.* Sed & † Germaniam classe circumue- 15
ctam scribit idem *Plin lib.2.c.67.* Nisi id eodem loco habere velis,
quo vulgarem Italorum errorem, qui Germaniam vnam vrbem
esse arbitrantur, *referente Camerar.lib.1.succisiuar.l.ct.44.* Et Arabia
† inter duo maria Rubrum Pelusicumque excurrens, quodam 16
naturæ artificio ad similitudinem Italiæ mari circumfusa est, *Pli.
lib.6.c.28. & lib.12.c.8.* Quin inter insulas quidam retulere Ægy-
ptum, ita se findente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat,
Plin. lib.5.c.9. Senec.4 nat.quæst 3. Remec.in syntag.p.1 in AEgypt. At-
que ita vtraque prouincia in sacris insula nominatur *Esai. 20. &
vlt.* Et Rex Ægypti dicitur iacere in sua aqua *Ezech.29.v.3.* Sed &
Græcia insula † Elisa dicitur *Ezech.27.v.7.* Et quod de Antiocho 17
M. occupaturo insulas aliquot prædixit Daniel *c.11.v.18.* in Græ-
ciæ Asiæque insulis verificatum fuit *Reinec.p.3.syntagm.in regno Sy-
riæ. Liuius dec.4.lib.5. & seqq* Sed & India q. peninsula est *Haython.c.
6.* Verum cum hæc quoque consideratio peninsulæ latissime pa-
teat, vt dictum, ad angustiores terminos, & qui magis in oculos
incurrant, descendendum est. Et pertinet huc disputatio an † 18
peninsula pro insula haberi debeat, ex facto nata inter Cleopa-
tram Reginam Ægypti & Rhodios de Pharo insula in peninsu-
lam redacta. Quam historiam *c.20.n.15.* examinabimus. Quod
si nihil aliud obstet, putaremus æquitate suadente, quandoque
peninsulam pro insula haberi posse, & contra † in fauorabilibus 19
non in odiosis, *De qua distinctione v. Tiraq. de vtroque retract.tit.1.gl.9.*
Quod cum in facto consistat, iudicis arbitrio relinquendum, *per
tradita Menoch.lib.1.de arb.iud.quæst.in pr.* Quamquam scriptores
sæpe abusiue alterum pro altero vsurpant. Quidam etiam ex er-
rore & ignorantia loci. Ita *Plin.lib.4.c.13* describit Schandinaui-
am † in sinu Codano insulam clarissimam incompertæ magnitu- 20
dinis, vt alter terrarum orbis sit appellatus *Idem l. 4.c.16.* Balthi-
am insulam immensæ magnitudinis. *De cuius nomine Ioh. Maria.
Hispan.l.5.c.12. Ioh.Messen.in specula Suecor.c.1.* Inde mare Balthicũ † 21
à Baltho Gothorum Rege ita dictum *Ioh. Ma l. 1. histor. Goth.
19.* Hodie Belt. Quod Adam Brem, *c.208. & 217.* barbarum vocat,

sequitur Helmold. lib. 1. hist. Slau. 1. sed vt id non intelligat Cardanus repre-
hensus à Scalig. exer. 51. Atque est is sinus Gothicus quem *Plin. d. lo.*
& Pomp. Mela Codanum vocant. Neque dubium quin Romani
scriptores peregrina & exotica vocabula aliter acceperint, vel
22 ad suam dialectum corruperint. Ita Schandiam quasi † Schonlã-
diam terram amœnam dictam existimat *Ioh. Magnus in præfat. & c.*
1.4. & 5. Quæ nunc Schonia dicitur Regi Daniæ parens, *de qua A-*
dam Brem. in hist. Eccl. c. 214. Verum certum est totum illum tractũ
Daniæ, Sueciæ, Norwegiæ, continentem esse, & non vndiq; ma-
ri circumfluum. *Quod & Bilibald. Pirckeim. obseruauit citante Berthio*
lib. 1. fol. 180. Eidem errori imputandum quod Plinius Nerigon &
Bergas oceani Germanici insulas facit, per illam Norwegiam,
23 regni Danici partem, per hanc eius metropolin † Bergam intel-
ligens, *vt etiam Berthius sentit lib. 3 fol. 479.* Decepit is veterum er-
ror etiam Iornandem historicum *in pr. de reb. Geticis* Scanziam vt
amplam Insulam describentem. Quamquam verum est multas
hic insulas intercurrere, vt propterea Ptolomæus forte 4 Scan-
zias Cymbricæ Chersoneso adiunxerit.

Deinde & hoc obseruandum est, plures sæpe insulas vno no-
mine appellari, siue in plurali vt Cyclades, Stæchades, Sporades,
24 *de quibus inf. c. 5. n. 36.* Ita Gades † insulæ Hispaniæ *in l. 41. §. 6. de leg.*
3. Quomodo etiam legendum *in l. 12. §. 1. de leg. 1. de quibus cap. præ-*
25 *ced. n. 3.* Item Venetiæ, *§. hinc etiam dist. 17.* Quæ tamen etiam in †
singulari numero effertur. *Paulus Diaco. lib. 2. de gest. Longob. 12.* Ve-
netia non solum in paucis insulis, quas nunc Venetias dicimus,
constat, sed eius terminus à Pannoniæ finibus vsque Adduam fl.
protelatur *inf. cap. 26 n. 47* siue etiam in singulari. Ita Americæ
26 † nomine omnes insulæ supra & infra Calecutium denotantur.
27 Ita Selandica † Belgica ex 15 insulis constitit, quarum vt quædam
vndis submersæ: ita tres sunt præcipuę, Walachria, Scaldia, Sut-
beuelandia, *Leuin. Lem. lib. 4. de occult. nat. mirac. 2.* Ac de iis intelli-
gendus locus Cæsaris *lib. 4. de bell. Gallic. ad quem Glarean. in not.* Cõ-
28 mune hoc nomen sortiuntur, vel quia ita vicinæ vt è mari † pro-
spicientibus vnæ appareant. Ita de Echinad. *Ouid. 8. met. 8.*

insula

——— insula nomen
Quod gerit illa doce, quamquam non vna videtur?
Amnis ad hæc, non est, inquit, quod cernimus, vnum,
Quinque iacent terræ spacij discrimina fallunt.

Et simile quid Lucret. lib. 4.

Insula coniunctis tamen ex his vna videtur.

Vel quia ad vnum imperium pertinent. Ita Daniæ † nomine omnes insulæ ad hoc regnum pertinentes veniunt, *de quibus infr. c. 15. num. 56.* Atque ita Vopiscus in Floriano per Romanam insulam, ad quam nouus Imper. Proconſ. fit missurus, omnes ditioni Romanæ subiectas insulas intelligit. Quia non solum numerus pluralis † quandoque in singularem resoluitur, *l. 2. §. sed si vnus, de vi bon. rap. Ioh. Fab. in pr. Inst. de iure perso.* sed etiam singularis in pluralem, *l. 17. § 1. de leg. 1. Iohan. Faber in § si plures, Inst. de leg. agn. success. Eberh. in top. in lo. 97. Hondede. vol. 1. cons. 29. num. 31.* Facit autem speciem peninsularum in mediterraneis fluuiorum † curuitas, dum illi amplum quærentes circuitum, modico terræ interuallo relicto ad priores terminos declinant. Qualis celebratur præ aliis Mæander † fluuius Phrygiæ, ita sinuosis flexibus, vt sæpe credatur reuerti, *Plin. lib. 5. cap. 29. De quo Ouid. 9. metam.*

29
30
31
32

Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque.

De Abdua Gunth. *in Ligurin. lib. 8. v. 273.*

Describitque locum, quem torrens Abdua circum
Gurgitibus flexis aditu breuiore relicto Circuit.

Sed & duorum fluminum confluentia † peninsulam efficit. Ita 33
Philæ † insula Ægypto adiacens, duobus in vnum coituris am- 34
nibus cingitur *Senec. lib. 4. nat. quæst. 2.* Quam peninsulam tantum esse ex eo apparet, quod *Strabo lib. 17. Geogr.* testatur, se ad illas ex Siene plaustro per plana deuectum. Lucanus quoque curuitati amnis eam tribuit *lib. 10.*

Rursus multifidas reuocat piger alueus vndas,
Qua dirimunt Arabum populis Ægyptia rura
Regni claustra Philæ.

Talis confluentia Rheni & Mosellæ Archiepiscopi Treuirensis
35 ciuitati † nomen dedit, quam vulgus suo more variando Cobolenziam pronunciat. Ad cuius vrbis laudes annotant *Munster. & Berth. lib. 3.* vsitatum fuisse priscis Germanis ad confluentes flu-
36 uios † celebres vrbes exstruere. *Freher. lib. 1. orig. Palat. 4.* Ita de Moguntia ad confluentem Rheni & Mœni *Gunth. lib. 1.*

Qua Mogus tumido miscet sua flumina Rheno.

Et de Lubeca simile quid refert *Helmold. lib. 1. Chron. Slau. 58. vide infra cap. 23. n. 23.* in maritimis sinuum anfractus sæpe pen-
37 insulas † formant, sicuti de Peloponneso *Plin. lib. 4. c. 5. Mela lib. 5. in Macedo. Idem Plin. lib. 9. c. 3.* Cadara appellatur rubri maris peninsula ingens, cuius obiectu vastus efficitur sinus. Præsertim si-
38 cubi promontoria † promineant, quasi continentis terræ contra fluctus maris propugnacula. Quale Cimbrorum promontorium longe in mare excurrens peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur *Plin. lib. 4. c. 13.* Hodie Schagen. In quibus omnibus id
39 vsu venit, quod † peninsula ad minimum duabus partibus aqua alluatur, tertia terræ adhæreat, sicuti Massiliam describit Cæsar *lib. 2. d. b. ll. ciuil.* Quo minori autem terræ spacio continenti adhæret, eo propius ad insulam accedit. *Ita Pompon. Mela lib. 1. in Cili. ii.* Corycos portu saloque incingitur, angusto tergore continenti annexum. *Et lib. 2. in Gallia.* Mesua collis incinctus mari pene vndique, ac nisi quod angusto aggere continenti annecti-
40 tur, insula. De Sirmio, † vbi Impp. aliquot resederunt, Longobardiæ Transpadanæ oppido patria sua eleganter *Catull. lib. 1. elegi.*

Peninsularum Sirmio insularumque
Ocelle, quascunque in liquentibus stagnis
Marique vasto fert vterque Neptunus.

Quem per dulces & salsas aquas exponit *Turneb. lib. 24 aduers. 44.* Alij per mare superum & inferum. Ac extat similis sententia *apud Helmold. lib. 1. c. 2.* Ibi cernitur Neptunus triplicis naturæ &c.
41 De Rauenna † *Iornand. de reb. Getic.* Hæc vrbs in sinu regni Romani super mare Ionium constituta in modum influentium aqua-

rum

rum redundatione concluditur, ita vt inter paludes & pelagus, interq; Padi fluenta vni tantum pateat accessui. Quod si flumen diuersis brachiis † siue ostiis in mare se egerat, terra inclusa veram 42
insulam exhibet. Quomodo Nilus septem ostiis in mare voluitur. *Pompo. Mela lib. 1. Solin lib. 2. c. 41.* Idem de Danubio refertur. *Mela lib. 2.* Ideo vterque à poetis † septemplex appellatur. In 43
Nili ostio vno sita est vrbs Memphis, cui ex aduerso respondet noua Babylonia, quæ hodie putatur esse Alcairum *Paul. Iouius lib. 18. histor. Simon Maiolus lib. 1. dier. canicul. 23. Munst. lib. 6. Cosmogr. Bunting. in Itiner. lib. 1.* Sunt & Rheni † duo ostia, vnde bicornis di- 44
ctus *Virgilio 8. AEnead.* Hæc enim per cornua designant poetæ, *Turneb lib. 22. aduers. 5.* De iis *Cæsar lib. 4. de bell. Gall.* Rhenus vbi oceano appropinquat in plures diffluit partes multis ingentibusque insulis effectis, *v. infra cap. 13. n. 24.* Hæc ergo proprie & vere † 45
peninsula est, quæ *iuxta versum Lucani lib. 6.*

Exiguo debet, quod non est insula colli.

Tam paruo distat ibi rerum naturæ diuersitas *ait Plinius lib. 5. ca. 1.* Collum siue † ceruix, *vt vocatur à Plin. lib. 4. c. 3.* Græcis Isthmos 46
dicitur *l. 37. de seru rust.* Quem Herod. *lib. 6. describens*, dicit esse breuem inter duo maria intercapedinem. *Catull. lib. 1.*

Isthmon, eosne petam montes, ab gurgite lato
Discernens pontum truculentum vbi diuidit æquor?

Inde peninsula † χερρόνησος Græcis dicta, *Strabo lib. 16. ἀπὸ τῦ χερός.* 47
quasi insula manu vel brachio continenti iuncta. *d. l. 37. de seru. rust.* Quamuis vero plures sint, præ cæteris tamen quinque † nobilio- 48
res celebrantur. Quæ etiam κατ' ἐξοχὴν Cherronesi dictæ sunt. Prima Peloponnesus Achaiæ adhærens *Plin. lib. 3. c. 4. & lib. 4 c. 4.* Quam Polybius peninsulam appellat, eique licet ex diuersis vrbibus conflatæ, nihil ad vnam Rempubl. defuisse putat, nisi quod non iisdem mœnibus contineretur *v. Reinec. in syntag. p. 3. in Achaia.* Ad hanc pertinet Isthmus Corinthiacus, absolute Isthmus dictus, 5. M. spacio mare Ægæum ab Ionio summouens. *De quo Senec. epist. 80. refert versus*

denominata vrbs Stralesundium † Pomeraniæ, ab angusto freto 54
inter ipsum & Strall insulam intercedente. Non ab ostio, *vt male Sibrand. ad st. Lubecens. p. 1. sect. 10* Hoc enim Germanis nō Sund/ sed Mund † dicitur. Inde Trauemunda vicus Lubecensium ad o- 55
stium Traui flum. Warnemunda, vicus Rostochiensium ad ostiū Varni fl. situs, *idem Sibrād. d. lo sect. 11. n. 12.* In sacris vter maris dicitur ein Schlauch. *psal. 33. v. 7.* Apud Saxones alioubi Wolff. Quod vocabulū à Longobardis in Italiā delatū Venetorum † Golphum 56
denominasse videtur. Fere enim semper pro vsitata Saxonum littera W. Itali Gu vsurpant, vt pro Welpo cane Guelphū pro Werra Guerram &c. Eurypo cognatus est Hellespontis † in Thracia, se- 57
ptem stadiis Europam ab Asia diuidens. *Plin. lib. 4. c. 11. & 1* . vbi se dilatat Propontis appellatur. *Pli. lib. 5. c. 32.* Sic ergo vt insula & cō-tinens, ita Isthmus † & porthmus sunt opposita, sed ille insulam 58
impedit, hic continentem. Ille aquam coire vetat, hic terram. IC. *in l. 4. §. 5 de off. pro. cons.* per ingressum & adnauigationē effert. Per hanc enim maritimi, per illū terrestres adeuntur. *Propert. li. 2.*

Seu pedibus Parthos sequimur, seu classe Britannos.

Et sicuti sinus ac eurypi † insularum fidas plerumq; stationes naui- 59
bus ex alto venientib. præbent. Ita Eubœa insula laterū obiectu efficit portum Aulidis. *Solin. lib. 1. c. 14. Pli. lib. 4. c. 7.* Germani Haffe † vocant. Vnde metropolis insulæ Selandiæ Danicæ & fortunā & 60
nomē sortita, præbens portū mercatoribus, vt diceretur à Saxonibus † Kopmans Haffen. *Berth. d. lib. 3.* Et Holmus insula Schoniç 61
celeberrimus Daniæ portus & fida statio nauiū *Adam. Brem. c. 223.*
Ita hic plerumq; ꝓpter angustiā † traiectus cōstituitur vt viatores 62
pontonib. trans flumē vehantur. *l. 5. in pr. naut. caup. stab. l. 12 de serv. rust.* Talis est Septa traiectus ex Hispania in Africā *in l. 2. §. 2. de off. Pref. Prat. Afri. Gell. li. 10. N. A. 26.* Itē transitus Constantinopoli in peninsulā Sicorū *Nou. 59. c. 5. Panciro!. de region. vrb. Const.* Vbi ex hominū frequentia hic cōfluentiū quandoq; vrbes conditæ, vt Vltraiectū. Germani Furt † dicūt. Vnde plurimę vrbes Frāconię de- 63
nominatæ vt Frācofurtū, Ochsenfurtum, Sweinfurtū. Item Erphurtū, &c. Et ab eadē voce in dialecto Saxonica Vorda & Verda.

64 Quamquam vocabulum ambiguum est, etiam † vadum denotans *d. l. vlt. seru. rust.* Quod tutius per flumen vadosum, quam per eurypum sumitur. *Ita enim Plaut. in Bacchid. A. I. S. I.* Rapidus fluuius est, hac temere transiri non potest. Hæc prudentis naturæ ordinatio est, vt grata vicissitudine modo terras sibi auferat, modo aquas. Quā tamen Plinius hic parum pius cauillare audet,
65 inuitis † terris id accidisse dicens, naturæ inuidia, *lib. 6. hist. nat. 1.* Alij etiam corrigere voluerunt, vel Isthmum perfodientes, vel porthmum opplentes. *De quibus infra c. 8.* Quæ tractatio quamuis proprie ad Geographos pertineat, lubuit tamen necessaria quædam ex immenso penu decerpere, & huic capiti inserere, vel
66 propter materiæ † continentiam quæ tanti est, quod etiam caussas ex alieno foro in Iudicium trahere possit. *l. 2. § 14. C. de vet. iur. enucl. l. 10. C. de iudic.* Neque enim est, quod quisquam eam cognitionem Iurisconsulto dissuadere velit, cum possit casus contin-
67 gere, vbi eius ignorantia † magno ipsi sit detrimento, vel pudori futura.

CAPVT IV.

De Distributione Insularum.

SVMMARIA.

1 *Insulæ triplices marinæ, fluuiales, stagnales.*
2 *Exempla insularum stagnalium.*
3 *Vltra & transmarinæ insulæ an differant?*
4 *Cis & vltra particulæ aduersatiuæ.*
5 *Trans Tyberinus quis.*
6 *Transmarinæ prouinciæ Romanis quænam?*
7 *Insulæ vel remotæ vel propinquæ.*
8 *Exempla insularum remotarum.*
9 *Gades ab Italia remotæ.*
10 *Thule insularum vltima.*

11 *Gron-*

11 *Gronlandia Regis Daniæ insula.*
12 *Insulæ in sacris pro locis remotis accipiuntur.*
13 *Monachorum ἀνισορία.*
14 *Insulæ in ostiis fluminum sitæ cuius generis?*
15 *Hostia Vrbs Tyberis.*
16 *Factum in ostio domus dicitur factum in domo.*
17 *Aqua in ostiis fluuiorum corrupta.*
18 *Echinades insulæ marinæ.*
19 *Insula quando pro fluuiali habeatur, & quando pro marina.*
20 *Ostia fluuiorum maris instar.*
21 *Batauia Rheni insula.*
22 *A potentiori fit denominatio.*
23 *Insulæ sunt maiores, mediocres, minimæ.*
24 *Maiores insulæ quænam?*
25 *Atlantis insula hodie America.*
26 *Taprobane alter terrarum orbis.*
27 *Madagascar insula.*
28 *Insula S. Laurentij.*
29 *Cyprus & Creta insulæ magnæ.*
30 *Etiam fluuiales insulæ maiores.*
31 *Meroe AEthiopiæ insula.*
32 *Mediocres insulæ.*
33 *Insulæ nobiles vel ignobiles.*
34 *Insulæ nobiles quænam?*
35 *Insulæ desertæ ignobiles.*
36 *Insulæ habitabiles vel inhabitabiles.*
37 *Maius & minus relatiue dicitur.*
38 *Magnitudines insularum.*
39 *Numerus insularum infinitus.*
40 *AEthici error.*
41 *Regnum M. Chami.*
42 *Insula Ziprangi, alias Iaponia.*
43 *Insulæ Philippinæ.*
44 *Benedicti Bordonij Nesographia.*

 45 *De figura*

45 *De figura insularum remissiue.*
46 *Distinctio insularum ex caussis iuridicis.*
47 *Modi caussas vel species denotant.*
48 *Modi species, genera indifferenter accipiuntur.*
49 *Interpretum variæ diuisiones.*
50 *Insulæ triplices: natiua, fortuita & manufacta.*

EQVVNTVR distinctiones insularum. Quarum variæ afferri & excogitari possunt, à subiecto † caussis, &
1 accidentibus. A subiecto loco in quo sitæ sunt, diuiduntur insulæ, in marinas siue maritimas (vtrumq; enim vocabulum reperitur in legibus) *l. 11. de instru. leg. l. 27. eod. l 17. de leg 3.* Iornandes marinis fluctibus intermixtas vocat. Eoque Tyrus filia maris dicitur. *Esai. 23. v.* 10. vel fluuiales siue amnicas, *vt vocat Plin. lib. 3. nat. hist. 25.* Quas duas species licet ius ciuile tantum agnoscere videatur, *in l. 7. §. 3. de A. R. D. & in §. insula, Inst. eod.* tamen his etiam tertia species addenda, nempe stagnales si ita nominare licet, *cum Bapt. Aymo Parmens. lib. 1. de alluu. 14. n.* 14.
2 *arg. l. 1. §. 6. de exer. act.* Nam & lacus & stagna † insulas recipere experientia confirmat. Perinde vt quidam etiam alluuionem recipiunt. *inf. c. 17. n. 105.* Pertinet huc T. Pacanii insula in lacu Pretio, *de quo c. 1. n. 58.* nisi manufactam opinari malis. Item Chemnis insula in lacu Ægypti, *Pomp. Mel. lib. 1. de AEgypt.* Stagnum Indiæ Megaba insulas pabuli tantum fertiles complexum. *Plin. lib. 6. nat. hist. 22* Marotis lacus Alexandriæ insulas plures producens. *Plin lib. 5. c. 10.* De insula in lacu Cumano *Radevvic. lib. 2. de reb. gest. Frider. 18. & Cun h. lib. 9.*

Cumano præcincta lacu iacet insula quædam.

De insulis in lacu Podamico *vide Munsterum lib. 3. Cosmograph.* Ad marinas insulas pertinet disputatio Grammatica, *apud Gell. lib.*
3 *2. Att 13:* an intra oceanum contineantur. Eas in vltra marinas † & transmarinas distinguit Benedictus Papa *in c. un. extravag. de censib fere in medio.* Quibus interiacentes adiungit Innocent. *in c. quis nescit. 11. dist. 11.* Sed illa distinctio vana est, cum particulæ trãs & vltra idem denotent, *in l. 11. §. 2 de minor. l. 3. §. 9 de susp. tut. l. 1. de naut.*

taut.fæn. c.vlt.extra de paroch. Nisi fortasse cismarinas intellexit. Papa. Sic enim sibi cōstat oppositio. Ita cis & †trans Appeninum 4 egitur, *apud Liu.dec. 1.* Cis & trans Alpina Italia, *apud Pli.lib. 6 c.6.* *& lib 17.c.2.* Cis & vltra Tyberim, *in l.2.§.31. & ibi Coras.de V.O.l 5.§. 1.de trib.act. Alciat.in l.133. de V.S. Gell.li.12. N.A.13.* Ex quibus Trans Tyberim † pars vrbis erat obscurior. Vnde pœna seruorum, trans 5 Tyberim vēdere, *Gell. lib.20. N.A. 1. ad quā Turneb.li.24 aduers.43. In- de Martial.1.epig.42.* Transtyberinus ambulator dicitur. Sed Romanis cismarinæ prouinciæ nullæ erant, nec per naturā loci esse poterant Transmarinas †autem dicebant, quæ procul ab Italia 6 tæ, non nisi transmisso mari adiri solebant. *l.99. & ibi Alciat. de V.S.* quamuis illarum quædam etiā terrestri itinere adiri possent. *arg. 4 § 5. de off. procons* Itaq; his Italiam & continētes prouincias opponebant. *d.l.99.l.1. & vlt C.de d lat.* sicuti *Tacit.1.histor.* vicinis prouinciis opponit longinquas, & quidquid armorū mari dirimitur. *dem 2.Histor.* Pompeium, Brutū, Cassium, omnes trans mare secutum est ciuile bellum. *Dion Halicarn lib.3 De Anco Martio* effecit, t Roma non solū bonis quæ in continenti nascuntur, sed etiam maritimis frueretur, imo & transmarina gustaret Ex hac cōsideratione, qua trans mare pro loco † remoto accipitur nascitur alia 7 insularū distinctio à situ, maxime necessaria, qua insulas vel propiores vel remotiores à continenti dicimus. *l.7.§ 3 de A.R.D.* Ita Aristot. *de mund. c. 3.* docet insulas partibus terræ adiacentes à Geographis partim vt exemtiles ab orbe terrarū recēseri, partim t contributas iis partib. quib. vicinitate coniunctę sunt. Propinquæ sunt, quæ ad extremitatem terrę pertinent. Remotæ quę † ad 8 ipsum Oceanū. *Ita Iornand. in hist. Geth. in pr. De Creta Virg.3. AEneid.*

——medio iacet insula Ponto.

em. In medio apparet fluctu nemorosa Zacinthus,
Dulichiumque Samosque & Neritos ardua saxis.

De Rugianis *Helmold.li.1.hist.Slau. 6. exemplo Tyri Ezech.27. v. 3.&* habitent in corde id est in meditullio maris. *Cic.pro L. Manil.* Insula Delos tā procul à nobis in Ægæo mari posita. Qui tamē hic comparatiue, vt fere scriptores Romani, loquitur. Tales † Gades 9 Romanis *in l. 12.§.1 d. leg.1.* Lybiis, *Horat.2.carm.2.*

Quam

Quam si Lybiam remotis Gadibus iungas
Et Armeniis.
Claud. in 4. consul. Honor.
Quantum distant à Tigride Gades.

Quæ tamen absolute Hispaniæ propinquæ fuerunt. Omnium
10 remotissima credita † Thule, vt Augusto Virg. precetur *1. Georg.*
——— tibi seruiat vltima Thule.

Quod male Mantuano adscribit Iornandes. De eadem *Adam. Brem. in hist. Eccles. cap. 243.* quod per infinitum à cæteris secreta & longe sita in Oceano vix nota habeatur. Vt hinc nomen deriuet à Saxonico Tel. idest limite *Reinec. in syntag. fol. 265.* Vltra quã
11 tamen est † Gronlandia Regi Daniæ parens, *De qua idem Adam. c. 244.* Hinc Cronium mare cuius meminit *Plin. lib. 4. c. 13* denominatum, non à frigoris immanitate, cui κρόνος id est Saturnus præest, *quod voluit Cælius Rhod lib 6. lect. antiq. 12. De qua vide quæ habet Philip Nicol. de reg. Christ. l 1. c. 1.* Hinc est, quod in sacris insulæ ma-
12 ris pro locis † remotis accipiuntur, *vt ps. 72. v. 10. Esai. 11. v. 11. & c. 24. v. 15. & c. 51. v. 5. cap. 59. v. 18. cap. 60. v. 9. & pass.* Alicubi etiam loca remota & insulæ coniunguntur, *vt Eccles. 47. v. 17. Esai. 49. in*
13 *pr. & c. vlt. v. 19. Ieremi. 31. v. 19.* Vt proinde pessime abusi sint † Monachi interpretatione *psal 72. v. 10.* ex quo alterum Magorum. Christi cunas visitantium, *Matth 2.* ex insulis venisse finxerunt, cum eo in loco vocatio gentium ex omnibus mundi partibus ac remotissimis insulis prædicetur, *Chemnit. in harmon. Euangel. c. 10. arg. c. 2. v. 11. Zophon. & c. 3. v. 1.* Quod aperte confirmat locus *Deutero 30. v. 13.* vbi quod paulo ante longinquum dictum fuerat, postea trans mare dicitur. Circa fluuiales & marinas insulas incidere dubitatio potest, vtri classi annumerandæ sint illæ, quæ
14 † in ostiis fluminum ac maris sitæ sunt? Ostium dicitur os siue faux fluuii, qua is in mare se effundit, & vehementiores fluctus voluit. *l. 4. in pr. ad L. Rhod. de iact. l. 13. §. 1. locat.* Quod Germa-
15 nis Mund vocari diximus. Inde vrbs Tyberis Hostia siue Ostia denominata, *Liu. lib. 1. dec. 1. l. 6. ad L. Rhod. de iact.* Quam in eo spacio

ſpacio, quod eſt inter fluuium & mare, *Dionyſ. Halicar. lib* 3 in ipſo
maris fluminiſque confinio poſitam, *Florus lib. 1. c. 4.* dicunt. Id
autem diuerſo reſpectu & fluminis & maris oſtium dicitur. Vt
neſcias vtri id ſit vicinius. Itaque Baldi regula *in l. 1. §. cloa æ, ff. de
cloac. quam refert Capoll. lib. 2 de ſeru. ruſt. 6. Matth. Steph. lib. 1. de iuriſd.
30. n. vlt.* quod factum in oſtio † domus, dicatur in ipſa domo fa- 16
ctum: hic certitudinem nullam præbet, cum poſſit tam flumini
quam mari accommodari. Sed nec ab aqua experimẽtum deſu-
mi poteſt, cum hic aqua ſalſa † corrumpat dulcem, ſicuti de inſu- 17
la in oſtio amnis ac Oceano ſita teſtatur Curtius *lib. 9. hiſtor. Ouid.
4. de ponto 1.*

Qui potus dubium eſt ſiſtat, alatne ſitim.

Habent autem pleraque flumina nauigabilia inſulam aliquam
oſtio maris contra ipſius violentiam impoſitam. Eamque ex
coaceruatione arenæ inter concurſus fluminis & maris conden-
ſatam. *Qua de re non male diſſerit Emmius in deſcript. ch og. Fr ſia fol.*
47. Quod portus fluminum plerumque corrumpere teſtatur
Dion. Halicarnaſ. lib. 3. Tales Echinades † in oſtio Acheloi conge- 18
ſtæ, *de quibus Ouid. 8. metam. 8. Plin. lib. 2. natur. hiſt. 85.* Quas in mare
deſiiſſe colligitur *ex Herod. lib. 2. Et innuit Homer. Iliad.* B.

αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς Ἤλιδος ἄντα

Quæ habitantur trans mare è regione Elidis.

Putamus ita diſtinguendum, vt ſi intra ripas & littora ſita ſit
inſula, terramque à latere habeat, pro † fluuiali habeatur, *arg. l. 7.* 19
§ 3. de A. R. D. Pro marina autem ſi ripas vtrinque egrediatur in-
ſula, vbi quod Poeta ait

—non amplius vllæ
Apparent terræ, cælum vndique, & vndique pontus.

Ita de Garumna Galliæ fluuio *ſcribit Pompon. Mela lib. 3. in Gall.*
quod quanto magis procedat, eo latior fiat, ad poſtremum ma- 20
gni freti ſimilis, non maiora tantum nauigia toleret, verum etiã
more pelagi ſæuientis exurgens iactet nauigantes &c. Vt non
dubitandum, quin Antros inſula hic ſita inter marinas ſit collo-
canda. De Nili oſtiis *Seneca lib. 4. nat. quæſt. 2.* Quodcunque

elegeris ex his, mare est. Quid autem si quæ insula ab vna parte
21 fluuio, ab altera mari ambiatur? Qualis Batauia † (olim nō nunc)
Rheni insula, *vt vocatur à Tacito de mor. Germ. Et Latius describitur
à Plin. lib. 4. nat. histor. 15. Cæsar. li. 4. de bell. Gall. Tacit. 4. hist. vbi sic scribit:* Bataui occupauere insulam, quam mare Oceanum à fronte,
Rhenum amnis tergum ac latera circumluit. Quæ cum mixtam
naturam obtinere videatur, eius naturæ æstimanda erit, quæ in
22 illa præualet. *l. quæritur & ibi Dd. de stat. hom.* Vt à † potentiori fiat denominatio, *Signor. de Homod. cons. 48. col. fin. Cravet.
cons. 638. num. 7 & cons. 406. num. 5.* A magnitudine insulas triplices fecit *Arist. 3 de mund.* Ac inter maximas totam hanc
habitabilem terram retulit. Cui considerationi vtpote nimis generali, non insistendum esse monuimus. Alij duplices faciunt,
*vt Iornand. in hist Geth. in pr. & Appianus quem allegat Spigel. ad lib.
8. Austriad. Bartholini: ad verba: Magna canit oppida Creta.* Potest
23 trichotomia retineri ita, vt insulæ statuantur, maiores, † mediocres, minimæ. Tot enim sunt gradus rerum, *vt Dd. statuunt,
in l. quod Nerua, 32. de pos. Ita Plin. lib. 3. cap. 9.* Lipara insula Italiæ
circuitu paulo minori. Didyme minor quam Lipara. Nouissima
eademque minima Euonymos. Quomodo & ciuitates diuiduntur in maximas, maiores & minores *Ioach. m. Cluten. in syllog. rer.
24 quotid. th. 27. lit. B.* Maiores insulas † vocamus, quæ maioribus
fretis ambiuntur. Nec enim contentum maius suo continente
esse potest. Vnde cum sint duo maiora maria Atlanticum & Oceanus, quibus orbis nostri terminatur anfractus, *Arist. 3. de
mund.* maximas quoque insulas hic contineri oportet. Ad prius
25 subiectum referenda illa veterum † Atlantis insula magna, *Plin.
lib. 6. nat. hist. 31.* De qua variæ veterum relationes extant *apud
Diod. Sicul. lib. 3. Ammian. lib. 17. Platon. in Timæo.* Et sunt qui
eandem pro America suspiciant *Reusner. in Isagog. Histor. in pr. Reinec. in meth. histor. fol. 3. & in synt. gm. p. 1. f. 498. inf. ac p. 29. num. 57.*
26 Item Taprobana † alter terrarum orbis, *Plin. lib. 6. c. 22. Apul. &
Aristot. de mund. c. 3. Iornand. in hist. Geth. in pr.* Hodie Summatra dicta *Munster, lib. 5. Cosm. gr.* Quod cum falsum sit, eam opinionem
à propin-

propinquitate Iauæ minoris, quasi vna sit, profectam *putat Thu. v. lib. 17* Alij tamen Ceilanum esse arbitrantur *Thu. n. lib. 81. f. 24.* .d posterius Albion & Ierna *Arist. d. l.* Quod interpretamur Anliam & Hiberniam, *De vtraque Tacit. in vita Agri.*. Addendæ his ısulæ septentrionales Danorum, de quibus M. Adam Brem. *c. 9.* ait alterum mundum aperiri. Item orientales, occidentales áustrales non ita pridē inuentæ. De insula † Madagascar *Pau- 27 s Venetus lib. 3. c. 39. & ex eo Munster. lib 5. Cosmogr.* quod inter mares & ditiores insulas mundi computetur. Continere enim m in gyro quatuor millia milliarium. De insula † S. Laurentij 28 ıæ cum priori eadem esse putatur, *Ioh. Boter. in lib. de potent. princ.* .8. quod pro maxima insula mundi haberi possit. Continere im ipsam in longitudine 1200, in latitudine 480 milliaria. oteſt & hæc nota esse maiorum insularum, si sint imperio- ac propria regna constituant. Ita Cyprus † nouem aliquan- 29 regnorum sedes. *Plin. lib. 5. c 31.* Creta, hodie Candia, cen- m vrbium fama nobilis, *Plin. lib. 4. c. 12. Solin. l b. 1. c. 19. Virg. AEn.*

Centum vrbes habitant magnas, vbertima regna.

Quo ipso nec fluuiales insulæ † ab hoc censu prorsus exclu- 30 ntur, si flumina sint maris instar. Quales sunt Nilus & I- r &c. *Arist. lib. 1. meteor. 2. & 3.* Atque ille quidem innume- insulas spargit, quasdam tam vastæ magnitudinis, vt quan- am rapida celeritate, tamen dierum quinque cursu non euiore transuolet. Clarissima earum † Meroe, cum poti- 31 ıtur rerū Æthiopes tantæ potentiæ fuit, vt armatorū 250. mil- dare, artificum 400 M. potuerit, *Pli. lib. 5. c. 9 & li 6. c. 29. Mar- lib 22.* Adde Phrasianen in Indo fluuio, *Pli. lib 6. c. 20* Madoga- am in Gange, *d lib. 6 c. 19.* Metubarrim in Sico, *li 5. c. 25. &c.* Me- ocres † siue minores insulę sunt, Cyclades, Echinades &c. Qui- 32 s omnes illas adscribimus, quę sunt inter maximas & minimas. nimæ, quæ in nullo sunt honore aut nomine. Quædam etiam oter obscuritatē scriptorib. ignotæ. Vnde aliud discrimē emer- , vt aliæ sint nobiles † aliæ ignobiles, *Pli. l b. 5 n. t. hist. 25. Arist. &* 33

Apule. de mund. d. lo. Ita Cos nobilissima in eo sinu insula. At quae inter ignobiles aliquot duae Canelidae Mileto vicinae: *Plin. d. l. lib. 5. c. 31.* In Myrtoo mari multae, sed maxime illustris Glauconesus,
34 *Plin. lib. 4. c. 12.* Videtur autem illas vocare † nobiles insulas Plinius, quae vrbes & oppida continent. Quas diuitiis atque aliarum rerum quoque sufficientia instructas esse oportet. Sicuti ignobiles, quae hisce destituuntur, *ita enim ait l. b. 4. c. 12.* Complures aliae ex aduerso Atticae sine oppidis, & ideo ignobiles. Multo magis
35 ergo illę ignobiles sunt, quae desertae † & incultae, vt propterea nec nomē habeant. *Ita Pli. li. 4. c. 12.* Desertis quoq; reddātur in hoc sinu quarū modo inueniri potuerūt nomina: *& c. 13.* Insulę cōplures sine nominib. in Oceano septentrionali tradūtur. Est & alia distri-
36 butio insularū, qua alię habitabiles, † alię inhabitabiles dicuntur, *de qua Iornand. in histo. Geti: in pr.* Item cultae vel incultae, *Honter. lib. 3. in fi.* Quarū illas nominatas, has innominatas facit *Bald. in conf. 405. n. 1. li. 5.* Quod si in his, quae diximus repugnātia quaedā appa-
37 ret, memineris insulas maiores † & minores cōparatiue dici. Sicuti de maxima & media capitis diminutione exēpla sunt *in tit. de cap. minu. Vult: in discept. schol. 12.* Fieri enim potest, vt insula per se satis magna, in relatione tamen alterius sit minor, & contra: *arg. l. 92. de V. S. l. 163. eo.* Sicuti nobile id dicitur, quod in vnoquoque genere excellit, siue in re bona siue mala, *Tiraq. de nobil. c. 2. n. 30.* Quod argumentū vberrime pertractauit Chassan. *in catal. de glor. mundi.* Longitudines & latitudines insularum post alios posuit *Bunting.*
38 *lib. 2. itiner.* Magnitudines † referunt plerumque Geographi veteres. Sed vt *Plin. lib. 6. nat. hist. 22.* fateatur eam mensuram inermium & pacata audacia fortunam prouocantium hominum es-
39 se. Sed nec numerum † omnium inire promptum fuerit. Nam quod Aethicus quem secutus Bergomas, olim 72. tantum numerauit, quomodo sustineri posset? An de maioribus tantum? Certe quod Deus ad Abrahamum *Gen. 15. v. 5.* idem hic quoque dici potest, quia sicut coelum stellis, sic mare insulis est refertissimum. Omnis stella autem censebitur insula? quid ni: *Paling. in Libra.* Quas numerare velle improbum ausum diceret *Plin. lib. 2. c. 108.*

Regius.

Regius Propheta innumeras esse innuit *in psal.97.in pr.* Vt merito id refutet Simon Maiolus *lib.1 dier. canicul.10.* Ac est quod in Æthico † desiderent viri docti, quippe qui ex dimensione orbis 40 à Iulio Cæsare per totos 32. annos facta, aurum promittens, vix carbones præstat, *vt ait P. Berth. lib.1 comment.21.* De regno † Ca- 41 thay (vel Scythiæ vel Indiæ) in littore oceani sito scribit Haythonus, quem edidit Reinec. Tot sunt ibidem maris insulæ, quod numerus nullatenus potest sciri. Est hoc regnum M. Chami, de quo v. Paulum Venetum, ex quo quædam citat Munster. *li 5. Cosmogra. Idem Venetus li.3.c.8.* Circa insulam † Zipangri plurimæ in- 42 ueniuntur paruæ insulæ, quæ à nautis numeratæ putantur esse 7448. Quarum maior pars ab hominibus habitatur. *Et lib.3.c.45.* Sunt præter memoratas insulas plurimæ; aliæ in partibus Indiæ, prioribus quidem vt principalibus subiectæ, quarum numerus ob multitudinem certo haberi nequit. Quod si nautis credimus, numerus earum est 1270. computando tam habitatas, quam inhabitatas. *Hæc ille. Adde Thuan. lib.* 81. Imo *Ioh. Boterus in li. de potent. principum scribit c.27.* vulgo credi inter Taprobanam & nouam Hispaniam, insulas, quas Philippinas † vocant, diuersæ qualitatis 43 & quantitatis esse numero vndecim millium. Denique regem quendam ad fidem Christianam perductum qui totidem insulis dominetur; *scripsit ex aliis Simon Maiolus d.c.10.* Quæ omnia hic determinare non nostri est instituti. Interim descripsit totius orbis insulas Benedictus Bordonius; † sed à quo pleniorem tracta- 44 tum requirit Frider. Tileman. *in discurs. philolog. fol. (mihi)* 378. Synopsin quandam ex Eliæ Reusneri Isagoge historica in fine apponemus. A figura quoque; † vti appellationes, ita & distinctio- 45 nes insularum peti possunt. Quarum aliquot inseremus *c.17.* De appellationibus earundem videatur Cosmodrom. Gobelin *at 1.c.6.* Nunc ad diuisionem magis iuridicã properandum, quã 46 ex caussis desumptã Pompon. Iurisconsultus *in l.30.§.2 & Gaius in l.7.§.3. & seqq. de A.R.D.* nobis delinearunt. Per modos enim caus- 47 sas intelligũt, sicuti hæc vox accipitur *in tit. Inst. quib. mod. ius pat. quibus mod. tut. fin. §. singulorum. Inst. de R.D. & in §. vlt. de vsu & habit.*

Item pro forma *in l. cum hi, 8. §. pen. de transact. l. 29. de vsur. l. 1. §. 15. de aqua cottid.* vel pro iure *in l. 1. §. 2. de pignor. l. 1. de curat. furi.* Ex quibus caussis cum differentia specifica cõstituatur, ideo modus passim pro specie in iure nostro vsurpatur. Vt indifferenter acci-
48 piantur † species, *in §. 10. Inst. de I. N. G. & C. l. 1. in pr. de agnosc. lib. l. 115. de V. S.* positiones, *l. 1. § 2. de l. & l.* genera, *l. 1. §. 3. de aqua cottid.* caussæ, *in l. 3. §. 31. de acquir. poss.* Modi, *in l. 30. de A. R. D.* pro certis distributionis membris totum constituentibus. Hos modos siue
49 species insularum Interpretes † attingunt magis quam absoluũt. *Bart. in tract. de insul. verb. in flumine,* insulas, dicit vel natas, siue casu, siue diuina potestate: vel factas manu hominis. Assumit Bald. *in rubr. ff. de R. D.* & philosophicis terminis suo more vsus, insularum alias naturales facit, quę semper fuerũt, vt Sardinia, Corsica; alias casuales siue accidentales, quæ hodie nascuntur. *Repetit Angel. Schneidevvin. & alij in §. insula, Inst. de R. D. Capolla de seru. rust. c. 33. num. 2.* Summa omnium huc redit, quod omnes insulæ vel natura vel opere humano producuntur. Illæ vel perpetuæ sunt, vna cum exordio mundi creatæ, vel postea ortæ, quas accidentales Baldus, ICtus futuras dicit, *in l. 17 de leg 3.* modo tamen euentus sit certus. Et hæ vel lente ac successiue nascuntur, vel impetu quodam. Illud diuinæ potestati, hoc casui fortuito
50 tribuit Bartolus. Simplicius est, vt trichotomia † retenta dicamus insulas, vel natiuas, vel fortuitas, vel manufactas. *Ita enim Arist. 7. metaphys. 7.* Eorum quæ fiunt, quædam natura, quędam arte, quædam casu fiunt. De quibus singulatim agemus, vbi de suprema omnium caussa generalia quædam præmiserimus.

CAPVT V.

De Caussis Insularum.

SVMMARIA.

1 *Primas caussas inuestigare artis est.*

2 *Deus suprema caussa omnium.*

3 *Aristotelis*

3 Aristotelis sententia de aeternitate mundi.
4 Platonis & Stoicorum vera sententia.
5 ICti veteres Stoicos secuti.
6 AEternitas in LL. ciuiliter intelligenda.
7 Terrae nomine veniunt insulae.
8 Testimonia sacrae scripturae.
9 Galeni impium dictum.
10 Lex breuis esse debet.
11 ICti per naturam Deum intelligunt.
12 Stoicorum doctrina de Deo.
13 Deus pro casu fortuito.
14 Casus fortuitus, fatum, necessitas synonyma.
15 Stoicorum error saluari nequit.
16 Inter Deum & naturam magna differentia.
17 Magistr sententia excusanda.
18 Distinctio naturae in naturantem & naturatam an proba?
19 Natura seipsam docere nequit.
20 AEgyptiorum falsa opinio.
21 Nihil est caussa sui ipsius.
22 Natura, fatum, fortuna quomodo differant?
23 Fortuna in bonam, fatum in malam partem accipitur.
24 Deus & natura nihil frustra faciunt.
25 Omnia hominis caussa creata.
26 Insularum vtilitas.
27 Terra habitationi hominum destinata.
28 Mundus patria omnium.
29 Terra an tota habitabilis?
30 Insula raro inutilis.
31 Maris consideratio iucunda.
32 Insulae maris violentiam cohibent.
33 Hafnia insula.
34 Insula Norvvegia & Frisia.
35 Maiores insulae minoribus circumdatae.
36 Cyclades vnde dictae?

37 *Delus Cycladum media.*
38 *Sporades & Stachades vnde dictæ?*
39 *Funen insula Daniæ.*
40 *Insulæ ad ornatum vniuersi faciunt.*
41 *Insulæ nauigantibus commodæ.*
42 *Naufragia circa insulas.*

1 VM sit sapientis intelligentisque naturæ † primas caussas conquirere, deinde secundas, *teste Cic. in lib. de vniuers.* Et semper prima & originaria caussa attendatur, quia secunda caussa tantum operatur, quantum ipsi suppeditatur à prima, *Neuiz. in syl. nupt. lib. 3. n. 202.* Vix est, vt huic materiæ satisfieri plene possit, si suprema omnium caussa, supra quam non est alia, omittatur. Illa au-
2 tem † est Deus opt. Max.

—— ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτή,

vt antiquissimus poetarum Orpheus cecinit. A quo profecta sunt

Omnia quotquot erunt, quot sunt præsentia, quotque
Orta fuere ante hac, stirpes hominesque feræque.

vt ex Empedocle refert Arist. c. 6. de mund. Quam sententiam si ipse
3 recte considerasset, æternitatem mundi numquam † statuisset *in lib. 1 c. 9 de cælo. lib. 1. de generat. lib. 2. 3. & 8. physic. & pass.* Quem frustra defendunt *P. Greg. Tholos. in syntax. art. mirab. lib. 5 comment. 12. Scalig. exer. 61. sect. 3.* cum hanc ipsius opinionem fuisse diserte testetur Diog. Laert. *lib. 3. de placit. philos. Adde Bodin. in meth. hist. c. 8. Morna. de verit. relig. Christ. c. 8.* Rectius ipsius Præceptor Plato † ex
4 Hebræorum sacris litteris mundi originem Deo adscripsit. Quā sententiam etiam Stoicis tribuit Iustus Lipsius *lib. 1. physiol. Stoic.*
5 A quibus ne Iurisconsultos † veteres dissensisse, ac mundi dominum *in l. 9. ad L. Rhod. de iact.* agnouisse, Creatorem ignorasse dicamus, æternitatem *in l. 220. in fi. de V. S. l. 8. in fi. C. vnde vi. l. 1. C. de*
6 *suar. & pass.* ciuiliter, vel † pro seculo *l. 56. de vsufr.* vel si longius mauis, pro fine vniuersi accipiamus, *arg. l. 33. de seru. vrb. l. 76. de iudic.* Atque illam sententiam veram esse nos Christiani sacris litteris

edocemur,

docemur, in quorum vestibulo, verbis plusquam prætoriis scri-
tum est: In principio Deus creauit cœlum & terram. *Gen. 1.* Ter-
ræ autem † nomine veniunt, & insulæ, & omnia, quæ sunt in 7
erra & ex terra. *psal. 89. v. 11.* Vnde etiam terræ continenti quan-
oque in sacris coniunguntur insulæ, *vt psal. 97. in pr. Esa. 24. &*
. Sophani. 2. v. 11. & pass. Clarius id expressit Syracides *c. 43. v. 25.*
Deus verbo suo † cohibet mare ne euagetur, & in eo insulas semi- 8
auit. *Et psal. 136. v. 6. psal. 24. v. 2.* terrã & insulas super mare expã-
t. *Adde Zach. 12. v. 1. Ion. 1. v. 9. Nahũ 1. v. 4 Esai. 42. v. 15. &c.* Quod
his obstrepere audeant Ethnici, & non Aristoteles, vti eum ex
ulgi errore allegat *Barbatii in c. proposuisti, col. 13. extra de probat.* sed
Galenus vociferet *lib. 11. de vsu part. 14.* Moisen multa dicere, sed 9
auca probare, audiant Philippi Mornæi *c. 25.* grauissimam re-
ponsionem. Cui nihil addimus, nisi aureum illud Senecæ *in e-*
p. 94. Legem breuem † esse oportet, quo facilius ab imperitis 10
neatur, velut emissa diuinitus vox sit. Iubeat non disputet. Ni-
l frigidius videtur, quam lex cum prologo &c. Quod & Moi-
s legislator obseruauit. Frequens est autem Iurisconsultis
ostris Dei opera per Naturæ † vocabulum exprimere, *vt in l. 1. §.* 11
ff. de I. & I. §. ius naturale. I. de I. N. G. & C. vbi glossa per Naturam
xponit Deum. Idem dicendum *de l. 3. de I. & I. l. 28. in fi. de iudic. l.*
de vsuris aliisque text. Quod ipsum quoque ex intima † Stoico- 12
um disciplina profluxit, qui Deum & Naturam æquiparabant,
psf. lib. 9. physiol. Stoic. 3. & 7. Ita enim Seneca *lib. 4 de benef. 7.* Quid
st aliud Natura, quam Deus, & diuina ratio toti mundo & parti-
us eius inserta? *Adde eundem lib. 2. nat. quæst. 45. & in consol ad Helu.*
8. Ita & Plin. *lib. 2. c. 7.* docet naturæ potentiam esse, quod Deũ
ocamus. *Et lib. 2. c. 3.* Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima in
ta † inuenit Deus. Hoc habet nomen, per quem intelligitur 13
dem & parens rerum omnium & magistra Natura. Dicitur &
tum † Sors, ἀδρασία *Cic. 1. de diuin. Arist de mund. c. 7. & ibi Apule-* 14
l. 2. in fi. de peric. rei vend. l. 1. §. 5. de minor. l. 52. §. 2. pro socio. Neces-
tas *in l. 45. in fi. de excus. tut.* vis maior, quam Græci θεῦ βίαν, id est
im diuinam appellant, *l. 25. §. 6. locat. l. 24. §. 4. de damn. inf.* Sub

quibus omnibus nominibus ICti & Stoici Deum & diuinam pro-
15 uidentiam innuunt, *Gell. lib. 6. N. A. 1.* An autem in eo recte † fece-
rint, quod vno Naturæ vocabulo res diuersissimas Deum & Mũ-
dum expresserunt, eiusque varias operationes ad singulos Deos
physica quadam interpretatione retulerunt, de *qua Cic. 2. de nat.
D. o.* Poetę postea magis corruperunt fabulisq́; inuoluerũt, *de quib.
Natal. Comes in lib. de mytholog.* nobis defendere † religio sit: cũ na-
tura sit creatura creatori suo ancillans, *Sapient. 16. v. 24.* Neque
videmus, quid Lactantio *lib. 7. c. 3.* hunc errorem Ethnicorũ re-
futanti responderi possit. Quamvis autem Iuris interpretes ad
probabilem conciliationem recurrere malint, eo quod fas sit
17 magistrorum † nostrorum sententias excusare potius, cũ Cassio
ICto *in l. 19. §. fin. de recept. arb.* quam cum Celso deridere, *in l. 10. §.
18 1. de neg. gest.* distinguentes inter naturã naturantem † & natura-
tam, quasi illa sit Deus ipse, hæc virtus quædam à Deo insita re-
bus agendi, seriesque caussarum dependentium à prima. Quod
est inuentum gl. & Dd. *in § conditiones, Inst. de verb. oblig. Ioh. Fab.
in 8. ius naturale, Institut. de I. N. G. & C. Eberh. in top. legal. in lo. 107.
infi.* tamen ne sic quidem satisfactum *Lactant. d. c. 3.* cum hæc ipsa
doctrina Ethnicorum fuerit, vt constat ex Diog. Laert. in Ze-
19 non. Neque natura naturata † ius naturale omnia animalia
docuit, *vt vult Faber in d. §. ius naturale.* Quia semetipsam docu-
20 isset. Quod æque absurdum, ac illa † Ægyptiorum opinio,
statuentium mundum & omnia animalia suapte sponte enata
fuisse, *de qua Diodor. Sicul. lib. 1. Natal. Com. lib 7. mythol. 13.* cum
21 nihil sit caussa † suiipsius, *Plato in Timæo,* Et causa secunda sine in-
fluentia primæ caussæ non agat, *Eberh. in top. in lo. 21.* Itaque
huius Stoicorum doctrinæ exitus nullus patet, nisi per metony-
miam effectum pro caussa, naturam pro Deo, acceptam dica-
mus. Quomodo nos semper in disputationibus Academicis hũc
nodum soluimus. Qua tamen conciliatione fidei Christianæ ni-
hil derogatum volumus. An ergo, inquis, in iure ciuili nulla est
22 differentia inter naturam † fatum & fortunam? *Gell. lib. 13. N. A.
1.* Quo ad primam caussam nulla, quia diuersis his nominibus
Deum

Deum denotabant Ethnici. Quoad secundas caussas, est differentia, sed in qua sibi ipsis non constant illi. Vt difficulter ex diuersis auctoribus vnam aliquam solidam opinionem eruas. Vt plurimum natura ad res creatas & necessarias: fatum & fortuna ad contingentes & actiones pertinet. Sed vt hæc in bonam † 23
illud in malam partem accipiatur. *Ita Tacit. 4 histor.* Quod in pace fors seu natura, tunc fatum & ira Dei vocabatur. Eoque pertinet singulorum oppositio *apud Plin. lib. 36. nat. hist. 15.* Hic quidem natura locorum id euenit, ibi casu accidit, alibi arte. Et Nonius citans Accium: Multi quibus natura praua magis, quam fors aut fortuna obfuit. Atque hoc diuerso respectu, natura fatum & ars ad insulas pertinent, vt ex subsequentibus patebit. Cæterum cum certum sit principium Philosophorum: Deum & naturam † nihil frustra facere *Arist. 1. de cælo 4* sed 24
omnia boni alicuius gratia agere *Arist. 1. de part. anim. 1.* de finali ac impulsiua caussa insularum aliquid attexendum. *De ea Syracid. 6. 40. v. 21.* Opera Dei vniuersa sunt bona valde, & non opus est dicere, quid est hoc, & ad quid istud? Omnia enim suo tempore patefient. Agnoscunt id ipsi Iurisconsulti ex Stoicorum doctrina, *de qua Cic. lib. 1. & 2. off. Lact. int. lib. de ira Dei cap. 13.* dum rerum naturam omnia hominis † caussa produxisse fatentur, *in l. 28. de* 25
vsur. §. in pecudum, & ibi Borch. Inst. de rer. diu. Consentit Plin. *lib. 7. nat. hist. in pr.* cuncta hominis caussa genuisse naturam. *Et lib. 15. c. 26.* omnia hominis ventri nata esse. Insularum certe vtilitas † 26
tanta est, vt nulla egeant commendatione, *arg. l. 1. de in int. rest.* Neque enim minus quam continens terra domicilium † homi- 27
nibus præbent, quippe quibus Deus terram, inhabitandam concessit. *psal. 115. v. 16.* Hinc passim οἰκουμένη dicitur *ab Arist. & D. Luca. cap. 2. vers. 1.* quæ trita vestigiis animantium, quæ in ea passim circumferuntur, omnia tempestiue profert ex se, & vegetat, hospitalique sinu excipit. *Aristotel. 5. de mundo. Plin. lib. 2. cap. 65. supra cap. 2. numer.* 8. Hinc mundus dicitur communis † patria omnium *à Bald. in cap. 1. §. dominus, de form.* 28
fidel. sub quo etiam insulas contineri iam sæpius dictum.

29 Et quamuis Geographi quædam disputent, † non omnes terræ partes habitabiles esse: tamen sunt qui contrarium sentiant, & adhuc sub iudice lis est. Nō frustra enim Deus creauit terram, sed vt inhabitaretur. *ait Esai.c.45.v.18.* Quod si quæ sit insula inaccessa nobis, *vt apud Adam Brem.c.*246. de ea etiam iudicare non pos-
30 sumus. Et vix reperitur insula, quæ † etsi forte inhabitari nequeat: non aliquid boni, & vel pabulum saltem animalibus præbeat, vt de Fænicusa *scribit Plin.lib.5.c 9.l.11.de fund. instr.* Deinde non
31 exigua † est vtilitas, qua ex insulis licet reciprocantis maris vices eiusque varia miracula, quia quidquid in vlla parte naturæ nascitur, etiam in mari est, præterquam multa alia, quæ nusquam alibi *iuxta Plin.lib 9.c.2.* non sine occulta religione, *& quod Horat.ait 1. epist 11.*

Neptunum procul è terra spectare furentem.

Et hinc summi Architecti Dei admirabilem sapientiam, bonitatem & omnipotentiam considerare *docente Augustin.lib.1. de mirab.script.c 7. Quade rep.psal.65.v.7.psal.107.v.23.Syrac.43.v.26. Senec. in c.n.sol.ad Helu.c.6.& ad Mart.c.18.vbi vide.* Tertio fundatæ sunt insulæ ad protectionem continentis terræ, contra indomiti ma-
32 ris † violentiam. *Syrac.43 v.25* Montes enim & insulas natura sibi fecit ad impetus fluminum domandos, fluctusque frangendos, *Plin.lib.36 c.1.*

Quibus omnis ab alto
Frangitur, inque sinus scindit sese vnda reductos.

Virg.2 AEn. Ipsas insulas scopulis versus mare firmiss. muniuit. *Lucan.lib.2.*

Hinc illinc montes scopulosæ rupis aperto
Opposuit natura mari, flatusque remouit.

Vnde Apuleius de mundo insulas maris aggeres appellat. Ita maris vasti domitrix Iochos dicitur *Senec.in Troad. A.3.in fi. De Hafnia Berth.lib.3.comment.* Ante vrbem orientem versus insula
33 est Amagger, quæ obiectu suo tempestates † Hafniam concussu-
34 ras, amolitur, fluctusque frangit. De † Norwegia *Chytra.lib 4. Saxon*, quod littora eius insulis aliquot millibus inæquali magnitudine.

tudine vestiantur & circum vallantur, & vndique scopulis supra aquas extantibus, sæpe etiam sub aqua latentibus cingantur, qui velut obices Oceani, ventorum procellis vehementiss. agitati impetus retardent. Simile quid de insulis Frisiæ littora eius obtexentibus prodidit *Vbbo Emm. lib. 1. & 2. rer. Frisi. cuius verba longiora non describimus.* Hæc caussa est, cur ipsæ maiores insulæ minoribus † aliis circumdatæ, quas ideo *Plin. lib. 6. c. 31.* columnas 35
nominat. Ita Cyclades † numero 53. circa Delum in orbem sitæ, 36
atque ita appellatæ, quod omnes ambiunt Delum † quasi in vm- 37
bilico iacentem, *Strabo lib. 10. Pli. lib. 4 c. 12. Marcellin. lib. 22. Bunting. in Itiner. lib. 2.* Vnde Iustinia. *in Nou. 50. in pr.* insulas in circuitu positas appellat. *Virg. 3. Æneid.*

—Sparsasque per æquor
Cyclades. Ibidem de Delo
Quam pius Arcitenens oras & littora circum
Errantem, Mycone celsa, Gyaroque reuinxit.

Ita Cretæ circumfunduntur insulæ Sporades † inde dictæ, 38
quod in mari sint sparsæ. *Plin. lib. 4. c. 12. Strab. d. lib. 10.* Sed & Stæchades Massiliensium insulæ ita dictæ propter ordinem. *Plin. lib. 3. c. 3. & 5.* Pertinent huc Sirenussæ Sardiniam tutantes, *Plin. lib. 3. c. 7. Natal. Com. lib. 7. myth. 13.* Et Corsicæ angustias arctant insulæ paruæ, quæ cuniculariæ appellantur, *Plin. lib. 3. c. 6.* Ita Funen † in- 39
sulam Daniæ fertiliss. ambiunt insulæ in gyro paruulæ, omnes frugibus plenæ, *Adam Brem. c. 211.* Ex quo quarta vtilitas emergit,
nempe ornatus † vniuersi. Sicuti enim terra in se varios sinus, 40
fluuios, maria & lacus recipit: ita mare vicissim terras & insulas, quæ quasi corona cingunt hunc orbem, hominum domicilium, *ait ex Arist. Apuleius de mund. Et Cic. 2. de nat. Deo.* At vero, quanta maris pulcritudo? quæ species vniuersi? quæ multitudo & varietas insularum? &c. *Adde Solin. lib. 1. c. 10.* Hinc Paling. in libra Oceanum cœlo comparat, insulas stellis, quibus cœlum vndique cingitur & distinguitur. Denique promouent † nauigationes, di- 41
stinguunt maria, itinerum notitiam adiuuant, & portus stationes, hospitiaque nauigantibus præbent, *Senec. in consol. ad Mart.*

cap. 18. videbis sparsas tot per vastum insulas, quæ interuentu suo
42 maria distinguunt &c. Et quamuis plurima circa insulas † naufragia fiant: tamen hoc malum continentis terra maritima cum insulis commune habet, & plerumque periti naucleri prouidentia vitari possunt. *De quibus infra c. 31. latius agemus. His addi possunt illa, quæ de mirabilibus insularum Colophonis loco cap. seq. attexemus.*

CAPVT VI.

De Insula Naturali.

SVMMARIA.

1 *Insula naturalis quid sit?*
2 *Naturæ ordo prior ac dignior.*
3 *Flumina quædam cum mundo creata, quædam postea orta.*
4 *An extent insulæ ab initio mundi creatæ?*
5 *Terræ marisque vicissitudo.*
6 *Diluuiorum variorum effectus.*
7 *Insulæ à Deo creatæ.*
8 *Mutatio non præsumitur nisi probetur.*
9 *Gaij ICti sententia refertur.*
10 *Domitiana quæstio quænam?*
11 *Leges non feruntur nisi de rebus superuacuis.*
12 *Casus insolitus non attenditur.*
13 *ICtorum lapsus historici.*
14 *Generatio vnius corruptio alterius.*
15 *Caussæ efficientes insularum etiam in mari obtinent.*
16 *Baldi & Capollæ sententia examinatur.*
17 *Fortuitæ etiam nasci dicuntur.*

18 Fortuitæ

18 *Fortuita insulæ magis marinæ quam fluuiales.*
19 *Raro & frequenter opposita.*
20 *Baptista Aymi Parmensis interpretatio.*
21 *Vera verborum Gaij expositio.*
22 *Positiuus pro comparatiuo ac superlatiuo acceptus.*
23 *Alia verborum Gaij expositio.*
24 *Pomponij lex etiam ad marinas insulas pertinet.*
25 *Primus modus insulæ naturalis.*
26 *Sponte nasci quid?*
27 *Caussæ insularum adunantes.*
28 *Echinades insulæ ab Acheloo congestæ.*
29 *Ouidij locus explicatur.*
30 *Achelous fluuius in alluuionem pronus.*
31 *Fabulæ poetarum de incrementis fluuialibus.*
32 *AEgyptus Nili alluuione aucta.*
33 *AEgyptus fluuii donum.*
34 *Secundus modus insulæ naturalis.*
35 *Incrementum alueí ab alluuione diuersum.*
36 *Circeij insula Tyrrheni maris.*
37 *Incrementum aluei quomodo sit insula?*
38 *Fluminis digitus insulam facit.*
39 Beystrom Altwasser.
40 *Alueus maris vadosi citius quam fluminis exsiccatur.*
41 *AEstuaria maris insulam faciunt.*
42 *Tertius modus insulæ naturalis.*
43 *Insulæ natantes in lacubus & stagnis crebræ.*
44 *Insulæ Calaminæ contis mobiles.*
45 *Receptaculum piscium sub insulis fluitantibus.*
46 *Insulæ quare fluctuent?*
47 *Insulæ natantes arte solidatæ.*
48 *Insula Tyberina ex stramentis nata.*
49 *Species insulæ remissiue.*

Trans-

RANSEAMVS nunc ad singulas insularum species.
1 Inter quas primum locum obtinet insula † natiua siue
naturalis, quam Natura consueto agendi modo produxit, siue cuius generatio ex natura est *Arist. 7. metaph. 7.* Quamuis enim Pomponius Iurisconsultus *in l. 30. § 2. de A. R. D.* ordinem inuertere videatur, ac ὕστερον πρότερον de casuali insula prius agat: tamen Gaius ICtus *in l. 7. §. 3. de A. R. D. & cum eo Iustin. Imp. in § praterea & seq. Inst. eod. necnon & Vlpia. in*
2 *l. 1. §. 6. de flumin.* naturæ ordinem, vtpote † priorem ac digniorẽ
quouis accidentali merito præmittunt, *arg. § singulorum, Inst. de R. D.* Naturales insulas vel perpetuas esse, vel postea ortas, dictum est ex Baldo. Eoque collimat Gobelin *in Cosmodrom. at. 1. cap. 6.* vbi de insulis Vulcaniis Siciliæ scribit, quasdam ab initio non fuisse, sed postea mari editas, vsque nunc permanere. Atque hanc
3 distinctionem etiam in fluminibus † probat *Seneca l b. 3. nat. quæst. 22. & Lucan lib. 5. vbi de Nilo agit.* Non abs re autem hic dubitatur,
4 extentne hodie insulæ † cum ipso rerum exordio creatæ: Nota est
5 enim naturalis rerum omnium inconstantia & † vicissitudo, *de qua Seneca lib. 6 nat. quæst. 4.* Terra mille miracula mouet, faciemque mutat locis, defert montes, subrigit plana, valles extuberat, nouas in profundo insulas erigit &c. De qua infra *c. 29.* Hæc ergo ratio vix patitur nos credere, superesse adhuc insulas in pri-
6 ma mundi creatione formatas. Præsertim cum diluuia † Nohæ, Deucalionis & subsequentia longe aliam formam terris induxerint. Verum certum est, insulas quasdam vna cum conti-
7 nenti terra à Deo † in prima mundi origine productas. *Gen. 1. in pr. Syrac. 43. v. 25.* Quæ etiam post diluuium permanserunt, *Gen. 10. v. 5 Simon Maiolus lib. 1 dier. canicul. 9. & 14.* Et quamuis subinde mutatæ fuerint, tamen illa mutatio particularis, non vniuersalis antiquitatem earum non sustulit. *l 76. de iudic. Hotom. ill. quæst. 8. Gœdd. ad l. 14. num. 9. d. V. S. infra c. 14. num. 08.* Itaque omnes illæ pro perpetuis ac ab initio creatis habẽdæ sunt, quę postea or-
8 tæ non reperiuntur in historiis, quia † mutatio non præsumitur, nisi probetur, *l. 3. l. 21. de probat. Sebast. Medic. de nouat. p. 1. q. 1. illat. 14.*

Menoch.

Menoch.li.6.de præsumt.36. De hodie natis tractat Caius, IC. † *in l.7.* 9
§.3.de A.R.D. cuius responsum repetit Iust. Imp. in §. insula. 5 inst.eo. hisce verbis: Insula, quæ in mari nascitur (quod raro accidit) occupantis
fit. Nullius enim esse creditur. In flumine nata (quod frequen-
ter accidit) communis est &c. Videtur autem hoc problema
quæstioni Domitianæ † non absimile, *in l.27.ff. qui testam. fac. poss.* 10
Si enim raro accidit casus insulæ in mari natæ, ad quid opus erat
iura de ea constitui, cum hæc non nisi de rebus cottidianis sanci-
antur. *l.3. & seqq. ff. de LL.* Nec enim debent † leges frustra mem- 11
branam occupare. *c. 1. dist.19.* Quod raro fit, non obseruant legis-
latores, sed quod plerumque fit, & inspiciunt & medentur, *ait*
Iustin. in Nou.94.c.vlt. Et quod raro & insolite fit, non est † sub 12
lege, cum sit miraculo potius, quam alii caussæ attribuendum. *c.*
nisi, 10. vers. sed dices, extra de renunc. c. licet 18. de regular. Gomez. lib.3. variar. resolut.13. num.37. Sin aliter se res habet, lapsum esse † Iuriscõ- 13
sultum Gaium oportet in historia naturali. Quod & aliis Iuris-
consultis euenit. Ita enim & Paulus arguitur *in l. 3. si pars hered.*
pet. Et Vlpianus *in l.3.§.5. de cond. caus. dat.* in nomine liberti mani-
feste errauit, sicuti eum ex Tacito conuincit *Alciat. lib. 4. paregr.*
7. Lipsius in comment. ad 3. annal. Tacit. Coras. ad l.2.§. postea aucta, ff. de O.I. Nec Pomponij, vel quisquis est auctor *l.2 ff. de orig. iur.* relatio
vbique ex fide historica scripta est, *testibus Zasio, & Corasio ad d.l.2.*
§. postea, Gualth.2. miscell.6. Cuiusmodi plura obseruauit Fridericus Tileman. in discurs. Philolog. fol.(mihi) 11. & 287. Certe Gaium innumera
exempla insularum coarguunt, quæ cumularunt *Baptista Aymus*
Parmens. lib.1. de alluu.14. Alber. Gentil. lib.4. lectio.14. Nec ratio
physica eius sententiam admittit, qua dicitur generatio † vnius 14
corruptio alterius, & contra. De quo Medicorum principio
Arist.1. de gener. & corrupt. text.17. Ita enim pensantur vices sem-
perque sufficiunt, aliis siderum elementa cogentibus, aliis vero
fundentibus, *ait in simili Plin. lib.2.c.10.* Iam autem multas insulas
Oceanus funditus hausit & absorpsit, *inf. c.29.* Ergo alias alibi e-
undem vicissim protulisse consequens est. Præsertim cum caus-
sæ insularum efficientes † & productrices non minus in mari, 15

quam fluminibus obtineant. *Vnde Lips. lib 1. de constant. 16 de hac natura vicissitudine agens:* Nec terra ipsa muliebri ignauia cessat (inquit) sed interdum se vindicat, & in medio mari insulas sibi facit, mirante & indignante cano patre. Quid ergo de hoc Gaij problemate dicemus? An illud de fortuitis tantum insulis accipiemus? Quasi illę raro in mari nascantur. Ita videtur velle † Cæpol-
16 la *lib 2. de seru. rust. 33 n. 2. vbi dicit:* quod insula casualis & accidentalis in flumine sæpe nascatur, in mari rarissime, *secundum Baldum in rubr. ff. de rer. diuis. col. 10.* Iuuat hanc opinionem, quod natum etiam de † repentinis dicitur, *Donato teste.* Ita homo nasci dici-
17 tur, cum in lucem editur. *l. 3. si pars hered. l. 11. de stat. hom.* quod sæpe vno impetu fit *l. 5. de stat. hom.* Iuuat item, quod fortuita vt plurimum raro fieri dicuntur, *vt cap. seq. dicemus.* Sed Baldi
18 præsuppositum falsum est, cum fortuitæ insulæ sæpius † in mari quam in flumine emergant. Neque verisimile est Gaium Iurisconsultum de fortuitis tantum agere voluisse, naturalibus prætermissis, quæ tamen frequentius contingunt. Itaque omnino tenendum, de vtroque genere insularum Iurisconsultum agere *in d. l. 7. §. 3* quia vtrique nascendi verbum competit, *iuxta Plinium lib. 2. c. 85.* Pro quo fiendi verbo vtitur Pompon. *in l. 30. §. 2. de A. R. D.* Ad remouendam autem obiecti difficultatem, In-
19 terpp. in particula raro † effugium quærunt. Vide Pacium *1. enant. 10. Dorell lib. 1. comment. 15 D. Arumæ exerc. Iustin 4. th. 13* Bart. quidē particulam raro interpretatur, pro eo quod semel & bis accidit. *ex l 5. & 6. de LL.* Quem alias casum insolitum vocant, *de quo est in l 78. §. fin. de contr. emt. Gail. 2 obs 23. num. 19.* Sicut Albericus frequentes vocat, quod ter accidit. Sed hoc merito reiicit *Ba-*
20 *ptista* † *Parmensis lib. 1. de all'u. 4 num. 3.* cum Iurisconsultus *in d. l. 5. de legib.* particula perraro vtatur. Quod idem est ac rarissime. Itaque ipse rarum in nostro casu medium facit inter perrarum, *in d. l. 5.* & frequenter, quod toto die contingit, *vt in l. 15. §. 22. de iniur.* vt sit sensus: licet non frequenter accidat insulas in mari nasci, sæpe tamen accidere. *v. Alciat. 2. dispunct. 8.* Sed Paulus Iurisconsultus *in l. 3. si pars hered.* medium hunc casum non

rarum

rarum vocat, qui tamen rarius contingit, quam ille insularum
marinarum partus. Et vt vt id non esset, tamen IC. Gaium à su-
pra inductis argumentis *ex l.3. & seqq de L. Aliberaueris.* Itaq; sim-
plicius est statuere,† Gaium comparatiue locutum, *in d. l. 7. §. 3.* 21
quasi dicat, rarius in mari nasci insulas, frequentius in flumine.
Quod verum est ac confirmat experientia. Neque enim infre-
quens est in iure nostro, positiuum pro †comparatiuo, aut super- 22
latiuo accipi: sicuti vice versa comparatiuus ac superlatiuus pro
positiuo, *gl. & Zas. in l. quod Neratius, 32. ff. depos. l. heres, 33. & ibi D. l. de
neg. gest. Eberh in top. lo. 98.* Vtimur vulgo cōparatiuis pro absolutis,
vt cum quis se infirmiorem dixerit. *ait Quintil. lib. 9. Instit. 3.*
Ita quæ Imperatori *in §. item is cui. Inst. de oblig. quæ re contr.* exa-
cta, ea Gaio nostro *in l. 1. § . de V. O* exactissima diligentia dicitur.
Licet hanc cōciliationē in ea quæstione nō omnino probet *Vult.
in discept. schol. 15.* Quid autem si† Gaium Iurisconsultum *in d. l. 7.* 23
§ 2. de insulis marinis remotioribus tantum agere dicamus? Hæ
enim in infesto ac profundo mari rarius, imo rarissime nascun-
tur, quam vel in flumine, vel etiam in mari propinquo ac vado-
so. *De qua distinctione plura c. 10. num. 30.* Nunc sufficiat obtinuisse,
naturales insulas tam in mari † quam in flumine nasci. Quod 24
triplici modo fieri docet Pomponius Iurisconsultus, *in l. 30 § 2. de
A. R. D.* Qui licet tantum de fluuialibus insulis agere videatur, ni-
hil tamen impedit, quo minus generaliter accipi, ac etiam de ma-
rinis insulis intelligi possit & debeat: tum quia fluminis appella-
tio sæpe etiam mare includit, tum quia natura vtrobique in hoc
genere insularum vniformiter operatur, *quod c. 18 demonstrabimus.*
Primus & frequentissimus † modus, est, cum insula suapte spōte 25
per colluuionem & alluuionem arenæ paulatim producitur, *d. l.
7 § 3, l. 30. §. 2. vers. tertio, de A. R. D. l. 1. §. 6 de flumin.* Spōte nasci vel
produci †dicitur, quod sine alterius caussæ adminiculo solius na- 26
turæ ductu gignitur, vt sunt fruges, sine vlla cultura productæ.
Quos fructus naturales IC appellant, *in l. 62 de R. V. l. 45. de vsur. l.
205. de V. S.* Quo ipso nō excludūtur alię caussæ † adiuuātes, quæ 27
cum amne ac oceano in coagulatione insulæ concurrunt, veluti

 vento-

ventorum afflatus, materiæ congeries, Solis aerisque feruor, &
28 si quæ sunt aliæ. *infr. c. 18.* Ad hunc modum pertinent † Echina-
des insulæ, quas marinas supra diximus. Eas enim Achelous
fluuius omnium primus post diluuium è terra ortus, *si credimus
Macrob. li. 5. Satur. 18, Turneb. lib. 29. aduers. 25. & lib. 30. c. vlt*, in ostio
maris inuectu arenarum congessit, *Plin. lib. 2. nat. hist. 85 Vnde de eo
Statius lib. 2. Thebaid.*

Turbidus obiectas Achelous Echinades exit.

Et Lucanus lib. 6. crassis oblimat Echinades vndis.

29 Quamuis vero insulas hasce vt continenti auulsas † describat
Ouid. lib. 8. metam. 8. vbi Achelous fl. ita de se loquitur.

A syluis syluas, & ab aruis arua reuulsi,
Cumque loco nymphas memores tum denique nostri
In freta prouolui, fluctus nosterq; marisq;
Continuam diduxit humum, pariterque reuulsit
In totidem, mediis quot cernis Echinades vndis.

30 Tamen is hac periphrasi poetica non obscure innuit, † fluuium
vicino littori terram sensim ac particulatim abrasisse, atq; in ma-
re protrusisse. Vnde insulæ sint natæ. Ob quam caussam Her-
cules fluuium hunc temere & cum impetu regionem infestanté
aggeribus & aquæductibus coercuit & extenuauit, *Strabo lib. 12.
Geogr.* Vnde Acheloi cornua fregisse dicitur. *Natal. Comes lib. 7.*
31 *myth.* 2. Hæc enim ideo † fluuiis affingunt Poetæ, quod velut tau-
ri terram proscindant. Eodem modo, *quod Herod. lib. 2.* Ache-
loum Echinades media ex parte continentem fecisse scribit, in-
telligendum est, de continua Acheloi alluuione, qua non solum
insulæ factæ, sed quædam etiam continenti adiectæ sunt. Id e-
nim de Artemita affirmauit *Plin. lib. 4. nat. hist. 1.* Neq; aliud puta-
mus innui fabulis, quibus Æginam Asopi amnis filiam à Ioue in
insulam eius nominis mutatam fingunt, ob quam Sisyphus assi-
due saxum voluat *Natal. Comes lib. 6. myth. 17.* Volubilitatem flumi-
nis scilicet denotantes, qua aqua solis calore exsiccatur, ac tandé
2 in terram insulamque coalescit. *Natal. lib. 8. c. 16.* Sed & † Ægyptus
peninsula Nili fluminis alluuione maximam partem concreuit,

de qua

de qua Arist. 1. meteor 14. Senec. lib. 6. nat. quæst. 26. Herod. lib. 2. Strab.
lib. 17. Diodor. Sicul. lib. 1. Ammian. Marcell. lib. 22. Cælius Rhod lib. 27.
lect. antiq 6. Vlpia. in l. 1. §. 5. de flum. Amos. 8. v. 8. & c. 9. v. 5. Vnde Hero-
dotus Ægyptum † accessionem terræ & ποταμοῦ δῶρον, *Arist.* ποταμοῦ 33
ἔργον vocat. Quo factum est, vt Pharus insula cursu diei secundo
ab Ægypto olim distans, *Plin lib. 5. nat. hist. 31.* postea vicinior fa-
cta etiam isthmo coniungi posset, Nilo limum subinde littori an-
nectente, spaciumque augescentium terrarum in vicina vada
promouente, *iuxta Pompon. Mela lib. 2. c. vlt.*

Secundum modum insulæ † naturalis definit Pompon. *in d l.* 34
30. §. 2. cum amnis locum, qui aluei fuerat siccum relinquit, & cir-
cumfluere cœpit. Intelligit autem recessum aquæ † alueiq; in- 35
crementum. Quod ab alluuione proprie ita dicta diuersum esse
recte docet *Parmens. lib. 1. de alluu. 3. §. 1. & c. 13.* cum inter hæc duo
Iurisconsulti ipsi distinguant *in d. l. 7. §. 5. de A. R. D. § 23. Inst. eo.* Na-
scuntur terræ non fluminum tantum inuectu, sed & recessu, *ait*
Plin. lib. 2. nat. hist. 85. vbi ad hanc classem refert Circeios † insulã 36
Tyrrheni maris, ita dictam à Circes domicilio, cum antea Ææa
diceretur. *Homer. Odyss. κ. Virg. 3. AEn. AEææque insula Circes. Natal.*
Comes. lib. 6 c. 6. De eadem Plin. lib. 3. c. 5. Circeij quondam insula im-
menso mari circumdata, at nunc planicie. *Plura exempla refert Pli-*
ni. d. c. 85. Tales Syrtes Africæ describit Lucan. lib. 9. Sed quomodo, in-
quis, hoc modo † fit insula, cum potius alueo exsiccato insula es- 37
se desinat, ac continenti iungatur. An id est, *quod ait Proculus in*
l. 56. in fi. de A. R. D. agrum, qui insula fuerat, agrum appellari? An
quia alueo exsiccato plerumque brachium aliquod aquæ rema-
net insulæ speciem repræsentans? In hoc procliuiores sumus.
Quia vix est, vt non à continenti littore incrementum hoc aluei
eurypo aliquo, siue riuo, *l. 7. § 4. & 5. de A. R. D.* siue *vt Paulus vocat*
in l. 37. de seru. rust. digito † distinguatur. Papinia. *in l. 45. de vsucap.* 38
etiam diuerticulum appellat *l 7. de diuers. & temp.* vulgo † Bey- 39
strome. *Cothm. cons. 34. in pr. vol* 1. Quibus adde die Altwasser in Rhe-
no *supr. c. 2. n. 53.* Atque hic modus frequentior est in mari quam
in flumine; Neque enim locum habet, nisi locus sit vadosus, qui

40 deficiente æstu maris facilime † in terram coalescit. Cum multum inseruiunt æstuaria, quæ *Plin. lib. 3 c. 26* dicit vada maris tenui alueo intercursare. Quomodo ea in Frisiæ insulis describit *Emmius lib. 1. rer. Frisic.* Quæ cum remanentem aquam è vadis colligãt
41 & riuorum instar † in mare deducant, *arg l. 1. §. 2. de rivis.* non mirum est, si alueum exsiccatum, ambientia insulæ speciem repræsentent.

42 Tertium modum † subiungit Parmensis *in d. c. 14. ex Paulo IC. in l. 65. §. pen. d. A. R. D* cum insula alueo fluminis non cohæret, sed virgultis aut alia leui materia ita sustinetur in flumine, vt solum eius non tangat, atque ita mouetur. Quod tamen genus etiam ad fortuitas insulas, vel potius ad miracula insularum referre posses. Reperitur id quidem † in mari ac fluminibus, *teste IC. in d. l. 65.*
43 *§. 2. de A. R. D. Plinio lib. 16. de nat. hist. 1.* vbi de Chaucorum insulis palustribus agit: sed potissimum in lacubus stagnisque. *Plin. lib. 2 c. 95.* Quædam insulæ semper fluctuant inquit, sicut in agro Cæcubo & Reatino, Mutiensi, Statoniensi &c. *Quæ desumta sunt ex Seneca lib 3. nat. quæst. 25.* Et similes in lacunis (fortasse legendum lacubus) territorij Patauini extare scribit *Capoll. lib. 2. de seru. rust. 33. num. 7.* Sed & in Vadimonis lacu in Vmbria insula nemorosa extat, quæ numquam diu ac noctu eodem loco visitur. *Plin. d. c. 95. & l. b. 3. c. 12. Meminit eiusdem & Plin. iunior in epist.* Quin & Ly-
44 diæ illæ, quæ vocantur Calaminę, † item saltrices, non ventis solum, sed & contis, quo libeat, impelluntur, *Plin. d. c. 95 Cæl. Rhodig. lib. 9. lect. ant. 3. Ex quo Turneb lib. 1. aduers. 6 Varronis locum lib. 3. de re rust. corrigit legens*: cum eodem tempore insulas Lydorum ibi concussas vidisses. *Quam tamen criticam in Catulli carmine lib. 1. non admittit Ioseph. Scaliger.* Ita Chemnis insula lucos syluasque & Apollinis grande sustinens templum natat, & quocunque venti agunt, pellitur. *Pompon. Mela lib. 2. de AEgypt. Cuius rei fabulam ex AEgyptiorum sermonibus refert Herod. lib. 2.* Ac potest huc referri arundinetum in Gallia, cuius pars abscissa proximis, velut
45 insula natat, pellique se & attrahi patitur, ita † vt per ea foramina piscis è terra eruatur, *teste Mela d. lib. 2. in Gal.* De quo terræ

genere

genere verisimiliter sensit Cæpolla *lib.2.c.39. & 42. in fi. de seru.rust.* Sub qua pisces omnes in hyeme se reducunt. Ideo aperiri prohibita, ne piscatus destruatur. Rationem harum insularum † 46
in iis quæ leuioris sunt materiæ, reddit Paulus *in d.l.65. §. 1. de A. R.D.* qualis est terra paludinosa & spongiosa, *de qua c.2 dictum.* Eius rei lepidum exemplum referemus *c.19.n.54. Adde Macrob. lib. 1. Saturn 7. Simon. Maiol. lib.1. dier. canicul. 14.* In aliis *Aristot. 4. de mund. & Seneca d.lib.3.c.25.* Huiusmodi autem insulas fluitantes quandoque, non solum naturaliter fundo accrescere, & q: pedē figere: sed etiam arte † molibus in profundum iactis alueo alligari posse docuit experientia, *arg.l.18.de act. emt.l.1.§.8.de vi arm.l. 242.infi. de V.S.* De insula † Tyberina ex segete cum stramento 47
48
desecta in summo flumine, nata, *vide Liu. lib.2.dec.1.* vbi dicit postea additas moles, manuque adiutum, vt tam continens area, firmaque templis quoque ac porticibus sustinendis esset. *Adde Halicarn lib.5. Valer. Max. lib.1.c 8.n 2. Ouid 15.metam. Meminit eius Tacit.1.hist. vt etiam supr.c.2.n 4.* Addi his alius † modus posset, cum 49
plures fluuij coeuntes speciem siue formam insulæ, *vt IC. vocat in l.7.§.4. de A.R.D* præbent. Sed quia proprie insula non est, *vt dictum c.3.* de ea hic nihil addimus. Cætera quæ ad insulas naturales pertinent, deque alluuione & concretione earundem cap.18. pertractabimus.

CAPVT VII.

De Insula fortuita.

SVMMARIA.

1 *Descriptio fortuita insulæ.*
2 *Fortuita quæ nam dicantur.*
3 *Fortuitorum caussa hominibus incerta.*

4 *Deo omnia sunt certa.*
5 *Caussa per accidens.*
6 *Casus fortuiti definitio.*
7 *Sors & Fortuna Ethnicorum Dea.*
8 *Casuum fortuitorum duo genera.*
9 *Naturalia & fortuita opposita.*
10 *Insula fortuita duplici modo producuntur.*
11 *Aristotelis & aliorum testimonia.*
12 *Primus modus insula fortuita.*
13 *Exempla insularum terra motu editarum.*
14 *Therasia insula repente nata.*
15 *Delus & Rhodus insula fortuita.*
16 *Prochyta insula Italia.*
17 *Secundus modus insula fortuita.*
18 *Insula à continente sine vi maiore non auellitur.*
19 *Mari vt potentiori pares esse non possumus.*
20 *Sicilia Italia auulsa.*
21 *Sicilia inter continentes prouincias numerata.*
22 *Eubœa Bœtia abrepta.*
23 *Ex montibus Africa insula facta.*
24 *Poetarum fabula de Gigantibus.*
25 *Insula Hollandia & Frisia à continente abstracta.*
26 *Insula Naturalis & fortuita differentia.*

1 EQVVNTVR insulæ fortuitę † siue casuales, quæ alterius & quidem violentioris caussæ impulsu producuntur. Quæ & ipsæ quoque à natura proficiscuntur, sed irata & quasi turbata, *vt hac voce vtitur Iurisconsultus in l.15. de inoff. testam. Ita Aristot. 1. Rhetor. 10.* natura fieri dicit ea, quorum caussa in ipsis est, aut ordinate. Aut enim semper, aut plerumque eodem modo eueniunt. Quæ vero præter naturam sunt, eorum caussa fortuna esse videtur. Vnde for-
2 tuita † dicebant Romani, quæ neque caussam habent vllam, neque notam cur futura essent, *Cic. 2. de diuin, arg. §. 39. Inst. de rer. diu.* Quo-

Quorum euenta magis quã caussas quæri oporteat. *Cic. 1. de diui.*
Quo respiciens Tacit. *1 hist. in pr.* non modo, inquit, casus euen-
tusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam caus-
sæque noscantur. Quamuis vero in terra nihil fiat sine caussa, *Io-*
bi. 5. v. 6. tamen id ad nostram † inscientiam referendum est, non 3
ad rerum naturam, in qua omnia sunt certa, *teste IC in l. 28. de iudic.*
Gothof. in l. 100. de V. S. Quod sic exprimit Cicer. 1. d. diuin. Non reperio
caussam: latet fortasse inuoluta naturæ. Non enim me Deus i-
sta scire, sed his tantummodo vti voluit. *Clarus § nec. in pr. nat.*
quæst. vbi errorem hunc refellit. Vnde Philip. Melanch. lib. 2 phys. Arist.
Fortuna & casus, inquit, quantum ad nostrum agentium iudiciũ
attinet, non sunt ordinata: non vero quantum ad respectum Dei† 4
ordinantis. Itaque hæc caussa à Philosophis per† accidens ap- 5
pellatur, *Arist. 11. metaph. 10* A Iurisconsultis casus fortuitus, *quem*
ex Gozad. cons. 62. n. 11. definit Sebast. Medices de casib. fortuit. p. 1. q. 12. nu.
7. ꝙ sit accidens, quod † per custodiam curã & diligentiam men- 6
tis humanæ non potest euitari ab eo, qui patitur, *arg. l. 2. §. 7. de*
admin. rer. ciuit l. 1. §. 4. de O. & A. Dicitur & sors, † cui adeo obno- 7
xij sumus, vt pro Dea sit, qua Deus probetur incertus, *ait ex vul-*
gi errore impio Plin. lib. 2. c. 6. Dicitur & fortuna. Sed vt hæc in bo-
nam partem accipiatur, *arg. l. 63. §. 1. & 3. de A. R. D.* casus fortuitus
de iis, quæ tristem & inopinatum plerumque euentum sortiun-
tur *arg. l. 15. §. 2. in pr. locat.* Vnde etiam fortuita calamitas dici-
tur, *in l. 2. §. 8. si quis caut. in iud.* Quamuis vero in hunc censum as-
sumantur † etiam ea, quæ homini præter eius intentionem ab 8
homine eueniunt, *Medices d. p. 1 q. 13. arg. l. 13. §. 2. de damn. inf.* Ea ta-
men proprie huc pertinent, quæ à natura proficiscuntur. *d. l. 15.*
§. 2. locat. d. l. 24. §. 9 de damn. inf. ita tamen, vt caussæ eorũ ignoren-
tur. Hæ enim forte accidere dicuntur, *Plinio lib. 16. cap. 39.* At-
que ita naturalia † & fortuita passim opponuntur apud bonos 9
auctores, *vt & in l. 14 depos. l. 59. mand.* siue natura, siue casu. *Plin.*
lib. 14. c. 6 quorum illa ἐπὶ τὸ πλεῖστον id est vt plurimum: hæc ἐκ παρα-
λόγου id est inopinato fieri dicuntur. *l. 3. & seqq. ff. de l. g.* Horum ca-
suum fortuitorum cum multa sint genera siue exempla, de qui-

L bus

bus c. 29. prolixius agemus, tum duo sunt præcipua, terræ motus
10 & diluuium, ex quibus cum insulæ fortuitæ † vt plurimum proueniant: ideo duplicem nascendi modum iis adscribere placet. Idque auctoritate historicorum naturalium, quorum princeps
11 *Aristo: cap 6. sic scrib. t* :1 Terrena longe aliter ac cælestia comparata sunt, vt ipsa ex aliis in alias affectiones transeant, fierique identidem altera ex altera non respuant. Constat enim contigisse, vt terræ motus violentia terra ipsa multis in locis discesserit, indeque hiatus extiterint: vt imbres vi maiore ruentes diluuium in terram intulerint, vt excursiones vndarum recessusque tum continẽtes mari obruerint sæpissime, tum rursus maris alueos adiecerint continentibus &c. *In eandem sententiam Plin. li. 2. nat. hist. 80. quod totum Arist. 2. de metor. 3. desumsit Senec. lib. 6. de natu. quæst. 2. & seq. Marcell. lib. 17. Virgil. vel quiquis est auctor in AEtna &c.*
12 Est ergo primus † modus insularum fortuitarum, cum per terræ motum insulæ in lucem prorumpunt. Et quidem illum, quem ex quatuor generibus *βρασματίας* id est ebullitionem vocat *Marcell. d. lo.* Huiusmodi enim terræ motus dum profundunt sorbẽtque aquas, *Plin lib. 31. cap. 5.* humumq; intus suscitantes, immanissimas moles propellũt, *Marcell. d. lo.* nascũtur insulæ, & repente in mari emergunt, velut paria secum faciente natura, quæq; hauserit hiatus alio loco reddente, *Plin. lib. 2. nat. hist. 86. Strab. lib. 1.*
13 *Geogr. Exempla † vide apud Iulium Obsequen. de prodigiis.* Ex quibus celebre est, quod proditur *à Iustino lib. 30. histor.* de insula, quæ inter insulas Thermanem & Therasiam in medio vtriusque ripæ & maris spacio per terræ motum cum admiratione nauigantium repente ex profundo cum aquis calidis emersit. *Quod tamen Seneca lib. 6. nat. quæst. 21. de ipsa Therasia intelligit. Sed Plinius lib. 4. c. 2. hanc ex Tera † auulsam, & inter duas enatam Automaten vult.* Atque hanc esse de qua Iustinus sentit, nomen ex re insulæ impositum arguit. Ac videtur eadem esse, *de qua Liu. lib. 9. dec. 4. scribit,* quod prope Siciliam noua insula è mari edita sit, cum antea non
14 fuerit. Simile quid de Delo † insula *recitat Plin. lib. 4. c. 14* & quod prima post diluuium Ogygij apparuerit, *Gobelin. in Cosmodrom. æt. 1. cap.*

2.*cap.6.* Cui etiam Rhodum coniungit *Plin.lib.2.c.87. Adde Marcell.lib.17. Strabon.lib.6. Reinec.in syntagm.hist.p.1.fol.227. Iulium Bellum in Hermet.polit.lib.1.fol.(mihi)39. Simon.Maiol lib.1.dier.canicul.10.&14.* Ita de Ænaria insula scribitur, quod terræ motu quassata mõte dirupto ac prostrato insulam diuulsam extruserit, Prochytam † dictam à προχύομαι, quod veluti profusa sit. *Strab.li.5.Geogr.Plin.li.3.c.6. Virg.9.AEnei.* 16

Tum sonitu Prochyta alta tremit &c.

Quamuis vero huius modi ICti nostri in ff. non meminerint, fortasse quod rarior esset, & miraculi instar: hic tamen vbi omnes naturæ partes & caussas curiosius scrutamur, non omittenda fuit.

Secundus modus est, † cum per diluuium, ac vim fluminis ma- 17
risue partes continenti auulsæ in insulas secedunt. Namque & hoc modo rerum natura insulas facit, *inquit Plinius lib.2.c.88. Pompon.in d.l.30 §.2.de A.R.D. ita definit,* cum agrum, qui aluei non fuit, amnis circumfluit. Et Vlpia. *in l.1.§.10.de flumin.* si amnis aliquid circumeat. Quod non † naturaliter, vt insulæ naturales, 18
sed fortuito & per vim maiorem fieri certum est. Et satis insinuat *Gaius in l.7.§.4.de A.R.D.* dum perrumpendi verbo violentiori vtitur. Itaque non saltem in flumine, sed potissimum in mari, cui vt potentiori pares † esse nullo modo possumus, *arg l.3.in pr. de a-* 19
lien.iud.mut. obtinet. Exempla recitant *Plinius lib.2.nat.hist.88. Et Ouid.15.metamorph.*

— Zancle quoque iuncta fuisse
Dicitur Italiæ, donec confinia Pontus
Abstulit, & media tellurem reppulit vnda.

Virg.1.AEn.

— venit medio vi pontus, & vndis
Hesperiis Siculum latus abscidit &c.

Intelligunt autem Siciliam, † quam Italiæ auulsam esse testan- 20
tur *Plin.lib.3.c.8. Mela.lib.2. Solin lib.1.c.9. Senec.lib.6.nat.quæst.29.& in consol. ad Mart.cap.18. Lucan.lib.2. Strabo lib.6 Salust. Isidorus & alij.* Inde Rhegium Italiæ dictum, à dehiscendi argumento,

quasi abruptum, *ex So'in. Saluſt. Iſidor. lib. 13 etym. 18 & lib. 4. c. 6. Gobelin. in Coſmod. at. 1 cap. 5.* Quam cauſſam reddunt Interpretes iu-
21 ris, cur Sicilia † inter continentes & Italiæ coniunctas prouincias numerata à Rom. fuerit, *in l. 99. §. 1. & ibi Alciat. Brecha. Gæd l. &*
22 *Dd. vulgo de V. S.* Pari impetu & † Eubœa Bœotiæ auulſa. *Plin. lib. 4. c. 12. Strab. lib. 9.* Sed & ad colũnas Herculis tradunt Oceanum ad
23 occaſum terram humiliorem abſorbuiſſe ac ex montibus † inſulas feciſſe. *Natal. Comes li. 8. myth. 10. Valer. Flaccus li. 1. Argonaut.* Libyę cum rumperet aduena Calpen

Oceanus &c.

24 Atque hoc inuoluunt poetarum fabulæ † de gigantibus, id eſt ventis, *vt explicat Natal. Com. lib. 2. myth. 1.* qui montes & ſaxa in cœlum iaculati finguntur, ex quibus illa, quæ in mare ceciderunt, factæ ſint inſulæ &c. *Natal. lib. 6. c. 21. Plura exempla poſt Plinium recenſet Alex. ab Alexand. lib. 2. genial. dier. Quæ tamen in nonnullis ἔνσασιν*
25 *patiuntur.* Apud nos in oculos incurrunt inſulæ Hollandiæ † & Friſiæ, vt Texela, Fleuolandia, Wiringa, Neſſa, ex aduerſo Embdæ vrbis ſitæ, & aliæ, à continente quondam vi fluctuum auulſæ, longiuſque à littore ſepoſitæ, *v. Vbb. Emmi. lib. 3. rer. Friſic. & in deſcript. chorogr. Friſiæ.* Atq; hi duo modi inſularum fortuitarum
26 ſicuti inter ſe in vſu iuris † differunt: ita à naturalibus diſſimiles eſſe ex diuerſis cauſſis colligimus. Naturalium enim cauſſa euidens ac certa eſt, ſaltem peritis & ſapientibus: fortuitarum incerta & inopinata. Illæ frequenter, hæ raro contingunt. Atque vtinam raro. Illæ ſenſim ac latenter: hæ repente & manifeſte proſiliunt. Illæ ſine vi maiore: hæ impetu quodam naſcuntur. Ex quibus quam diuerſi iuris effectus reſultent, ſuo loco audiemus.

CAP.

CAPVT VIII.

De Insula manufacta.

SVMMARIA.

1 *Naturalia artificialibus opponuntur.*
2 *Natura & manufactum opus opposita.*
3 *Naturalia arte humana adiuuantur.*
4 *Fructus industriales quinam?*
5 *Naturalia proprie nascuntur, industrialia fiunt.*
6 *Particula Si conditionem importat.*
7 *Impossibilis conditio pro non adiecta habetur.*
8 *Ex facto ius oritur.*
9 *Cuius licet ædificare vsque ad cœlum.*
10 *Casus impossibilis sæpe præsupponitur.*
11 *Conditio an sit possibilis in facto consistit.*
12 *Grandiora opera moles dicta.*
13 *Insularum fundamenta lapidea.*
14 *Mare vnum ab altero arte distinctum.*
15 *Romanorum opera marina.*
16 *Sinus Baianus amœnus.*
17 *Sergij Oratæ luxus in ædificando.*
18 *Luculli magnificentia.*
19 *Pausilypum Augusti Cæsaris villa.*
20 *Neronis Cæsaris domus.*
21 *Romanorum luxus taxatur.*
22 *AEdes Roman. vrbium instar.*
23 *Portus Hostiensis à Claudio Cæsare ædificatus.*
24 *Pharus Ostiensis.*
25 *Rauenna vrbs insularis.*
26 *Venetiarum vrbs.*
27 *Tyri æmula.*

28 *Venetiarum vrbs an sit insula?*
29 *Alueus aqua vacuus est insula.*
30 *Exempla vrbium insularium.*
31 *Vrbes pensiles.*
32 *Thebæ vrbs AEgypti.*
33 *Alexandria peninsula.*
34 *Magnitudo vrbis.*
35 *Baldi incogitantia notatur.*
36 *Dominium vrbis Venetæ ad Venetos pertinet*
37 *In Italia vrbs quædam Venetiæ similis.*
38 *Vineta vrbs Vandaliæ.*
39 *Stockholmia metropolis Sueciæ.*
40 *Amsterodamum metropolis Hollandiæ.*
41 *Secundus modus insulæ manufactæ.*
42 *Isthmum perfodere prouerbialis locutio.*
43 *Gnidij oraculo deterriti.*
44 *Nili Delta perfodere.*
45 *Mutatio omnis periculosa.*
46 *Duo flumina coniungere.*
47 *Caroli M. & IV. conatus.*
48 *Rhenus & Danubius Germaniæ termini.*
49 *Xerxis opera marina.*
50 *Natura quandoque in veterem statum relapsa.*
51 *Leucasia continenti abscissa & restituta.*
52 *Naturalia difficulter corriguntur.*

E Naturalibus & fortuitis insulis dictum est. Quæ licet à seinuicem subtiliter distinguantur, tamen πλάτει vno communi nomine comprehenduntur,
1 ac † artificialibus opponuntur, *in l. 20. §. 1. de seru. rust l. 28. de seru. vrb. l. 1. §. 10. & 15. de aqua pluu.* Ita natura & ars opposita, *Arist. in pr. Mechan. quæst.* natura & cura, *Senec. epist. vlt* natura & cultura, *Plin. lib. 14. cap. in pr.*
2 industria & euentus, *l. pen. C. de seruit.* Naturæ & manufactum opus:

opus, *l. 2. §. 1. ad L. Rhod. de iact.* ager naturalis & manufactus, *l. 2. §. 5. de aqu. plu.* fossa naturalis, id est riuus & manufacta, *l. 1. §. 8. de flumin. l. 1. §. 5. vt in flum. publ. Ita Aristot. 2. meteor. 1.* flumina χειρόκμητα & χειροποίητα. *1. meteor. 14. vocat.* Quin ipsa naturalia † arte & indu- 3
stria humana non parum adiuuantur, mutantur & corriguntur, ex quo laboribus hominum omnia supposuit Deus. *Gen. 3. v. 17.* Quo pertinent fructus industriales † quos operis nostris acqui- 4
rimus, *l. 45. de vsur. l. 48. de A. R. D. De qua differentia Plin. lib. 17. nat. hist.* Natura arborum terra mariq; prouenientium dicta est. Restat earum quæ arte & humanis ingeniis fiunt verius, quam nascuntur. Quarum istas natura vsus mortaliũ semper ancilla coacta generat, illas sponte fundit, *Plin. lib. 3. c. 63. Adde eundem lib. 17. nat. hist. 10. & li. 16. 32.* Vt hinc intelligas naturalia propriè † nasci, 5
artificialia fieri, *arg. leg. 43. de re iudic. leg. 84. & pass. de V. O.* Quod tamen discrimen non obseruauit Pompon. *in d. l. 30. §. 2. de A. R. D* fortasse, quia de omnibus speciebus illic agere constituerat. Nam cum de naturalibus & fortuitis insulis *in d. §. 2.* egisset, *sub finem in §. 4.* etiam de manufactis aliquid attexit. Quamuis vero conditionaliter loqui videatur Pompon. ICtus, quia particula si † conditionem importat, vt modum, *Borch. cons. 1. quæst. 1.* 6
arg. l. 41. de pact. l. itaque de procur. l. à testatore, de condit. & demonst. quasi similis sit hæc conditio illi: si digito cœlum tetigeris, *§. 10. Inst. de inut. stipul.* si super mare pedibus ambulaueris. *Iob. 38. ver. 16. 2. Ma bab 5. v. 21.* quæ vtpote ἀδύνατος merito pro non † scripta ha- 7
betur, *l. 16. in fi. de iniust. rupt. l. 104. §. 1. de leg. 1.* tamen non debet hæc Pomponij locutio eodem loco haberi, cum Iurisconsulti casus & facta præsupponant, antequam de iure respondeant, *arg. l. 24. de testam. milit.* quia ex facto ius † oritur, *l. 52. §. diuo, ad L. A-* 8
quil. leg. actionum, §. ex facto, de O. & A. l quidem. de iure codicill. Et ius in facto positum est. *d. l. 52. §. ex facto, de O. & A.* Itaque præsupponunt sæpe, quod fieri non potest, veluti cum ex *l. 8. C. de seru. & aqua l. 24. de seru. vrb. leg. 12. §. 2. de ædif. priuat.* colligunt Interpp. licere cuiuis † in suo ædificare ad cœ- 9
lum vsque, *Apoll. de seru. vrb. cap. 39. num. 1. Menoch. 3. de præsumt.*

89. nu.

89.n.3.p.1.Honded.vol.1.consult.80.n.14.Gail.2 obs.69.Cor.ef.3.miscell.
4.nisi id fiat ad æmulationem, *Mascard. de probat. concl.* 621. lo-
10 quendo scilicet per† impossibile demonstrandæ facultatis ergo,
vt docet VVesemb.vol.1.cons.34 n.6. Cæterum cum in facto consistat
11 vtrum † in potestate nostra sit conditio vel non, *l.4.§.1.de hered.*
inst. eam non aliunde, quam ex historiis ac facti euidentia demō-
strare possumus. Atque ita hanc conditionem possibilem esse
exempla nobis persuadent. Interim assentiuntur Pomponio *Cel-*
sus in l.3.§.1.ne quid in lo.publ. Vlpia. in l.1.§.8.eod. & clarius Scaeuola in l.
52 §.fin.de act.emt.vbi dicit, ante domum mari iunctam molibus
iactis ripam fuisse. Quam lectionem post alios defendit *Gadd.*
in consil.de alluu.maris.n.79. Ex quo non naturalem sed manufactā
insulam fuisse patet. Nam quod Pomponius vocat pilas in ma-
re iactare, Vlpianus moles in mare proiicere dicit. Quia Roma-
12 ni opera marina grandia † ac insolita moles dicebant à magnitu-
dine, cuius id vocabulum proprium. *Ita de Carthagine Virg.1.AEn.*
13 Miratur molem Æneas &c. *Plin.lib.34 nat.hist.7.* audaciæ † innu-
meræ sunt exempla. Moles quippe excogitatas videmus statua-
rum, quas colossos vocant, turribus pares. *Et lib.36.c.5. infi.* Inter
14 miracula putat mare Tyrrhenum à Lucrino molibus † seclusum.
Curt lib.4. Ante iacienda moles erat, qua vrbem continenti cō-
mitteret &c. *Adde Catell. Cottam in memorab. verb. moles.* Cæterum
15 cum ciues potentiores in vrbe Roma † propter angustiam huius
modi opera marina pro voto exstruere non possent, cœperunt
16 ea in sinu Baiano † ad mare, in lacubus Lucrino, & Auerno, ali-
bique passim in Italia ædificare. Idque propter amœnitatem
loci marisq; *de quo Senec.epist.51. & post alios Iornand.de regnor.success.*
fol (mihi) 24. Vnde Augustus Cæsar quærens secessus maritima
insulasque Campaniæ peragrabat, *Sueton. in ipsius vita.c.72. &*
17 *98.* Initio facto à Sergio Orata † Ciceronis Coætaneo, qui pri-
mus ædificiis spaciosis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus
pressit, *Valer Max.lib.9.c.1. De cuius piscinis vide mirabilia apud Plin. li.*
18 *9.c.54. Macrob.lib.5.Saturnal.* Sed & Lucullus † exciso monte iuxta
Neapolim maiore impendio, quam villam ædificauit, eurypum

& maria

& maria immisit. Ideo Xerxes togatus à Pompeio appellatus,
Plin. lib. 9. nat. hist. 54. Ita celebratur † Pausilypum villa Campa- 19
niæ, quam Augusto Cæsari in testamento suo legauit Pollio Ve-
dius, *Plin. lib. 9. c. 53.* De cuius piscina murænarum habes notabilẽ
historiam *apud Senec lib. 3. de ira. 40. Dion. Cass. lib. 54. hist. Iust. Lips. ad
1. annal. Tacit. Guid. Panci rol. ad 14. regi n. V. R. in verb. porticus Liuij.* I-
tem Villa Vatiæ in littore Cumano, *apud Senec. ep. 55.* Tiburtinum
Manlij Vopisci, *de quo Statius lib. 1. sylu.* Præcipuę admirationi fuit
Neronis Cæsaris † domus. In cuius spacio fuit stagnum maris in- 20
star, circumseptum ædificiis ad vrbium speciem, *Suet. cap. 31. Ta-
cit. 14. annal. Martial. in lib. spectac epig. 2.* Quæ caussa fuit, cur eius æ-
ui scriptores nimiam hanc Romanorum magnificentiam sæpe † 21
perstrinxerint, domos scilicet atque villas in vrbium modum æ-
dificatas. Imo ædificia laxitatem vrbium magnarum vincentia,
vt Seneca ait lib. 7. de benefic. 10. Quid ego memorem (*inquit Salust. in
Catilin.*) quæ nisi ab iis, qui videre, nemini credibilia sunt, à priua-
tis compluribus subuersos montes, maria constructa esse? *Et Plin.
lib. 36. in proœm.* Promontoria aperiuntur mari, & rerum natura a-
gitur in planum &c. *Idem lib 2. c. 63* In maria iacitur, ac vt freta ad-
mittamus, eroditur aquis, *Cassiod. lib. 9.* Quantis ibi molibus ter-
mini † decenter inuasi sunt? quantis spaciis in visceribus æquoris 22
terra promota est? *Senec. epist. 89.* Hoc quoque parum est, nisi lati-
fundiis vestris maria cinxistis, nisi trans Hadrianum, Ionium,
Ægeumque villicus vester regnet, nisi insulæ ducum domicilia
magnorum inter vilissima rerum numerentur. *Auson. Eidyll. 9.*

Quis Chalcedonio constratum ab littore pontum
Regis opus magnum miretur &c.

Horat. lib. 2. carm. 18. Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus, & sepulcri
Immemor struis domos:
Marisque Baiis obstrepentis vrges
Summouere littora &c.

*Adde eundem lib. 3. od. 1. & 24. lib. 2. od. 15. Senec. de natur. quæst. in
pr. & epist. 114. Tacit 3, annal. Mart. 10. epig. 74. & pass.* Neque ædes

 tantum,

tantum, sed & vrbes & castella insularum instar in mari fundata
23. leguntur. Quo referri potest portus † Hostiensis à Claudio Imp. ad ostia Tiberis exstructus. *De quo ita Dion Cass. & eius abbreviator Xiphilinus:* Claudius Imp. vt annonam vrbis posteris vilem faceret portum ædificare instituit induxitque in animum rem dignam gloria atque magnificentia P. R. Primum quod loco non paruo perfosso in continenti, iactisque circum vndique fundamentis, eo mare intromisit. Deinde in ipso mari concluso, insulam fecit,
24 atque in ea turrim† ædificauit, ex qua lumen nauigantib. nocturno tempore præberetur. Is locus, vt est, patria lingua portus appellatur. *Hæc illi. Addunt Sueton. in Claud. c. 20. Plin. lib. 16. cap.* 40. quo stabilius fundaretur insula, nauem plenam Puteolano puluere, intra aggeres ac pilas demersam. Vt merito hæc Claudij opera inter maxime memoranda numerentur *à Plinio lib. 36. cap. 9. &* 15. quippe quæ etiam porca ingens è mari in ipso operis calore ingressa nobilitauit. *Plin. lib. 9. cap. 6.* Addatur huic Rauen-
25 na † maritima Italiæ vrbs, à Thessalis primum in mari Hadriatico posita, ædificiisque ligneis ita constructa, vt aucto mari ciues nonnunquam in superiora tabulata compellerentur, vti de sua tempestate testatus est *Strabo. Adde supr. c. 3. n. 41.* In cuius potentiã postea successit, inter manufactas insulas omnium maxime con-
26 spicienda † Venetiarum vrbis structura, quæ tota insulæ in sinu maris Hadriatici incũbit. *De qua Albert. Abb. Stad. in chron. ad Annum* 175. Venetia ciuitas est in mari Adriatico, insula quidem non natura, sed arte facta. *Gunther. lib. 2. Ligurin. vers. 104.*

> Vrbs opulenta nimis, quamuis circumsonet illam
> Pontus, & Adriacis ingestus fluctibus agger
> Eliso modicam concesserit æquore sedem.

Thomas Edvvard. in descript. vrb. Ital:

> Cingitur vrbs Venetum pelago, ditissima numis &c.

27 Prorsus Tyri vrbis & insulæ † æmula, cuius muros turresque æque præaltum mare ambiebat; *Q. Curt. lib. 4. histor.* Quamuis vero Baldus *in consil. 403. vol. 5. quidam emerunt. quem allegat Cardinal.*

Tuschus

Tuschus tom.4.pract.concl.concl.261.sine vt alij eum allegant in cons.429. vol.3. quidam consuluerunt, disputat Venetias insulam † non esse, 28
nec appellatione insulæ venire, eo quod non habeat sphæram terræ, sed fundata sit in alueo maris. Nullus autem alueus appellatur insula, *§.præterea Inst. de R.D. & qua alia plura adducit, insulæ non conuenientia, sua auctoritate etiam Ias. in l. si insulam, ff. de V.O. post se trahens:* tamen ea assertio non solum ab euidentia rei, sed aliis quoque modis destruitur. Præterquam enim, quod minor ab ipso Pomponio *in d.l.30.§.2. de A.R.D.* vbi alueum † aquæ recessu nu- 29
datum insulam facit, refutatur: etiam maior vacillat, quando terræ nomine in definitione insulæ quamcunque materiam denotari diximus. Neque enim quod vrbs est Venetia, ideo desinit esse insula, non minus, quam ædificia Romæ desinebant esse insulæ. *supra c.1.* Multæ enim vrbes † insulæ fuerunt, vt de Tyro dictum. 30
Ita Phila insula Nili vrbem totam complectitur. *Senec. lib. 4. nat. quæst. 2.* Et Pharia in mari Phœniceo ante Ioppen sita tota oppidum fuit, *Plin. lib.5. cap.31.* Melodunum oppidum Senonum in insula Sequanæ positum, vt & Lutetia. *Cæsar lib. 7. de bell. Gall. Strab. lib.4.* Et Æolia insula Æoli regia, vt muris vndique inclusa describitur *ab Homero Odyss. κ. in princ.* Quin plurimæ vrbes reperiuntur, ita constructæ, † vt pilis trabibusque a- 31
quis totæ incumbant, quam minimum terræ in se habeant. Qualis ol[illegible] Thebarum † vrbis Ægypti structura, quam † vrbem pensilem vocat *Plin. lib.36. cap.14.* solitis regibus exercitus armatos 32
subter educere, nullo oppidanorum sentiente, & quod magis est flumine quoque medium oppidum interfluente. Sed & Romam vrbem pensilem *diximus cap.1. nu.45. ex Plinio*, propter aquæ ductus tantæ magnitudinis, vt vehem fœni largiter onustam transmitterent. Item Alexandriam † Ægypti, vt insulam descri- 33
bit *Nahum. c.3. v.8.* quæ habitat in fluminibus, aquæ in circuitu eius, cuius muri mare &c. Certe peninsula fuit, pedestri itinere peruia. *l.115.§.1. de V.O. l.46.§.1. eod.* ac in littore Ægyptij maris sita *Plin. lib.5. c.10. & cap.31. Cæsar de bell. Alex. lib 4.* vbi eam vt totam suffossam specubus ad Nilũ pertinẽtibus describit Sed neq; magni-

34 tudo insulæ † obstaculo urbi esse potest, cum possit tota Pelopon-
nesus peninsula uno mœnibus circumdari, *ut Arist. ait 3. polit. 3.*
Denique Leo Papa in instrumento confirmationis regalium Ita-
liæ Imp. Ottoni competentium, *apud Goldast. tom. 1. constit.* expres-
35 se insulam Venetiarum nominat. Mirum ergo, quid Baldo † in
mentem venerit, cur Venetiarum urbem insulam negaverit. Nisi
quia veritus, ne sic occupanti concederetur, *iuxta § insula. Inst. de
R. D.* quam ipse ut ciuitatem liberam, & paradysum Venetiarum
commendat. Cum tamen illi argumento alia fortiora iura ob-
36 stent, dominium insulę † Venetis addicentia, ne sit opus in lu-
brico atque instabili fundamenta tantæ urbis locare, *ut Pliny ver-
ba usurpemus ex lib. 36. c. 15. De quibus plura inferius c. 20. nu. 65.* Sunt &
aliæ urbes, quę insulari ambitu Venetiæ situm referunt; Ita Quin-
37 sai † Indiæ urbem describit *Paulus Venetus lib. 2. histor. 64* Habet, in-
quit, pontes lapideos 12 millia, tam altos, ut naues magnæ, erecto
malo pertransire possint. Fundus autem ciuitatis est in loco pa-
ludinoso ut Venetię. Unde si carerent pontibus, de vico ad vicum
perueniri non posset. *Plura de hac urbe Simon Maiolus lib 1 dier. canic.*
38 *23.* Sed & † Winetham (*Chron. Carion. Venetam vocat*) vinulorum
urbem in ostio Oderæ marisque Balthici olim sitam, ita describit
39 *Helmold. l. b. 1. Chron. Slau. 2.* Item Stockholmiam † regiam Sueciæ
Venetiæ comparat *Petr Berth. lib. 3 comment.* utpote mediis in pa-
ludibus ex trabibus exstructam. De Amsterodamo Hollandię
40 metropoli, in peninsula paludinosa, & † ipsa trabibus palisq; in-
cumbente cecinit Hadrian. Iun. *in Acrostich.*

—— Circumdor aquis pigraque palude.
Obsita, roboreoque solo stant culmina nixa.
Depactis alte trabibus, surgentia cœlo,
Alternansque statis vicibus maris æstus aperti.
Mœnia subiungit &c.

*Plures urbes Venetiarum similes in India orientali vide apud Maiolum
lib. 1. dier. canicul. 23.* Omnia hæc exempla urbium & insulatũ sunt
manufactarum, quippe quæ cessante arte breui ad pristinam na-
turam redirent, ac in aquam resoluerentur. Ac de huiusmodi
insulis

insulis veram esse Bartoli definitionem *diximus c.1.n.59.* Quem primum modum constituere possumus earum, quæ in mari, vel flumine, quasi ex fundamento exstruuntur. Alter sit modus
† cum ex peninsula incisa ceruice siue isthmo insula efficitur. 41
Quæ tamen propriè nec naturalis est insula nec manufacta, sed ex vtraque aliquid participat. Ac licet is modus multo facilior priori appareat, tamen & ipse suas habet difficultates, vt sæpe in peninsulis grandioribus in neruum eruperit. Inde prouerbium natum † isthmum perfodere, in eos qui irritu conatu aliquid 42
tentarent. *De quo Erasm. in adag.* Exempla principum, in quos id dictum recenset *Plin. lib. 4. nat. hist. 4. Sueton in Iulio cap. 44. in Nero. c. 19. in Calig. c. 21. Cælius Rhodig. lib. 25. cap. 19. Tholos. lib. 2. de Rep. 9. Reinec. in syntagm. hist. p. 3. in regno Siriaca. Schonborner. lib. 4. polit. 9.* Caussa non alia, quam quod Deo & naturæ opus ex ambitione & superbia susceptum aduersaretur. Quo alludunt Ethnicorũ sententiæ, quod Nero fluxu sanguinis ex isthmo erumpentis monitus destitit, *Xiphilin. in Nero.* Gnidij oraculo † deterriti *apud Herod.* 43.
lib. 1. Pausan. in Corinth.

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε μηδ' ὀρύσσετε;
Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἴ κ' ἐβούλετο.

Id est: Isthmum neque aggerate, neque fodite,
Iupiter namque ipse, si placuisset, fecisset insulam.

Cui simile est alterum: Nili † Delta perfodere. A quo institu- 44.
to Sesostris Rex Ægypti inundationis metu reuocatus est, cum Geometricis rationibus comperisset, maris summitatem Ægypto altiorem esse. *Plin. lib. 6. nat. hist. 29. Arist. 1. meteor. 14. Cælius Rhod. d. lo. Reinec in syntagm. p. 1. c. 19.* Et simile quid Traiano Cæsari Euphratem Tigridi coniungere volenti, contigit, *Dion Cass. in*
Traia. Facit huc † comparatio *Lucani lib. 1.* 45.

—Qualiter vndas
Qui secat, & geminum gracilis mare separat isthmos,
Nec patitur conferre fretum, si terra recedat
Ionium Ægæo franget mare &c.

Referri etiam huc potest duorum † fluminum coniunctio, 46.

quæ & ipsa quodammodo insulam efficit. Ita Vetus Galliæ præses Mosellam atque Ararim facta inter vtrumque fossa connectere parauit, vt copiæ ex Italia per mare, dein Rhodano atque Arare subuectæ, per eam fossam mox fluuio Mosella in Rhenum, exin Oceanum decurrerent, *Tacit. 13. annal.* Item Drusi fossa, *cuius meminit Tacit. 2. annal.* Salam Rheno coniungens, vnde fluuius Isala dictus, *de quo B. rth. li. 1. comm. 3. infr. c. 13. n. 22.* Nec dissimile in-
47 stitutum Caroli † M. Rhenum Danubio, *Annal. Franc. Auentin. lib. 4. Gobelin. in Cosmodrom. at. 6. c. 38. Alb. Abb. Stad. ad A. 793. Schonbor. d. Io. Philipp. lib. 4. chron.* Item Caroli 4. Multauiam Danubio commiscere cupientium. *De quo Camerar. lib. 1 subsciu. 81. & lib. 3 c. 13.* Eo enim ipso dum commoditas nauigandi promouetur plerumque terra inclusa insularis efficitur. *De Carolo M. poeta Anonymus Reineccij.*

Interea suasere sibi, qui nota ferebant
Talia, quod fluuios inter, Radantia quorum
Vnus habet nomen, sed & Almona dicitur alter,
Si fieret tantus fossa tellure paratus
Alueus, inductis ambos dum tangeret amnes
Gurgitibus, posset puppes vt ferre natantes,
In Rhenum de Danubio celer efficeretur
Et facilis cursus ratibus &c.

Quod institutum totam Germaniam vnam insulam fecisset
48 cuius termini Rhenus † & Danubius statuuntur. *Bodin. in meth. hist. c. 7* olim etiam Imperij Romani limites. *Senec. 6. nat. quæstion. 7.* Non defuerunt tamen, quorum conatus fortuna adiuuit. Ita
49 Xerxes † montem Athon immisso freto continenti abscidit, septem vrbes ex continentibus facere insulanas aggressus. *Herod. lib. 7. Plin. lib. 4. c. 10. Vnde Marcellin. lib. 22.* vocat montem hunc Medicis nauibus vndique peruium. *Et Iuuen. sat. 10.* Creditur olim velificatus Athos &c. *Lucan. lib. 6.*

Tot potuere manus adiungere Seston Abydo,
Ingestoque solo Phryxeum elidere pontum,

Aut

Aut Pelopis latis Ephyren abrumpere regnis,
Et ratibus longæ flexus donare Maleæ,
Aut aliquem mundi, quamuis natura negasset,
In melius mutare locum &c.

Quandoque etiam opere feliciter absoluto, natura † sua spon- 50
te in veterem statum relapsa. De Leucasia † etsi scribat *Ouid.* 15. 51
metam.

Leucada continuam veteres habuere coloni,
Nunc freta circumeunt &c.

tamen testatur Strabo *lib.* 10. *Geogr.* quod opere accolarum continenti abscissa, eidem reddita sit, ventorum flatu arenam accumulantium. Neque Ægypto aliud fortasse contigisset Nili incremento, etiamsi incisa ceruice à Sesostre insula facta fuisset. Vsque adeo verum est, quod Pausanias olim vaticinatus est: Re-
bus diuinitus constitutis † manum iniicere non licere. *Cætera quæ* 52
huc pertinent cap. 20. explicabimus.

CAPVT IX.

De possessione Insulæ.

SVMMARIA.

1 *ICti proprium est ius nosse.*
2 *Iuris iure duo summa capita dominium & possessio.*
3 *Addendum tertium, iurisdictio.*
4 *Solida proprietas & possessio.*
5 *Possessionis nomine sæpe proprietas venit.*
6 *Absolutum dominium quis habeat?*
7 *Dominium hodie restrictius.*
8 *Inopia hominum multiplicat dominia.*
9 *Possessionis materia primum pertractanda.*
10 *Possessionis iura circa insulas eadem.*

11 *Insula*

11 *Insulæ dominium & iurisdictio quandoque coniuncta.*
12 *Possessio sine apprehensione non acquiritur.*
13 *Possessio quandoque à proprietate inseparabilis.*
14 *Acquisitio iuris gentium titulum non exigit.*
15 *Dominium possessioni cohærens.*
16 *Probata possessione quando probetur dominium.*
17 *Pro possessore titulus iure Gentium sufficit.*
18 *Proprietas an per alium acquiri possit?*
19 *Subtilitas iuris ciuilis hodie exoleuit.*
20 *Possessio pluribus modis probatur.*
21 *Actus possessorij nostro nomine exerceri debent.*
22 *Possessio rei corporalis & incorporalis differunt.*
23 *Modi probandæ possessionis.*
24 *Vtilitatis perceptio probat possessionem.*
25 *Fructuum perceptio finis possessionis.*
26 *Gaudent possidentes.*
27 *Possessio insulæ sterilis quomodo probetur?*
28 *Insulæ steriles & incultæ.*
29 *Nulla insula prorsus indotata.*
30 *Arundinis vtilitas.*
31 *Tributi perceptio ex insulis sterilibus.*
32 *Modi probandæ iurisdictionis.*
33 *Noe Meureri doctrina.*
34 *Ius in bonis naufragorum probat possessionem.*
35 *Item ius locandi tonnas.*
36 *Item specularum erectio.*
37 *Iurisdictio maritima Comitis Oldenburgici.*
38 *Iurisdictio Ecclesiastica quomodo probetur?*
39 *Venatio an probet possessionem?*
40 *Venatio de consuetudine principum propria est.*
41 *Et ad regalia pertinet.*
42 *Reditus venationum probant possessionem.*
43 *Captura cuniculorum.*
44 *Piscatio venationi similis.*
45 *Pisces in terra capti.*

46 *Pisca-*

46 *Piscatio quando probet possessionem?*
47 *Reditus piscationum.*
48 *Praestatio rerum pretiosarum probat possess. regalium.*
49 *Munitio insulae probat possess.*
50 *Cumulatio plurium actuum ad victoriam proficit.*
51 *Etiam vnus actus possessorius sufficit.*
52 *Duplex vinculum fortius vno.*
53 *Quae per se non prosunt, cum aliis prosunt.*

HACTENVS caussas & modos insularum diuersos, ex quibus species nascuntur, ordine explanauimus. Videndum nunc de iure tam communi omnium, quã proprio singulorum. Parum enim ICto esset † species nosse, si ius in illis constitutum ignoraret. *arg.* §. 1
vlt. Inst. de I.N.G.&C. Eius vulgo duo summa capita† constituuntur, nempe possessio & dominium. *Vu'te lib.1.I.R.67. in pr. arg. l.* 2
15. de V.S. Quae sunt duo requisita actionis realis, in qua dominiũ à parte actoris *in l. in rem 23. de R.V.* & possessio à parte rei probanda venit. *l. officium. l. is qui, de R.V Papiens. in pract. tit. 2. gl. 6. n. 1.* Quibus hodie tertium † caput, nempe iurisdictio addenda. *inf. c. 14.* 3
in princip. Quamuis enim res pleno iure ad me pertineat, cuius non saltem possessio cum dominio consolidata est, § 3. *Inst. de vsufr. l. 3. §. fin. de vsufr accresc. l. 25. de V.S. l. 73. in pr de leg. 3.* quae solida † proprietas dicitur, *in l. 35. de bon. liber.* item plena possessio *l. 54.* 4
prope fi. C. de episc. & cler. l. 1. C. de reuoc. don et. quando idẽ & possessor sum, & dominus rei. *l. 1. §. 2. vti possid.* Quo sensu possessionis nomine † etiam proprietas venit. *l. 37. de iudic. l. 38. & ibi Dd. de V. S. P.* 5
Greg. Tholos. lib. 1. syntagm. 13 num. 2. Graeci κτήσεις καὶ κτήματα vocant: sed cui etiam iurisdictio cohaeret, quippe quod tum † liberrime 6
rei meae moderator sim & arbiter, *l. 21. C. mand. l. 2. si à parent. quis.* neque vti tantum illa, sed & abuti impune queam, *l. 25. §. 1. de pet. her ed.* sine cuiusque contradictione:

Excepto si quid Masuri rubrica vetauit,

vt Poeta loquitur, translatus à ICto in l. 4. de stat. hom. Quod Baldus ab-

 solutum

solutum dominium vocat, *in l. fœmina, §. illud, C. de secund. nupt. Menoch. de recup p ssess. remed.* 13. *num.* 10. Quomodo primi Patres-familiæ suæ non dominium tantum, sed & imperium habuerunt. *Gen.* 21 *v.* 23. *& c.* 26. *v.* 13. *& pass.* Hodie tamen raro contingit, hæc
7 † ita coniuncta esse, vt non penes hunc possessio, penes illum dominium, penes tertium iurisdictio, imperium & superioritas: & hæc quandoq; in plures personas dispersa resideant. Quod licet Seneca stultæ hominum auaritiæ proprietatem & possesionem discernẽtium tribuat, *iuxta Cuiac.* 7. *obs.* 78. rectius tamen eorum †
8 indigentię imputandũ est, ex quo multitudine hominum crescẽte, necesse fuit in plures dispertiri, quod antea à paucioribus tenebatur, *arg. l.* 5. *de iust. & iur c.* 2. *caus* 12. *q.* 2. Inde nata differentia bonorum allodialium, feudalium, emphyteuticorum, censiticorum &c. de qua primi homines nihil sciuerunt. De posses-
9 sione † ergo primum agendum, §. 4. *Inst. de interd. l.* 24. *de R. V. l.* 3. *C. de interd.* quippe ex qua dominia rerum cœperunt. *l.* 1. §. 1. *de acquir. poss.* Eam hic operosius definire aut diuidere, nimis deuium foret. Sufficiat in insulis idem ius obtinere, quod in aliis
10 rebus immobilibus, nisi expresse aliud circa possessionem † constitutum sit. *arg l.* 12. *de iudic. l.* 32. *C. de appell.* Nempe quo casu
11 insulæ ad regalia pertinent. Tunc enim † dominium à iurisdictione separatum non est, sed ad quem iurisdictio, ad eundem etiam dominium insulæ pertinet *cap. vn quæ sunt regal. infra cap.* 1. Neq; tamen huic semper adhæret possesio, cũ posit alius insulã de facto occupare, qui dominus non est. *leg.* 1. §. 2. *vti possid.* Quod ipsum in fluuialibus quoq; insulis vsu venit, quæ iure dominij ad vicinos agros pertinent. §. 22. *Inst. de R. D.* Quia ab alio præoccupari potest. Vnde recte Bart. *in tract. de insula, in verb. communis:* docet, quod insula in flumine nata sit communis iure dominij, non etiam iure possesionis. Cum enim sit separata à fundo principali, cui accesit: *l.* 9. §. 4. *de vsufruct.* non potest insula possessa videri, nisi apprehendatur, *gl. in leg.* 3. *in*
12 *pr. verb. qualibet, de acquir. poss. arg. leg. pro suo.* quia possesio † nunquam ipso iure ad nos pertinet. *leg.* 23. *in pr. de acquir. poss. leg.* 1. §. 15.

2.§.15. *si is qui test. lib. vide tamen except. infra. cap.* 28 *num. ult. & cap.* 30. *num.* 38. Contra fieri potest, vt proprietas à possessione † separari nequeat, *l.* 8. *C. de acquir. poss.* quo casu possessorium semper habet annexam caussam proprietatis, *leg.* 3. §. *hæc autem, ff. de itin. actu, leg.* 2. §. *quadam. de interd. Zas. in repet. l. naturaliter,* §. *nihil commune, num.* 57. *de acquir. poss. Cæsar Contard. de moment. poss.* §. 7. *in limit.* Quod accidit in rebus quidem incorporalibus semper, quippe quarum vsus pro dominio & possessione habetur: *l.* 10. *si seru. vind. leg.* 20. *de seru. urb.* In rebus vero corporalibus toties, quoties acquisitione † ex iure Gent. vtimur. *leg.* 1. §. 1. *de A. R. D.* §. 12. *& seq. Inst. eod.* Simul ac enim earum rerum possessionem iure Gent. nostram fecimus, continuo etiam dominium nos sequitur, quippe quod Nerua filius ex naturali possessione cœpisse dicebat, *d. l.* 1. §. 1. *de A. P.* Itaque hæc acquisitio nullum alium titulum, quam pro suo, qui in solo animo consistit, requirit, *l.* 30. §. 1. *de acquir. poss.* Quod aliud est in acquisitione ex iure ciuili. *leg.* 31. *de A. R. D. l.* 14. §. *fin. de furt. leg.* 24. *C. de R. V. l.* 1. *pro dote, leg.* 1. *leg.* 7. § 3. *de Public. in rem.* Ita quoties insulæ occupanti cedunt vt in *l.* 7. §. 3. *de A. R. D.* §. 22. *Inst. eod.* toties dominium † possessioni cohæret. *d. l.* 8. *C. de acquir. poss.* Ex quo multa singularia oriri oportet. Nempe quod ex probatione † possessionis resultat plena probatio dominij. Quod alias aliter se habet, *Papiens. in pract. tit.* 7. *gl.* 6. *num.* 4. Vnde si quæ eo nomine interdicta intententur, non possessionis saltem, sed & proprietatis caussam continebunt. *l.* 2. § 2. *de interd.* Quod acquisitio vacuæ possessionis in vitium cadere non potest, quia solus titulus † pro possessore sufficit. *l.* 1. *pro suo,* vt pro prædone haberi nequeat occupator. *l.* 12. *in fi. l.* 13. *de petit. hæred.* Quod dominium † vna cum possessione per procuratorem acquiritur. *d. leg.* 8. *C. de A. P. leg.* 14. §. *fin. de furt.* cum alias nec obligatio, *l.* 126. § 2. *de V. O. l.* 11. §. 6. *de pignor. act.* nec dominium per eum acquiri possit *l.* 1. *C. per quas perso.* Quę tamen † subtilitas hodie ab aula recessit, *Goth. in l.* 38. §. 17. *de V. O. Hering. de fideiuss. c.* 11. *num.* 9. *P. Gregor. Tholos. lib.* 20. *syntagm.* 11. *n* 9. Et quę plura alia hinc deduci possent. Cũ vero circa probationẽ

13 14 15 16 17 18 19

possessionis in praxi plerumque maxime occurrant difficultates,
20 de ea aliquid attexemus. Et Dd. quidem multos modos † probandæ possessionis cumulant, sed illi partim nō magni sunt momenti, partim etiam cum alijs coincidunt. Omnium optima videtur probatio per actus, qui non solent fieri nisi communiter à dominis & possessoribus rerum suarum. *l. 2. C. de acquir. poss. l. Titia, 44. de solut. Mascard. de probat concl. 1196. n. 3.* Quod verum est,
21 si animo sibi habendi † & proprio nomine expediantur, non si alieno, *l. quod meo, in pr. l. generaliter, de A. P. Mascard. ib. n. 6.* Quæ exceptio semel regulæ apposita, non opus erat omnibus probandi
22 modis subijci. Probe autem distinguenda erit, possessio † rei corporalis, ipsius scilicet insulæ, à quasi possessione iurisdictionis, seruitutis, aliusque iuris in insula. Quæ licet in praxi sæpe concurrant, vt propterea etiam confundantur à Noe Meurero *in tract.* von Forstrecht *p. 5. §.* wie ein Wert oder Insul zu beweissen; tamen
23 docendi caussa seorsim tractanda sunt. Probatur itaque † possessio insulæ per traditionem: *l. 9. §. 3. de A. R. D. §. 4. Inst. eod.* Vnde traditio feudi possessio dicitur *in c. vn. 2. F. 33. in pr.* & subsecutam apprehensionem: *l. prædia, 48. de acq. poss. c. 1. vers. si enim domino. 2. F. 2.* per insistentiam ac detentionem: *d. l. & Dd in l. 38. §. 7 de V. O.* modo ne iure familiaritatis fiat, *l. 41. de A. P.* per domicilij constitutionem, *Cothman. cons. 38. n. 96. vol. 1. Polen. in defens. causs. Sprinzenstein. cap. 8. n. 396.* per inhabitationem ac custodum appositionem *l. 3. §. Nerua filius, l. pen. de A. P.* per culturam: *gl. in l. 3. verb. finiatur, C.*
24 *fin. reg.* fructuum † perceptionem: *l. litibus, C. de agric. & cens.* Quæ omnia latius exponunt *Mascard. in concl. 1191. & seq. Menoch. de retin. poss. rem. 3. & ib. alleg.* De posteriori modo, qui per partes diduci potest, ita scribit Noe Meurer. *d. p. 5 §* von nutz der Insulen- Dernutz ist die weide: item das Holtz: So hat man darauff das grosse vnd das kleine weidwerck: Deßgleichen das Fischwerck &c. Hoc est, pasculatio bestiarū, fæni demessio, arborū plātatio & incisio, quia hi a-
25 ctus † omnino probant possessionē. *Mascard. concl. 1196.* Nimirum quia finis est, propter quem possessiones tantopere ambimus, vt sæpe vitam pro iis paciscamur, *l. 1. §. 1. de superf. §. 4. Inst. de interd.* siquidem

quidem *iuxta auream gl. in c. 1. dist. 8.* gaudent † possidentes. Imo 26
beati possidentes, quoniam fructus eorum, *gl. in c. si tres, in verb. re-
quirat, de pac. ten. in V. F Iaf. in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 80. de A. P.
Cæsar Contard. de moment. poss. in rat. decid. n. 33.* Mouent hic Dd. quę-
stionem, quomodo probetur possessio insulæ, si sit † tam sterilis, 27
vt nullus exinde prouentus proueniat? Et respondent, quod pos-
sessio probetur ex solo vsu. *Angel. Rom. & Imo'a in l. Celsus in fi. de v-
sucap. prout in pascuis respondet Riminald. sen. in cons. 219. quem referunt
Menoch. d. rem. 3. n. 576. Mascard. in concl. 15189. n. vlt.* Sed vix est, vt
hæc quæstio de facto locum inueniat. Licet enim multæ sint
insulæ † steriles & lapidosæ: sicuti Scyrus Cycladum insula in- 28
ops & deserta prouerbio locum dedit, vt ἀρχὴ σκυρία diceretur, de
rebus vilibus, quæ nihil emolumenti haberent, *ex Suida Reinec. in
synt. p. 1. fol. 587.* Ob quam caussam Magellanus duas insulas in ma-
ri pacifico Infortunatas appellauit, quod nec homines, nec ali-
menta in iis inuenisset: tamen ecquæ insula est tam prorsus diui-
næ † bonitatis expers, vt nullum plane emolumentum possiden- 29
ti præbere possit? certe si mirabilia insularum ex merito conside-
remus, nulli adeo nouercam extitisse naturam deprehendemus,
vt non quæstus aliquis percipi possit, siue ex venatione, piscatio-
ne, aucupio, *l. 11 de fund. instr.* siue ex pastione pecorum: *l. 32. de v-
sufr.* siue ex harundine, † qua multæ insulæ præsertim limosæ op- 30
pletæ, *Plin. lib 16. nat. hist. 36.* vt in Frisia: siue ex lapidicinis: *l. 13. §.
5. de vsufr. l 7. §. si vir. 13 solut. matr.* Quod si nulla plane subsit v-
tilitas, tum sane stultissimus sit, qui pro possessione insulæ in iudi-
cio contendendum putet. De Gyaro Cycladum insula vilissi-
ma scripsit Strabo, eius incolas pro scopulo † saxis & rupibus 150. 31
denarios in tributum Romanis persoluisse, cum vix ęgre centum
pendere possent, *Lipsius lib. 2. admirand. 4.* Si tantum scopulus,
quantum aliæ ditissimæ insulæ præstiterunt? Itaque hic modus
† probandæ possessionis à fructuum perceptione amplissimus, 32
cum probatione quasi possessionis iurisdictionis concurrit. Hæc
enim demonstratur per exactionem gabellarum & collectarum:
Gilman. lib. 2. decis. camer. 35. num. 37. infra cap 14. num. 64. custodes lo-

corum: *Gilman. d. lo. num. 39*, præstationem onerum & seruitiorum (*de quibus vide Husan. in tract. de homin. propr. ca. 6. num. 53. & seq. Constit. Elect. August. p. 2. cap. 51. & seqq.*) per instrumentum iuratæ fidelitatis, actus iurisdictionales, vt sunt edicta promulgata, citationes emissæ, sententiæ latæ & executioni demandatæ, per erectionẽ furcarũ, suspẽsionẽ insigniũ &c. *De quibus Menoch. d. rem. retinend. 3. n. 580. & seqq. Mascard. de probat. concl. 947. & 1193. Hieron. de Monte de fin. regund. c. 52. Gilman. d. lo. & alij.* Quæ autẽ proprie ad in-
33 sulas pertinẽt, enumerauit † Noe Meurer *d. lo. §.* wie ein Insul zu beweisen. Sed vt illa potissimum ad insulas Rheni accommodauerit. Diese argumenta werden gemeinlich eine Insul oder Werth zu beweissen gebraucht: Daß sie in eines Oberkeit: daß man der Enden den Vntergang: Die Steinsetzung: daß man darauff die Schatzung: Daß man dieselbe verleihen. Item daß die Einhäuser zu derselben Oberkeit jhr Pfarrecht / Opffergelt / Brot vnnd anders jährlichen geben. Deßgleichen beweist vnd zeigt ein Gerechtigkeit der Werth an / so man darauff das Weidwerck getrieben / Holtz abgehawen / das Eiß daran gebrochen &c. Quæ omnia latius deduci & declarari possent. Ex multis pauca tantum libabimus. Durch den vnter-
34 gang procul dubio intelligit ius † in bonis naufragorum, *de quo infra cap. 31. num. 103.* Lapidum positio proprie ad iudicium finium regundorum pertinet. Sed hic possessionem iurisdictionis arguit in iudice vel magistratu, qui eos poni iussit. Eodem
35 etiam referri potest, ius locandi † tonnas marinas, & erigendi contos siue bacas, vt nautæ vocant, ad promouenda itinera maritima nauigantium. *De quibus v. petit. articul. Hamburgens. pro restit. in integr. art. 58. & seq.* Quod tamen non semper iurisdictionem importat, cum sæpe à priuatis ac nautis ipsis, ad securitatem suã,
36 viæ per vada distinguãtur. Item, specularum † erectio in insulis & portubus ad vsum nauigantium. Quæ & ipsa possessionem iurisdictionis probat. Quo argumento erectæ speculæ in insula Noui operis, siue vt in antiquis litteris vocatur, Nouæ Ochtæ cũ iurisdictionem maritimã ac in Albi flumine defendãt Hamburgẽses:
37 ea Comiti Oldenburgico † quoq; in vicino mari ac Visurgis Iadæque

que ostiis ob erectam in insula Wangeroica speculam asseritur. Das Pfarrecht propriè † probationem iurisdictionis Ecclesiasticæ inducit, quia oblationes & decimæ pertinent ad Ecclesiã parochialem illius diœceseos. *cap. 1. caussa. 13. q. 1. c. 1. extra de paroch. P. Greg. Tholos. lib. 1. partit. iuris Canon. 25. c. 5.* Quæ tamen hodie ad Augustanæ confessionis Principes, quasi postliminio rediit; & cum seculari iurisdictione cõsolidata est. De Venatione † q; dicit Meuerus, ea iure ciuili quidẽ non probat possessionẽ, cum liceat etiã in alieno venari: *l. 13. de seruit.* Verũ cum hodie, de recepta † consuetudine totius fere Germaniæ, venationes ad principes & magistratus pertineant, *Pruckm. in §. venatio, c. 4. n. 16. Zoanet. de venat. n. 38. IC. VVitemberg. in decis. suis p. 4. rubr. 8. Eberh. Speckhan. in cent. 1. quæst. 97.* De cuius validitate frustra in scholis contenditur, cũ sit immemoriali præscriptione firmata. *l. 13. §. p. n. de iniur. l. 3 §. 4. de aqua cott. l. 28. de seru. v. b. prad.* potest dici, eatenus ad regalia † pertinere venationem, *cum Pruckman. d. lo. c. 1. Sebast. Medices de venat. p. 1. q. 27. Zoanet. d. lo. num. 19.* vel saltem fructum esse iurisdictionis, quo quilibet magistratus suo iure vti potest *arg. l. 1 in fi. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 2. de iurisd. Rosenthal. de feud. c. 5. Vult. 1. feud. 5. num. 7.* Vnde ex venatione exercita firma probatio iurisdictionis petitur, præsertim si reditus † venationũ pro annua pẽsione elocẽtur, *arg. l. 9. § 5. de vsufr. l. 26 de vsur.* Sicuti in Hollãdia in collibus maritimis cuniculorũ † captura elocatur. Quæ & ipsa in insulis Frisiæ & Belgij frequens est, *v. infra. c. vlt. n. 117.* Ita etiã possessionẽ insulæ probabit venatio, si sit deserta, ex qua nullũ aliud emolumentũ percipiatur, *arg. l. 11. de instr. leg. d. l. 9. §. 5. de vsufr. l. 62. eod.* Tunc enim qui solus longo tempore venationem exercuit & cõtra alios defendit, facile eo vsu se tueri potest, *l. 10. si seru. vind. l. 7. de diuers. & temp. præscript. l. 45. de vsucap. Guib. Costan. quæst. 17. n. 36. v. infra. c. 25. n. 74.* Venationi affinis est † piscatio, & cum ea in multis pari passu ambulat *d. l. 9. § de vsufr.* Per quam licet quasi possessio fluminis ac aquæ probari possit: *l. 13. com. præd. Modest. Pistor. vol. 1. cons. 14. n. 6.* non tamen probabitur possessio terrę sub aqua latẽtis: *l. 23. quib. mod. vsufr. Mascard. concl. 1196. num. 9.* multo minus

Margin numbers (right): 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44

45 minus possessio vicinæ insulæ. Nisi forte tales sunt pisces, qui in terram subinde exspacientur, quos ancipitis vitæ vocat *Strabo lib. 12. Geogr.* Exeunt enim pecori similes in terram, pastiq; fruticum radices remeant, *Plin. lib. 9 nat. hist. 3. & 57. ex Aristot. mirab. auscult. Simon Maiolus lib. 1. dier. canicul. 9.* Quibus piratas comparat *Florus lib. 3. c. 6.* Et annumerari illis possunt pisces, quos in insulis natatoriis ex arundinetis extrahi dictum est *ex Pompon. Mela lib. 2* Inte-
46 rim illo quoque casu possessio insulæ ex † piscatione probabitur, si insula sit deserta, & vsui piscatorum hic retia sua explicantium & siccantium tota dedita, *arg. l. 2. §. 1. l. 4. de rer. diuis. §. 1. Inst. eod. leg. 27. §. 2. ad munic.* modo non alij alios fructus & commoditates ex
47 illa percipiant. Quod si superior reditus † ex piscatura participet, exinde eius iurisdictio probabitur, *Mascard. concl. 1196. vn. 33. l. 17. in fi. vbi Budæus legit piscariarum, De V. S. Claud. Malla vill. ad reg. aqua const. art. 89.* cum etiam inter regalia numerentur *in d. c. nu. quæ sunt regal.* Quo referri possunt res pretiosiores ad regalia alicubi
48 pertinentes, quarum præstatio † superioritatem arguit, *infra cap. 11.* Addatur his munitio & exaggeratio insulæ, præsertim maritimæ. Daß man die Insul mit Teich vnd Tammen befestige: Den Anwurff befürdere: vnd für der gewalt deß wassers beschütze, &c. *De quo iure*
49 *infra cap. 28* Neque dubitamus, quin plures probandæ possessionis modi ex consuetudine cuiusque regionis peti possint. Qui coniuncti fortius stringunt. Quamuis enim ad probandam pos-
50 sessionem † sufficiat vnus actus possessorius, & quidem recens, *Berous cons. 20. n. 14. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 190. n. 9.* quia posses-
51 sio generalis iurisdictionis acquiritur, si vnus actus iurisdictionis † acquiratur, *Specul. in tit. de iurisd. §. 3. n. 35.* modo tamen is clandestinus aut violentus non sit: *l. 6. de acquir. poss. l. 73 §. 2. de R. I. &c.* tamen quo plures actus possessorios pro se allegare & docere quis potest, eo fortius obtinebit in possessorio, *Hieron. de Monte de fin.*
52 *reg c. 78. per tot.* quia duplex vinculum † difficilius rumpitur, quam simplex. *Roland. à vall. cons. 89. numer. 43. vol. 1. VVesemb. cons. 13. num. 21.*

Et melius duo defendunt retinacula nauem

iuxta Propert. 2. eleg. Vt in hac probatione locum habere possit illud vulgatum *gl. in leg. 1. in fi. de excus. tut. cap. licet caussam, extra de probat.*

Et quæ non prosunt † singula, iuncta iuuant. 53

CAPVT X.

De dominio Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Diuersæ species diuersum ius recipiunt.*
2 *Res in bonis nullius quot modis dicatur?*
3 *Res quæ nullius esse possunt, à nemine acquiruntur.*
4 *Iuris publici nullum commercium priuati habent.*
5 *Res quæ nullius sunt, & alicuius esse possunt, fiunt occupantis.*
6 *Quod omnibus nascitur industriæ præmium est.*
7 *Res diuini iuris sunt nullius in bonis.*
8 *Insulæ Neptuno olim sacræ.*
9 *Insulæ certis Diis consecratæ.*
10 *Insulæ occultos spiritus habentes religiosæ.*
11 *Insula AEsculapij.*
12 *S. Bartholomæi corpus translatum.*
13 *Romani religionum obseruantissimi.*
14 *Septentrionalium populorum superstitio.*
15 *Purgatio insulæ ad religionem pertinet.*
16 *Romanis quæ res sacræ fuerunt?*
17 *Occupationem violentam religio non impedit.*
18 *Cyprus à Romanis occupata.*
19 *Religio Ethnicorum in opinione consistit.*
20 *Ethnicorum vanitas susque deque habenda.*
21 *Insulæ sanctis dicatæ.*
22 *Insulas desertas Diabolus sibi vendicat.*

23 *Vt & thesauros.*
24 *Insulæ hominibus à Deo assignatæ.*
25 *Mare in nullius est dominio.*
26 *Argumentum à toto ad partem.*
27 *Contentum sequitur naturam sui continentis.*
28 *Mare est in solius Dei dominio.*
29 *Flumina sunt iuris publici.*
30 *Insulæ remotiores raro nascuntur.*
31 *Insulæ marinæ proximæ sunt accessiones littorum.*
32 *Littora sunt iuris publici.*
33 *Connexorum idem iudicium.*
34 *Alueus fluminis fictione continenti iungitur.*
35 *Littoris appellatio quandoque etiam vada maris includit.*
36 *Definitio littoris Aquiliana cur Ciceroni tribuatur?*
37 *Litoris notatio.*
38 *Baldi definitio examinatur.*
39 *Ripæ definitio.*
40 *Litus dubium quodnam?*
41 *Arena maris pro litore.*
42 *In mari etiam alluuio contingit.*
43 *A dominio ad iurisdictionem recte arguitur.*
44 *Exempla insularum marinarum iuris publici.*
45 *Genitiuus casus est nota dominij.*
46 *Respublica vel princeps potest insulam præoccupare.*
47 *Publica vtilitas præfertur priuatæ.*
48 *Fluuiatiles insulæ pertinent ad vicinos.*
49 *Ius Saxonicum cum iure ciuili concordat.*
50 *Priuatorum fluminum insulæ sunt priuati iuris.*
51 *Dominium insulæ vicinis ipso iure acquiritur.*
52 *Quare fluuiatiles insulæ ad vicinos pertineant?*
53 *Lucrum cum damno compensatur.*
54 *Insulæ marinæ quandoque littoribus detractæ.*
55 *Insula ex recessu fluminis nata vic[illegible] detrahitur.*
56 *Vicinitas caussa dominij insula[illegible]*

57 *Insula*

57 *Insulæ remotiores quasi pro derelictis habitæ.*
58 *Labeonis paradoxa.*
59 *Cutacij responsio reiecta.*
60 *Iulij Capræ responsio proba.*
61 *Campus Martius iuris publici.*
62 *Insula Tyberina iuris publici.*
63 *Labeo ICtus singularis.*
64 *In dubio contra fiscum pronunciandum.*
65 *Marquardi Freheri sententia.*
66 *Exempla insularum iuris publici.*
67 *Insula angusta tota est in vsu publico.*
68 *Ripa & portus insulæ sunt iuris publici.*
69 *Insula natans est iuris publici.*
70 *Dominium non debet esse in pendenti.*
71 *Insulæ stagnales sunt iuris publici.*
72 *Insulæ fortuitæ cuius sint?*
73 *Ratio diuersitatis primi & secundi modi.*
74 *Dominium amissum non restituitur.*
75 *Confusio & interitus rei æquiparatur.*
76 *Flumen terræ superstitis proprietatem non mutat.*
77 *Etiam fortuitæ insulæ pars quædam publica est.*



SEQVITVR de dominio, quod pro variis insulæ speciebus diuersimode se habet, quia ex diuersitate caussarum † oritur etiam diuersitas iuris. Marinæ insulæ 1
dominium, quia nullius esse creditur, ideo occupanti conceditur, *in l.7.§.3.l.14 de A.R.D.§.22. Inst. eo.* Dicitur autem res nullius † in bonis esse plurimis modis, *iuxta gl. in §. fera, verb. simul atque. Inst. & in l.1. verb. nullius. ff. de R.D. quā omnes Dd. sequuntur.* Vno modo res sunt nullius † censura, vt res sacræ, sanctæ 3
religiosæ publicæ. Et in his obtinet regula: Quæ nullius sunt, nec esse possunt, ea à nemine acquiri vel possideri possunt. §. *nullius. 7. & ibi Mynsi. VVesemb & Dd. Inst. de R.D. l.6.§.2. eod. l.135 de R.I.* Vnde etiam iuris publici † esse dicuntur *à Gaio lib.2. Instit.1.§.1.* quo- 4

rum priuati commercium nullum habent, *l.6.l.34.§.1.de cont.emt.* §.*fin.Inst.eod.* Quod enim nullius est, id vt alicuius fiat, nulla obligatio efficere potest. *l.182.de R.I.* Quæ caussa est, cur earum rerũ æterna auctoritas esse dicatur *in LL.12.tabb.Gell.lib.17.N.A.7.l.85.*
5 *§.5 de V.O.* Alio modo res sunt † nullius, vel natura, vt feræ bestiæ, §.*feræ, Inst.de R.D.* Item insulæ marinæ, *l.7.§.3.l.14.de A.R.D.l.2.pro suo.* vel facto, vt res derelictę: §.*pen.Inst.eod.* vel tempore, vt thesauri, *l.nunquam,31.§.1.de A.R.D.* Et in his obtinet regula contraria: Ea quæ nullius sunt, alicuius tamen esse possunt, naturali ratione occupanti conceduntur. §.12. *Inst.de R.D.l.3.de A.R.D.* Et quod
6 omnibus † nascitur industriæ præmium est, *Quintil.declam.13.Bap. Parm.nf lib.2.de alluu.2.§.1.num.2. Cæd.in consil.de alluu.maris.n.124.* Vtrique deseruit regula: Quidquid nullius est, id necesse est vel nunquam fieri cuiusquam, vel fieri primi occupantis, *Ant. Faber. lib.1.iur.ispr.2.pr.4.il.1.4.* Videtur autem † ex religione Romana colligendum, quasi insulæ marinæ, in priori modo nullius esse
7 debeant, quia sint † diuini iuris. *arg.l.1.in pr.l.6.§.2.de R.D.§.7.Inst.*
8 *eod.* Ita enim Ethnici mare cum insulis omnibus Neptuno † consecrarunt, *Natal. comes lib.2.mythl.l.8.* Quia quæ sacris adhærent, ipsæ quoque res sacræ sunt *l.43.de R.I.* Quod maxime obtinuit in
9 illis insulis, quæ certis † Diis dicatæ erant. Ita Delus Neptuno & Latonæ sacra. *Natal.lib.9.c.6 Virg.3.Aeneid.Sacra mari colitur &c.* Item Apollini, qui exinde Delius dictus est, *Natal.lib.4.c.10. Cicer. Verr.3. Alex.ab Alex.lib.6.genial.dier.2.* Cuius religio eo quoque
10 nomine maior erat, quod occultos spiritus † contineret, quibus impulsi fanatici homines futura prædicebant. *Arist. 6. de mund. inf c.vlt* Cyprus Veneri exinde Cypria dicta, *Natal.d.lib.4.c.13.* Item Paphus, de cuius templo *Tacit.1.histor.Virg.10.AEn.*

Est Amathos, est celsa mihi Paphos atque Cythera.

Samus Iunoni: *Bunting.lib.2.itiner.* Nea Mineruæ: *Plin.lib.4.nat. hist.12.* Therasia Vulcano, ideo Hiera dicta: *Plin.lib.3.c 9.* Eidem & Lemnus *Natal.lib.2.c.6.Cornel Seuer.in AEtna.*

Insula durata Vulcani nomine sacra:

Arna Marti: *Plin.lib.6.c.12.* Aratio Neptuno: *Plin.ib.c.25* Copton in Ægypto

in Ægypto Isidi; *Plin. lib. 10. c. 33.* Cos † Æsculapio sacra & Dei mi- 11
nistra: *Tacit. 12. annal. Plin. lib. 29. in pr.* Quæ religio vna cum serpente Epidaurio Romam in insulam Tyberinam translata est. *Ouid. 15. metam. 5', & 1. Fastor.* Vbi & templum Æsculapij postea exstructum, *Liu. dec. 1. in fi. Lazius lib. 3. de reb. Rom. 12. Claud. in paneg. Olyb.* Vnde etiam insulam Æsculapij vocat *Sueton. in Claud. c. 25.* Pro quo postea ossibus S. Bartholomæi † Apostoli nobilitata est. *Pla-* 12
tin. in Bened. 7. Gobelin. in Cosmodr. at. 6. cap. 49. Simon Maiolus lib. 1. dier. canic. 14. Quanti vero has religiones fecerint Romani † cogno- 13
scere licet, *ex l. 43. de relig. & sumt. Vlp. in fragm. tit. 22. §. 5. Valer. Max. lib. 1. c. 1. & pass.* Neque apud Germanos aliosque † Septentriona- 14
les populos nulla similis superstitio fuit. De Rugianorum insula *v. Helmold. lib. 1. Chron. Slau. 2. & 6 vbi eam sedem idololatriæ esse dicit. Idem de Curlandia Adam. Brem. in histor. Eccles. cap. 223. & seq. de Estlandia.* Neque de Saxonum idololatria, quam expugnauit Carolus M. hic addemus. Ac pertinet huc expiatio insulæ † qua Pi- 15
sistratus vsus, *apud Herod. lib. 1.* eumque imitatus Iulianus Apostata, eo ritu, quo Athenienses insulam purgauerant Delum. *Marcell. l. 22.* Qui ne hodie quidem omnino defecit. Si ergo diuini iuris insulæ, quomodo occupanti concessæ? An iam enumeratas exceptas dicemus? An ad Diis sacras iam inhabitatas & non amplius vacuas occupationem priuatorum non amplius pertinere? An quod magis est, Romanis sacræ † non fuerunt, nisi rite 16
per Pontifices in collegio Augurum consecratæ essent? *d. l. 6. §. 3. de R. D. §. 8. Inst. eod. De quo eleg. Gothof. in l. 35. de liber. causs.* Neque enim omnes peregrinę religiones ab iisdem receptæ *Vlp. in fragm. tit. 22. §. 5.* Quidquid sit, certe occupationem illam, quæ † belli 17
iure fiebat, religio impedire nunquam potuit. Ita Cypri Veneri † dicatæ religio non obstitit, quo minus à Catone occuparetur 18
auide magis quam iuste, *ut Marcell lib. 14. Florus lib. 4 c. 9.* Fere enim religio † apud Ethnicos in mera hominum opinione consi- 19
stit, *Lactant lib. 1. c. 1. & lib. 4. c. 28. in pr. de cond. instit. l. 3 §. vlt. de decur. l. 30 de pœn.* Vnde quæ quilibet populus superstitiose sibi constituit, mutaturus eadem, cum sibi visum fuerit, *l. 83 § 5. l. 137. §. 6. de*

possessionis in praxi plerumque maximę occurrant difficultates,
20 de ea aliquid attexemus. Et Dd. quidem multos modos † probandæ possessionis cumulant, sed illi partim nō magni sunt momenti, partim etiam cum alijs coincidunt. Omnium optima videtur probatio per actus, qui non solent fieri nisi communiter à dominis & possessoribus rerum suarum. *l. 2. C. de acquir. poss. l. Titia, 44. de solut. Mascard. de probat concl. 1196. n. 3.* Quod verum est,
21 si animo sibi habendi † & proprio nomine expediantur, non si alieno, *l. quod meo, in pr. l. generaliter, de A. P. Mascard. ib. n. 6.* Quæ exceptio semel regulæ apposita, non opus erat omnibus probandi
22 modis subiici. Probe autem distinguenda erit, possessio † rei corporalis, ipsius scilicet insulæ, à quasi possessione iurisdictionis servitutis, aliusque iuris in insula. Quæ licet in praxi sæpe concurrant, vt propterea etiam confundantur à Noe Meurero *in tract.* von Forstrecht *p. 5. §.* wie ein Wert oder Insul zu beweissen: tamen
23 docendi caussa seorsim tractanda sunt. Probatur itaque † possessio insulæ per traditionem *l. 9. §. 3. de A. R. D. §. 4. Inst. eod.* Vnde traditio feudi possessio dicitur *in c. vn. 2. F. 33. in pr.* & subsecutam apprehensionem: *l. prædia, 48. de acq. poss. c. 1. vers. si enim domino. 2. F. 2.* per insistentiam ac detentionem: *gl. & Dd in l. 38. §. 7 de V. O.* modo ne iure familiaritatis fiat, *l. 41. de A. P.* per domicilij constitutionem, *Cothman. cons. 38. n. 96. vol. 1. Polen. in defens. causs. Sprinzenstein. cap. 8. n. 396.* per inhabitationem ac custodum appositionem *l. 3. §. Nerua filius, l. pen. de A. P.* per culturam: *gl. in l. 3. verb. finiatur, C.*
24 *fin. reg.* fructuum † perceptionem: *l. litibus, C. de agric. & cens.* *Quæ omnia latissime exponunt Mascard. in concl. 1191. & seq. Menoch. de retin. poss. rem. 3. & ib. alleg.* De posteriori modo, qui per partes diduci potest, ita scribit Noe Meurer. *d. p. 5 §* von nutz der Insulen- Der nutz ist die weide: item das Holtz: So hat man darauff das grosse vnd das kleine weidwerck: Deßgleichen das Fischwerck &c. Hoc est, pasculatio bestiarū, fœni demessio, arborū plātatio & incisio, quia hi a-
25 ctus † omnino probant possessionē. *Mascard. concl. 1196.* Nimirum quia finis est, propter quem possessiones tantopere ambimus, vt sæpe vitam pro iis paciscamur, *l. 1. §. 1. de superf. §. 4. Inst. de interd.* si-

quidem

quidem *iuxta auream gl. in c. 1. dist. 8.* gaudent † possidentes. Imo 26
beati possidentes, quoniam fructus eorum, *gl. in c. si tres, in verb. requirat, de pac. ten. in V. F Ias. in l. naturaliter, §. nihil comune, n. 80. de A. P. Cæsar Contard. de moment. poss. in rat. decid. n. 33.* Mouent hic Dd. quęstionem, quomodo probetur possessio insulæ, si sit † tam sterilis, 27
vt nullus exinde prouentus proueniat? Et respondent, quod possessio probetur ex solo vsu. *Angel. Rom. & Imo'a in l. Celsus in fi. de vsucap. pro ut in pascuis respondet Riminald. sen. in cons. 219. quem referunt Menoch. d. rem. 3. n. 576. Mascard. in concl. 15189. n. vlt.* Sed vix est, vt hæc quæstio de facto locum inueniat. Licet enim multæ sint insulæ † steriles & lapidosæ: sicuti Scyrus Cycladum insula in- 28
ops & deserta prouerbio locum dedit, vt ἀρχὴ σκυρία diceretur, de rebus vilibus, quæ nihil emolumenti haberent, *ex Suida Reinec. in synt. p. 1. fol. 387.* Ob quam caussam Magellanus duas insulas in mari pacifico Infortunatas appellauit, quod nec homines, nec alimenta in iis inuenisset: tamen ecquæ insula est tam prorsus diuinæ † bonitatis expers, vt nullum plane emolumentum possiden- 29
ti præbere possit? certe si mirabilia insularum ex merito considoremus, nulli adeo nouercam extitisse naturam deprehendemus, vt non quæstus aliquis percipi possit, siue ex venatione, piscatione, aucupio, *l. 11 de fund. instr.* siue ex pastione pecorum: *l. 32. de vsufr.* siue ex harundine, † qua multæ insulæ præsertim limosæ op- 30
pletæ, *Plin. lib 16. nat. hist 36.* vt in Frisia: siue ex lapidicinis: *l. 13. §. 5. de vsufr. l 7. §. si vir. 13 solut. matr.* Quod si nulla plane subsit vtilitas, tum sane stultissimus sit, qui pro possessione insulæ in iudicio contendendum putet. De Gyaro Cycladum insula vilissima scripsit Strabo, eius incolas pro scopulo † saxis & rupibus *150.* 31
denarios in tributum Romanis persoluisse, cum vix ęgre centum pendere possent, *Lipsius lib. 2. admirand. 4.* Si tantum scopulus, quantum aliæ ditissimæ insulæ præstiterunt? Itaque hic modus † probandæ possessionis à fructuum perceptione amplissimus, 32
cum probatione quasi possessionis iurisdictionis concurrit. Hæc enim demonstratur per exactionem gabellarum & collectarum: *Gilman. lib. 2. decis. camer. 35. num. 37. infra cap 14. num. 64.* custodes lo-

 corum:

corum: *Gilman. d. lo. num. 39.* præstationem onerum & seruitiorum, (*de quibus vide Husan. in tract. de homin. propr. ca. 6. num. 53. & seq. Constit. Elect. August. p. 2. cap. 51. & seqq.*) per instrumentum iuratæ fidelitatis, actus iurisdictionales, vt sunt edicta promulgata, citationes emissæ, sententiæ latæ & executioni demandatæ, per erectionẽ furcarũ, suspẽsionẽ insigniũ &c. *De quibus Menoch. d. rem. retinend. 3. n. 580. & seqq. Mascard. de probat. concl. 947. & 1193. Hieron. de Monte de fin. regund. c. 52. Gilman. d. lo. & alij.* Quæ autẽ proprie ad in-
33 sulas pertinẽt, enumerauit † Noe Meurer *d. lo. §. wie ein Insul zu beweisen.* Sed vt illa potissimum ad insulas Rheni accommodauerit. Diese argumenta werden gemeinlich eine Insul oder Werth zu beweisen gebraucht: Daß sie in eines Oberkeit: daß man der Enden den Vntergang: Die Steinsetzung: daß man darauff die Schatzung: Daß man dieselbe verleihen. Item daß die Einhäuser zu derselben Oberkeit jhr Pfarrecht / Opffergelt / Brot vnnd anders jährlichen geben. Deßgleichen beweist vnd zeigt ein Gerechtigkeit der Werth an / so man darauff das Weidwerck getrieben / Holtz abgehawen / das Eiß daran gebrochen &c. Quæ omnia latius deduci & declarari possent. Ex multis pauca tantum libabimus. Durch den vnter-
34 gang procul dubio intelligit ius † in bonis naufragorum, *de quo infra cap. 31. num. 103.* Lapidum positio proprie ad iudicium finium regundorum pertinet. Sed hic possessionem iurisdictionis arguit in iudice vel magistratu, qui eos poni iussit. Eodem
35 etiam referri potest, ius locandi † tonnas marinas, & erigendi contos siue bacas, vt nautæ vocant, ad promouenda itinera maritima nauigantium. *De quibus v. petit articul. Hamburgens. pro restit. in integr. art. 58. & seq.* Quod tamen non semper iurisdictionem importat, cum sæpe à priuatis ac nautis ipsis, ad securitatem suã,
36 viæ per vada distinguãtur. Item, speculatum † erectio in insulis & portubus ad vsum nauigantium. Quæ & ipsa possessionem iurisdictionis probat. Quo argumento erectæ speculæ in insula Noui operis, siue vt in antiquis litteris vocatur, Nouæ Ochtæ cũ iurisdictionem maritimã ac in Albi flumine defendãt Hamburgẽses:
37 ea Comiti Oldenburgico † quoq; in vicino mari ac Visurgis Iadæ-

que

que ostiis ob erectam in insula Wangeroica speculam asseritur. Das Pfarrecht propriè probationem iurisdictionis Ecclesiasticæ inducit, quia oblationes & decimæ pertinent ad Ecclesiã parochialem illius diœceseos. *cap. 1. caussa. 13. q. 1. c. 1. extra de paroch. P. Greg. Tholos. lib. 1. partit. iuris Canon. 2 5. c. 5.* Quæ tamen hodie ad Augustanæ confessionis Principes, quasi postliminio rediit, & cum seculari iurisdictione cõsolidata est. De Venatione † q; dicit Meunerus, ea iure ciuili quidẽ non probat possessionẽ, cum liceat etiã in alieno venari: *l. 13. de seruit.* Verũ cum hodie, de recepta † consuetudine totius fere Germaniæ, venationes ad principes & magistratus pertineant, *Pruckm. in §. venatio, c. 4. n. 16. Zoanet. de venat. n. 38. IC. VVitemberg in decis. suis p. 4. rubr. 8. Eberh. Speckhan. in cent. 1. quæst. 97.* De cuius validitate frustra in scholis contenditur, cũ sit immemoriali præscriptione firmata. *l. 13. §. p. n. de iniur. l. 3 §. 4. de aqua cott. l. 28. de seru. v. b. præd.* potest dici, eatenus ad regalia † pertinere venationem, *cum Pruckman. d. lo c. 1. Sebast. Medices de venat. p. 1. q. 21. Zoanet. d. lo. num. 19.* vel saltem fructum esse iurisdictionis, quo quilibet magistratus suo iure vti potest *arg. l. 1 in fi. de offi. eius cui mand. est iurisd l. 2. de iurisd. Rosenthal. de feud. c. 5. Vult. 1. feud. 5. num. 7.* Vnde ex venatione exercita firma probatio iurisdictionis petitur, præsertim si reditus † venationũ pro annua pẽsione elocẽtur, *arg. l. 9. § 5 de vsufr l. 2 6 de vsur.* Sicuti in Hollãdia in collibus maritimis cuniculorũ † captura elocatur. Quæ & ipsa in insulis Frisiæ & Belgij frequens est, *v. infra. c. vlt. n. 117.* Ita etiã possessionẽ insulæ probabit venatio, si sit deserta, ex qua nullũ aliud emolumentũ percipiatur, *arg. l. 11. de instr. leg. d. l. 9. §. 5. de vsufr. l. 62. eod.* Tunc enim qui solus longo tempore venationem exercuit & cõtra alios defendit, facile eo vsu se tueri potest, *l. 10. si seru. vind. l. 7. de diuers. & temp. præscript. l. 45. de vsucap. Gutb. Costan. quæst. 17. n. 36. v. infra. c. 25. n. 74.* Venationi affinis est † piscatio, & cum ea in multis pari passu ambulat *d l. 9. § de vsufr.* Per quam licet quasi possessio fluminis ac aquæ probari possit: *l. 13. com. præd. Modest. Bistor. vol. 1. cons. 14. n. 6.* non tamen probabitur possessio terrę sub aqua latẽtis: *l. 23. quib. mod. vsufr. Mascard. concl. 1196. num. 3.* multo minus

Margin numbers: 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44

45 minus possessio vicinæ insulæ. Nisi forte tales sunt pisces, qui in terram subinde exspacientur, quos ancipitis vitæ vocat *Strabo lib. 12. Geogr.* Exeunt enim pecori similes in terram, pastiq; fruticum radices remeant, *Plin. lib. 9 nat. hist. 3. & 57. ex Aristot. mirab. auscult. Simon Maiolus lib. 1. dier. canicul. 9.* Quibus piratas comparat *Florus lib. 3. c. 6.* Et annumerari illis possunt pisces, quos in insulis natatoriis ex arundinetis extrahi dictum est *ex Pompon. Mela lib. 2* Inte-
46 rim illo quoque casu possessio insulæ ex † piscatione probabitur, si insula sit deserta, & vsui piscatorum hic retia sua explicantium & siccantium tota dedita, *arg. l. 2. §. 1. l. 4. de rer. diuis. §. 1. Inst. eod. leg. 27. §. 2. ad munic.* modo non alij alios fructus & commoditates ex
47 illa percipiant. Quod si superior reditus † ex piscatura participet, exinde eius iurisdictio probabitur, *Mascard. concl. 1196. vn. 33. l. 17. in fi. vbi Budaus legit piscariarum, De V. S. Claud. Malla vill. ad reg. aqua const. art.* 89. cum etiam inter regalia numerentur *in d. c. nu. qua sunt regal.* Quo referri possunt res pretiosiores ad regalia alicubi
48 pertinentes, quarum præstatio † superioritatem arguit, *infra cap. 11.* Addatur his munitio & exaggeratio insulæ, præsertim maritimæ. Daß man die Insul mit Teich vnd Tammen befestige: Den Anwurff befürdere vnd für der gewalt deß wassers beschütze, &c. *De quo iure*
49 *infra cap. 28* Neque dubitamus, quin plures probandæ possessionis modi ex consuetudine cuiusque regionis peti possint. Qui coniuncti fortius stringunt. Quamuis enim ad probandam pos-
50 sessionem † sufficiat vnus actus possessorius, & quidem recens, *Berous cons 20. n. 14. vol. 1. Mascard. de probat. concl.* 190. *n.* 9. quia possessio generalis iurisdictionis acquiritur, si vnus actus iurisdictionis †
51 acquiratur, *Specul. in tit. de iurisd. §. 3. n. 35.* modo tamen is clandestinus aut violentus non sit: *l. 6. de acquir. poss. l. 73 §. 2. de R. I. &c.* tamen quo plures actus possessorios pro se allegare & docere quis potest, eo fortius obtinebit in possessorio, *Hieron. de Monte de fin.*
52 *reg c. 78. per tot.* quia duplex vinculum † difficilius rumpitur, quam simplex. *Roland. à vall. cons. 89. numer. 43. vol. 1. VVesemb. cons. 13. num. 21.*

Et melius duo defendunt retinacula nauem

iuxta

iuxta Propert. 2. eleg. Vt in hac probatione locum habere possit illud vulgatum *gl. in leg. 1. in fi. de excus. tut. cap. licet caussam, extra de probat.*

Et quæ non prosunt † singula, iuncta iuuant. 53

CAPVT X.

De dominio Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Diuersæ species diuersum ius recipiunt.*
2 *Res in bonis nullius quot modis dicatur?*
3 *Res quæ nullius esse possunt, à nemine acquiruntur.*
4 *Iuris publici nullum commercium priuati habent.*
5 *Res quæ nullius sunt, & alicuius esse possunt, fiunt occupantis.*
6 *Quod omnibus nascitur industriæ præmium est.*
7 *Res diuini iuris sunt nullius in bonis.*
8 *Insulæ Neptuno olim sacræ.*
9 *Insulæ certis Diis consecratæ.*
10 *Insulæ occultos spiritus habentes religiosæ.*
11 *Insula AEsculapii.*
12 *S. Bartholomæi corpus translatum.*
13 *Romani religionum obseruantissimi.*
14 *Septentrionalium populorum superstitio.*
15 *Purgatio insulæ ad religionem pertinet.*
16 *Romanis quæ res sacræ fuerunt?*
17 *Occupationem violentam religio non impedit.*
18 *Cyprus à Romanis occupata.*
19 *Religio Ethnicorum in opinione consistit.*
20 *Ethnicorum vanitas susque deque habenda.*
21 *Insulæ sanctis dicatæ.*
22 *Insulas desertas Diabolus sibi vendicat.*

23 *Vt & thesauros.*
24 *Insulæ hominibus à Deo assignatæ.*
25 *Mare in nullius est dominio.*
26 *Argumentum à toto ad partem.*
27 *Contentum sequitur naturam sui continentis.*
28 *Mare est in solius Dei dominio.*
29 *Flumina sunt iuris publici.*
30 *Insulæ remotiores raro nascuntur.*
31 *Insulæ marinæ proximæ sunt accessiones littorum.*
32 *Littora sunt iuris publici.*
33 *Connexorum idem iudicium.*
34 *Alueus fluminis fictione continenti iungitur.*
35 *Littoris appellatio quandoque etiam vada maris includit.*
36 *Definitio littoris Aquiliana cur Ciceroni tribuatur?*
37 *Litoris notatio.*
38 *Baldi definitio examinatur.*
39 *Ripæ definitio.*
40 *Litus dubium quodnam?*
41 *Arena maris pro litore.*
42 *In mari etiam alluuio contingit.*
43 *A dominio ad iurisdictionem recte arguitur.*
44 *Exempla insularum marinarum iuris publici.*
45 *Genitiuus casus est nota dominij.*
46 *Respublica vel princeps potest insulam præoccupare.*
47 *Publica vtilitas præfertur priuatæ.*
48 *Fluuiatiles insulæ pertinent ad vicinos.*
49 *Ius Saxonicum cum iure ciuili concordat.*
50 *Priuatorum fluminum insulæ sunt priuati iuris.*
51 *Dominium insulæ vicinis ipso iure acquiritur.*
52 *Quare fluuiatiles insulæ ad vicinos pertineant?*
53 *Lucrum cum damno compensatur.*
54 *Insulæ marinæ quandoque littoribus detractæ.*
55 *Insula ex recessu fluminis nata vic[illegible] detrahitur.*
56 *Vicinitas caussa dominij ins[illegible]*

57 *Insulæ*

57 *Insulæ remotiores quasi pro derelictis habitæ.*
58 *Labeonis paradoxa.*
59 *Cuiacij responsio reiecta.*
60 *Iulij Capræ responsio proba.*
61 *Campus Martius iuris publici.*
62 *Insula Tyberina iuris publici.*
63 *Labeo ICtus singularis.*
64 *In dubio contra fiscum pronunciandum.*
65 *Marquardi Freheri sententia.*
66 *Exempla insularum iuris publici.*
67 *Insula angusta tota est in vsu publico.*
68 *Ripa & portus insulæ sunt iuris publici.*
69 *Insula natans est iuris publici.*
70 *Dominium non debet esse in pendenti.*
71 *Insulæ stagnales sunt iuris publici.*
72 *Insulæ fortuitæ cuius sint?*
73 *Ratio diuersitatis primi & secundi modi.*
74 *Dominium amissum non restituitur.*
75 *Confusio & interitus rei æquiparatur.*
76 *Flumen terræ superstitis proprietatem non mutat.*
77 *Etiam fortuitæ insulæ pars quadam publica est.*

EQVITVR de dominio, quod pro variis insulæ speciebus diuersimode se habet, quia ex diuersitate caussarum † oritur etiam diuersitas iuris. Marinæ insulæ 1
dominium, quia nullius esse creditur, ideo occupanti conceditur, *in l.7.§.3.l.14 de A.R.D.§.22.Inst.eo.* Dicitur autem res nullius † in bonis esse plurimis modis, *iuxta gl. in §. fera, verb. simul atque. Inst. & in l.1. verb. nullius. ff. de R.D. quã omnes Dd. sequuntur.* Vno modo res sunt nullius † censura, vt res sacrę, sanctæ 3
religiosæ publicæ. Et in his obtinet regula: Quæ nullius sunt, nec esse possunt, ea à nemine acquiri vel possideri possunt. §. *nullius. 7. & ibi Mynsi. VVesemb & Dd. Inst. de R.D. l.6.§.2.eod. l.135 de R.I.* Vnde etiam iuris publici † esse dicuntur *à Gaio lib.2. Instit.1.§.1.* quo- 4

 rum

in Ægypto Isidi: *Plin. lib.* 10. *c.* 33. Cos † Æsculapio sacra & Dei mi- 11
nistra: *Tacit. 12. annal. Plin. lib. 29. in pr.* Quæ religio vna cum serpen-
te Epidaurio Romam in insulam Tyberinam translata est. *Ouid.*
15. metam. 51. & 1. Fistor. Vbi & templum Æsculapij postea exstru-
ctum, *Liu. dec. 1. in fi. Lazius lib. 3. de reb. Rom. 12. Claud. in paneg. Olyb.*
Vnde etiam insulam Æsculapij vocat *Sueton. in Claud. c. 25.* Pro
quo postea ossibus S. Bartholomæi † Apostoli nobilitata est. *Pla-* 12
tin. in Bened. 7. Gobelin. in Cosmodr. æt. 6. cap. 49. Simon Maiolus lib. 1. di-
er. canic. 14 Quanti vero has religiones fecerint Romani † cogno- 13
scere licet, *ex l. 43. de relig. & sumt. Vlp. in fragm. tit. 22. §. 5. Valer. Max.*
lib. 1. c. 1. & pass. Neque apud Germanos aliosque † Septentriona- 14
les populos nulla similis superstitio fuit. De Rugianorum insula
vi. Helmold. lib. 1. Chron. Slau. 2. & 6 vbi eam fidem idololatria esse dicit. I-
dem de Curlandia Adam. Brem. in histor. Eccles. cap. 223. & seq. de Estlan-
dia. Neque de Saxonum idololatria, quam expugnauit Caro-
lus M. hic addemus. Ac pertinet huc expiatio insulæ † qua Pi- 15
sistratus vsus, *apud Herod. lib. 1.* eumque imitatus Iulianus Aposta-
ta, eo ritu, quo Athenienses insulam purgauerant Delum: *Mar-*
cell. li. 22. Qui ne hodie quidem omnino defecit. Si ergo diui-
ni iuris insulæ, quomodo occupanti concessæ? An iam enumera-
tas exceptas dicemus? An ad Diis sacras iam inhabitatas & non
amplius vacuas occupationem priuatorum non amplius perti-
nere? An quod magis est, Romanis sacræ † non fuerunt, nisi rite 16
per Pontifices in collegio Augurum consecratæ essent? *d. l. 6. §. 3.*
de R. D. §. 8. Inst. eod. De quo eleg. Gothof. in l. 35. de liber. causs. Neque
enim omnes peregrinę religiones ab iisdem receptæ *Vlp. in fragm.*
tit. 22. §. 5. Quidquid sit, certe occupationem illam, quæ † belli 17
iure fiebat, religio impedire nunquam potuit. Ita Cypri Vene-
ri † dicatæ religio non obstitit, quo minus à Catone occuparetur 18
auide magis quam iuste, *at Marcell. lib. 14. Florus lib. 4. c. 9.* Fere e-
nim religio † apud Ethnicos in mera hominum opinione consi- 19
stit, *Lactant lib. 1. c. 1. & lib. 4. c. 28. in pr. de cond. instit. l. 3. §. vlt. de dicur.*
l. 30 de pœn. Vnde quæ quilibet populus superstitiose sibi consti-
tuit, mutaturus eadem, cum sibi visum fuerit, *l. 83 §. 5. l. 137. §. 6. de*

V.O ea alios iure Gent. non obligant. §.1. *& 2. Inst. de I. N. G. & C.* Quia religiosa vel sacra hostiū nobis eodem loco non sunt. *l. 36. de relig. l. 4. de sepul. viol.* Sed etsi simpliciores Ethnici huiusmodi superstitione infecti fuerint, *arg. l. 14. §. 5. de relig. d. l. 30. de pœn.* tamen
20 scitū est Marciani responsum *in l. 113. in fi. de leg. 1* ineptas† religiones nō valere. Quod Dionysius Siculus ioculari exemplo cōprobauit, *de quo Lactant. lib. 2. c. 4.* Et fortean idem dicendum de va-
21 nitate eorum, qui insulas, terras & vrbes † certis sanctis vt patronis consecrant, & ab iis denominant. Quales sunt insulæ S. Matthæi, S. Petri, S. Thomæ, S. Helenæ. &c. Quibus plenæ sunt relationes & itineraria eorum qui nouum orbem descripserunt. Cuiusmodi nominum mutatio quid profecerit, *dicemus c. 20. in fi.* Neque male quis credat, ex hac caussa, quod sunt nullius insulas de-
22 sertas sibi vēdicare † Dæmones, qui eas inhabitant, in his tempestates nimbosque commouent, multisq; fallaciis hominibus illudunt, *quod scripsit Euseb. lib. 5. de præparat. Euang. 9. quem refert Simon*
23 *Maiolus, lib. 1. dier canic. 14.* Sicuti iisdem thesaurorum † reconditorum dominium adscribit *Iacob Ayrer. in process. histor.* Aliam caussam, quam habet Maiolus quasi à Christo principatu deiecti in insulas sint cōiecti, vt minus hominibus obsint, suo loco relinquimus, sicuti ipsos quoque Dæmones missos facimus, quibus infernum Deus attribuit, *Matth. 25. v. 41. Apocal. 20. v. 2.* terram autem dedit filijs† hominum, *psal. 115. v. 16.* Sunt ergo insulæ marinæ
24 iure ciuili nullius in posteriori modo. *l. 7. §. 3. de A. R. D.* Cuius iuris Interp. hanc reddunt rationem, quod mare† in nullius sit do-
25 minio, sed iure Gentiū omnibus pateat. *§. 5. Inst. de R. D. l. 3. §. 1. ne quid in lo. publ. l. 13. §. pen. de iniur. l. 13. in pr. commu. præd.* Ergo & insulas maris eiusdem libertatis participes esse conuenit. *arg. §. 5. Inst.*
26 *de R. D.* quia quod iuris † est de toto, quo ad totum, idem iuris est de parte, quo ad partem *l. quæ de tota, 70 & ibi gl. Bart. & Dd. de R. V. l.*
27 *7 § 6. de pact. Eberhard. in top. in lo. 8. n. 1.* Et contentum † sequitur ius & conditionem sui continentis *l. 2. de pact. l. 59. de leg. 3. l. 1. §. 41. depos.* Quo argumento Aristo *referente Pomponio in l. pen de R. D.* respondit, id quod mari occupatum sit, fieri publicum. Et super

posita

posita inferioribus cedunt. *Gaius lib. 2. Inst. 1 §. 4.* Sed si hæc ratio firmiter concluderet, tum insula marina nullius esset in priori modo, quia † mare ita nullius est, vt nec per naturam redigi in 28
dominium cuiusquam possit. *Quod latissime deduxit Hugo Grotius in mari libero cap. 5.* Et celebratur dictum Placentini, *quod refert Iohan. Faber in §. litterum, n. 2. Inst. de R. D.* mare in nullius est dominio vel possessione, nisi solius Dei. *psal. 89. v. 9. Ita Iornand. in hist. Goth. in pr.* Oceani vlteriores fines nec transfretatos nec cognitos cuiquam esse dicit, nisi soli ei, qui eos constituit. *Et Plin. lib. 2. nat. hist. 68.* Improbam & infinitam oportet esse tam vastæ molis possessionem *Adde Iob. 38. v. 8.* Deinde etiam fluuiales insulæ eius iuris essent, cuius sunt flumina, nempe † publica. *§. 2.* 29
Inst. de R. D. l. 4. in fi ff. eod. Itaque dicendum in iure ciuili, quoad dominium huiusmodi incrementorum non attendi locum inferiorem, sed collateralem: non aquam subiectam, sed terram vicinam *leg. 7. §. c. 1. & seqq. de A R. D.* Quo præsupposito tentari posset si dispositio *d. leg. 7. §. 3. & §. 22. Inst. eod.* ad remotiores † 30
tãtum insulas marinas pertineat, quia hæ in infesto profundo ac longe dissito mari raro nascuntur. Atque ideo occupanti relinquuntur, quod in illis vicinitatis ratio cesset. *arg. d. leg. 7. §. 5. de A. R. D.* vbi dicitur, quia vicinum prædium nullum est, ideo non potest ratione vicinitatis vllam partem in eo alueo habere. Quæ ratio prohibitiua, cum in terræ proximis insulis marinis cesset, ideo illę non minus quam fluuiales terræ proximæ accrescunt, vt verbo Iurisconsultorum vtamur *leg. 30. in princ. de A. R. D. leg. 1. C. de alluu. leg. 33. in fi. de vsufruct.* Terra autem proxima in Insulis marinis † est littus, cuius adcessiones eas 31
esse oportet. *arg. leg. 42. de R. V. leg. 9. ff. de iudic.* Itaque cum littora haut dubie sint publici † iuris: *leg. 3. ne quid in lo. publ. iunct. leg. 15.* 32
& seqq. de V. S. vsu quidem communia, *l. 2. §. 1. l. 4. de R. D. §. 1. Inst. eo. l. 51. de contr. emt.* proprietate tamen publica, *vt recte docet Cuiac. ad l. 96. de V. S. Donell. 4. coment. 2. Alex. consi. 120. li. 2.* vnde etiam littus publicum dicitur *in l. 112. de V. S. leg. 50. de A. R. D. & in l. 65. §. 1. eod.* littora mari proxima publica sunt. *Cicero in Top. ad Treba-*

Trebatium ICtum: littora omnia publica esse vultis;etiam insulas
33 proximas marinas publici iuris fuisse oportet,quia † connexorũ idem iudicium.*gl.in c.translato,extra de constit.Neuiz.lib.* 1.*sylu. nupt. n.*211.*Gail.*1.*obs.*35.*n.*10. Idque multo magis proprerea (2) quia
34 sicut alueus † fluminis subter aquam fictione quadam insulam fluuialem continenti annectit.*arg.d.l.*7.§.5 *eod.*quod maxime apparet alueo exsiccato,quia tunc vicina insula continenti iuncta, vt siccis pedibus adiri possit,& in Frisiæ insulis nonnullis contingit:eiusdem est iuris,*l.*30.§.*eod.l.*1.§.7.*de flumin.Bapt.Parmens.li.*1.*de alluu.*13.ita etiam in proxima insula marina eadem consideratio
35 obtinet.*arg.l.*65.§.1.*de A.R.D.*quia littoris † appellatio sæpe proxima maris vada includit,si illa subinde ꝓpter maris recessum in vsu hominũ esse possit.Cõstat id ex definitione littoris, cuius inuẽtio Ciceroni,forte propter allegationẽ asscribitur,*in l.*96.*de V.S.*cum sit Aquilij Galli,*ipso Cicerone teste in topic.M.Peregr.li.*1.*de iure fisci tit.*1.*n.*8.Formata tamen paulo aliter *in l.*96.*l.*112.*de V.S.*§.3.*Inst.*
36 *de R D.*Est enim Aquilij sententia † in fontibus generalior, non saltem ad æstum,sed & recessum maris pertinens. Vt littora sint, quæcunque maris fluctus non adit. Conuenit notatio litoris
37 à Græco λιτὸ,quasi terra † tenuis. Quod vero Bald.† *in cons.*463.
38 *n.*4.*lib.*4.*quem alleg. Cardin.Tuschus in concl pract vol.*4.*in verb. fluminum species*:littus definit,quod sit locus terrenus , quem aqua fluminis calcauit hyeme vel æstate,qui remanet sabulosus: id sustineri non potest,quia litus non ad flumen,sed ad mare pertinet
39 *d.l.*96.*de V.S.l.*2.§.1.*l.*4.*de R.*3 *D.*§.*Inst.eod.* Vnde quod ripa † est in flumine:*l.*3.*de flumin.*nempe locus à plano ad aquam vergens , *vt idem Baldus in d.cons* 463.*n.*2.*definit*,hoc est littus in mari , nempe totus ille locus vadosus & sabulosus intra aggeres & mare , qui modo ab æstu maris occupatur,modo ab eiusdem recessu denudatur.
40 datur. Vnde etiam littus † dubium appellatur *à Luca.lib.*1.

Quaque iacet littus dubium,quod terra fretumque
Vendicat alternis vicibus &c.

*Idem lib.*4.Iamque relabenti crescebant littora ponto.

Ouid.

*Ouid.*11.*metam.*8.

Littus habet solidum, quod nec vestigia seruet,
Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga.

Tale est littus maris apud Cumas, *qu d describit senec. epist.* 55. quod fluctus frequens & concitatus exæquat, longior tranquillitas soluit, cum arenis, quæ humore alligantur, succus abscessit. Atque ideo arena † maris littori tribuitur, *Gen* 22.*v.*17. & pro littore accipitur, *à Gaio lib.* 2. *Inst.* 1. §. 1. De eo est in LL. Frisicis à Wulmaro latis, *tit.* 11. §. 1. Sacrilegus ducitur ad mare , & in sabulo, quod accessus maris operire solet, finduntur aures eius &c. Et pertinet huc quæstio *Aristot. in problem. sect.* 23.*q.* 29. cur littora fluctuosiora solida sæpe efficiantur, cum pars remotior à mari, terræ vero propior, soluta sit admodum & cedens. Sicuti ergo fluuialis insula ad ripæ dominos vicinitatis iure pertinet, *d. l.* 7. §. 3. *de A. R. D. l pen.* §. 1. *eod.* ita & marina proxima ad littorum dominos, vel ea quoque ratione (3) quia in mari etiam alluuionis ius† agnoscitur, & vicinitatis iure æstimatur, *infra cap.* 18. *n.* 77. Ergo & insularum marinarum incrementa propiora eodem iure æstimanda sunt, quia generali alluuionis nomine continentur, *d. ca.* 17. Vt sic optime inuerti possit *Bapt. Permens. lib.* 1. *de alluu.* 2. *n.* 9. argumentatio, quando ab vtriusque paritate ius alluuionis marinæ occupanti vendicat. Quarto: bonum est argumentum † à dominio ad iurisdictionem & contra, *Bart. & Bald. in l. qui furere. ff. de stat. hom. & in l. si dominium, de furt.* Atqui iurisdictio continentis extendit se ad proximas insulas in mari, *Rutger. Ruland. de commiss. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 12. *num.* 3. *vbi allegat Capollam lib.* 3. *de seruit. rust. c.* 33. *n.* 5. *&* 6. *inf. cap.* 14. Ergo & dominium. Denique propiores insulas marinas iuris publici fuisse, & ad vicinas Respubl. pertinuisse exempla † euincunt. Ita Capreæ insula ad Remp. Neapolitanam pertinuit, à qua eas redemit Augustus Cæsar data Ænaria. *Suet. in August. c.* 92. *Plin. lib.* 3. *nat. hist.* 6. *Dion Cass. lib.* 52. *Strabo lib.* 5. *Geogr. Lips. in comment. ad* 4. *annal. Taciti.* Ita Pontiæ insula sita in conspectu littoris sui ad Volscos pertinuit. *Liu. lib.* 9. *dec.* 1. Ita Stæchades insulæ in ostio Rhodani sitæ Massiliensium dicuntur

41 42 43 44

à Tacit. 3 histor. Gobel. in Cosmodr. at. 1. c 6. Macria & Olœssa Rho-
diorum *Plin. lib. 3. cap. 5. & lib. 7. cap. 4.* Imbrus & Lemnus A-
theniensium. *Diodor. lib. 16.* Quibus Antonius etiam plures
concessit, *Reinec. in syntagm. part. 3. fol. 359.* Demenesus Cartha-
ginensium insula. *Arist. in lib. de mirab. auscult.* Iam a item ge-
45 nitiuus † dominium vulgo denotat, *Menoch. de recup. possess. rem. 15. num. 3. Parmens. lib. 2. de alluu. 8. num. 2.* Sed & Oenu sæ, quia vicinæ,
ideo ad Chium pertinuerunt. A cuius incolis, dum eas Pho-
censes exules oblato pretio comparare voluerunt, *apud Herod. li. 1.* satis indicant, ne iure quidem Gent. insulas maris proximas oc
cupantibus patuisse. Et cui dubium esse potest, si publica vtili-
46 tas postulet, insulam maris propinquiorem in vsu Reip. † ac iure
publico manere, quia præoccupare eam possit Resp. priuatis ex-
clusis, *l. pen. §. vlt. de A. R. D.* non solum si iam sit nata & perfecta,
sed & si futura sit & nasci speretur, *arg. l. 8. §. 1. de contr. emt. leg. 11. de hered. vend.* Poteſt enim dominus, si præuiderit, prohibere, ne i-
psius territorium quis ingrediatur occupandi caussa. *leg. 3. §. 1. leg. 5. §. 3. de A. R. D.* Quod & in insulis fluuialibus prope agros limita-
tos ita obtinuisse verisimile est. *leg. 1. §. 6. de flumin.* Quia publica
47 vtilitas † priuatorum commodis semper præfertur. *leg 3. C. de pri-
mi. leg. 2. §. 44. ad SC. Tertull. Paul. 2. sent. 19.* Non obstat *l. 7 §. 3. de A. R. D. & qui ex ea desumtus est §. insula, 22. Inst. de R. D.* quia illi textus
de insulis marinis remotioribus intelligendi sunt, quippe quæ
in alto mari raro, imo rarissime nascuntur, vt dictum. Vt sic pro-
48 pter paritatem rationis idem ius statuendū sit in insulis † marinis
propioribus, quod in insulis fluuialibus statutū, quia hæ iure ci-
uili sine controuersia ad vicinos propiores pertinent *d. leg. 7. §. 3. leg. inter eos, 29. l. ergo 30. de A. R. D. §. 22. Inst. eod. leg. 1. §. 6. de flumin. Hieron. de monte. in tract. fin. reg. cap. 22. num. 4. Bapt. Ay-
49 mus Parm. lib. 1. de alluu. 14.* Idem iure † Saxonico obtinet. *art. 56. li. 2.* Landrecht. Priuati vero fluminis insulæ ad dominum flumi-
nis pertinent, *arg. leg. 1. §. 4. & §. 10. de flumin. leg. 65. §. 1. de A. R. D.*
50 Quod ipsum † quoque de insulis stagnalibus in lacubus ac stagnis
priuatis dicendum, *arg. leg. 12. de A. R. D. leg. 24. §. vlt. de aqua pluu.*

Porro

Porro dominium insularum † vicinis ipso iure acquiritur, et 51
iamsi apprehensio nondum interuenerit, *Parmen.lib.2 de alluu. 8.* quia quoties ex legis dispositione acquirimus, toties dominium ipso iure nanciscimur, *Bart.in l.traditionibus in fi.C.de pact.infra.cap. 30.n.*44. Neque obest, quod ICtus *in l.2.pro suo,* apprehensionem requirere videtur: quia non de dominio, sed de possessione agit. Ex hisce facile colligi potest ratio differentiæ, in qua reddenda nimium se torquent Dd. *ad §.insula, Inst.de R.D.* quare fluuiales † 52
insulæ ad vicinos pertineant, marinæ ad occupantes? Petrus Heig.*ib.& lib.2.quæst. vlt num.*62. hanc reddit, quod flumina publica plerumque eas partes, ex quibus insulæ conflantur, vicinorum ripis detrahant *l.g.30 §.flumina, de A.R.D. leg.vn.§. 3.ne quid in flum.publ.* Æquum ergo esse, commodum incommodo, lucrum † damno pensari.*leg.secundum, de R.I.§.3.Inst.de emt.& vend.* 53
leg. 7.in pr. de peric. & com. Vnde Boetius 2.de Geometr. quem refert Cuiac.10.obs.2. eam insulam ipse sibi vendicabit, inquit, cuius terram tempestatis vis præoccupauit. Sed hac quoque ratione proximæ † marinæ insulæ ad vicinos pertinebunt, quia illorum 54
quoque finibus, vt plurimum detrahuntur. Sicuti de Echinadibus dictum *cap. 4. numer.*18. quas Achelous continenti abrasas, vltra flumen in mare protulit. Deinde fluuius non semper ex vicina ripa materiem insulis struendis adducit, sed sæpe ex dissitis locis, quandoque etiam ex imo fluminis fundo, sine vllo vicinorum damno. *Quod Impp.in leg.1.C. Theod.de alluu. cuius finis refertur in leg.vlt.C.de alluu. agnoscunt.* Et clarissime patet in insula naturali secundi modi, ex recessu † fluminis orta, quæ & ipsa ad vicinos pertinet, cum tamen nihil ad eam 55
contulerint. Nihil enim interest, vtrum de aluei duntaxat solo mutato, an de eo quod superfluum solo & terræ sit, quæratur insula, *teste Iurisconsulto in d. l.30.§.2.de A.R.D.* Denique sunt flumina, quæ nec abluunt, nec euiscerant terras, sed materiam struendis insulis aliunde secum vehunt, vt Nilus, *Senec.lib 4.nat. hist. 9.infra cap.18.* Itaque simplicius est statuere solam † vicinitatem caussam esse, cur insularum incrementa ad priuatos 56

pertineant, *vt pluribus cap. 17. demonstrabimus.* Illa autem cessat
57 in insulis † remotioribus. Ergò illæ occupanti patent. Eo magis quod has Romani pro derelictis habuisse videntur. *arg. l. 1. pro derel.* tum quia interest, Romanum Imp. hominum adiectione augeri, insulasque à quibusdam potius inhabitari, quam à nullis, *arg. l. 7. §. 3. de bon. damnat.* tum etiam vt deportati haberent, vbi nouum domicilium contrahere, bonaque acquirere iterum pos-
58 sent. *arg. l. 15. de interd. & releg.* Superioribus † obstat *l. pen. §. vlt. de A. R. D.* vbi insulam publicam esse debere, ideo quod in flumine publico sit nata, dicitur, Dd. varie ad hunc textum respondēt,
59 *Cuiac.* † 14. *obs. 11 Bolert. 1. recept. lect. 11. Pacius 6. enant. 93.* Distinguētes, volunt insulam fluminis publici vsu publicam esse iuris Gentium: proprietate vero priuatam eorum qui proximiores insulæ agros possident. Sed hanc responsionem refellunt *Hotom. 1. obs. 23. Donell. 4. comment. 29. & ibi Hilligerus in notis. D. Arumaus compater & amicus, quondam etiam collega exerc. instit. 4. th. 14. Treut. 2. disput. 20. th. 5. lit. H. Hakelm. illust. quæst. 19. th. 7. & aly.* Cum enim hoc modo proprietas insulæ præsertim amplioris, vicinis fere semper inutilis futura esset, *arg. l. 3. §. vlt. de vsufr.* non est credendum perpetuam seruitutem ipsi imponere voluisse Labeonem ICtum, præsertim cum in littoribus contrarium statutū sit, quippe quæ & in vsu communi, & proprietate totius populi sunt, *apr.*
60 *n. 32* Itaque *Iulius Capra Vincent. ad d. l. pen §. vlt. quem sequitur Heig. 1. quæst vlt. num. 134. Aruma. d. exer 4. th. 14. in fi. Hilliger in Donell. enu. lib. 4 cap. 29.* hunc textum de eo casu intelligunt, quo prædia vicina sunt iuris publici. Tunc enim etiam insulam proximam eiusdem iuris fieri oportet. Nemo enim dixerit insulam, quæ in Tyberi nata est, in eo alueo, quo Romam vrbem interfluit, pu-
61 blicam non esse. Ecce campus Martius † Romæ in Tyberim desinens haut dubie publicus fuit, *l. 6. in pr. de contr. emt. l. 2. § 9 ne quid in lo publ Strabo lib. 5. Geogr. Guid. Pancirol. de 14 region. vrbis Romæ.*

De eo enim scribit Liu. li. 2. dec. 1. Ager Tarquiniorum, qui inter vrbem & Tyberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit *De eod. in Ouid. 3 fast.*

Quem

Quem †Tyberis curuis in latus vrget aquis.
Vnde etiam campus Tyberinus dictus est, sicuti contra *Stat. li. 2. sylu. in genethlis. Lucan.* Martium Tybrim vocat. Huius autem cāpi ex aduerso insula † Tyberina nata est, eo tempore, quo is in pu- 62
blicum redactus. Vt nullum sit dubium, quin ea publici iuris fuerit, vtpote Æsculapio consecrata temploque decorata *arg. l. 6. §. 2. de A. R. D. l. 9. §. 1. eod. §. 7. Inst. eod. supr. c. 6. n. 48.* Hæc vt vt verissima sint, videri tamen potest Labeo, qui ingenij fiducia † mul- 63
ta innouauit, *l. 2. §. 47. de O. I.* à cæteris Iurisconsultis, *Gaio in l. 7 §. 3. de A. R. D. Pomponio in l. 30. §. 2. eod. Vlpiano in l. 1. §. 6. de flumin.* dissensisse, & hæc quasi paradoxa in libris pithanō̄n siue verisimilium disputandi caussa proposuisse. Cuius tamen sententia à Iustin. Imp. recepta non est, *in § insula, Inst. de R. D.* fortasse quia boni Imperatoris esse putauit, in dubiis iuris † quæstionibus contra fiscū 64
respondere, *l. 10 de iure fisc.* Quo nomine M. Aurelius Philosophus commendatur, quod in caussis compendij nunquam iudicās fisco fauerit, *Capitol. in eius vita.* Aliud videtur sentire Marq. †Freher. *in notis ad constit. Ad. lphi Imp. de insu. is, in verb. spectat ad imperium:* quasi fluminis publici insula olim Labeonis tempore iu- 65
ris publici fuerit, à Iustiniano autem *in §. 22. Inst. de R. D.* in priuatum censum relata. Sed hoc dicere non possumus, cum Iustin. nullum ius nouum circa insulas constituerit, sed à *Gaio in l. 7. §. 3. de A. R D.* aliisque ICtis iam relatum in Institutionibus suis reproduxerit. Quod si ne in his quidem acquiescere volumus, dari possunt † casus speciales in quibus Labeonis sententia *in d. l. pen.* 66
§. vlt. obtinuerit. Primus si vicina prædia publica essent, vt de insula Tyberina iam dictum. Nam etiam insulas quasdam publicas fuisse constat *ex l. 2. §. 3. ne quid in lo. publ.* Secundus: si insula fluuialis à Republ. præoccupata esset, eo quod Reip. forte accommoda esset. Tertius casus est: si insula † sit adeo parua & angu- 67
sta, quod tota dici possit ripa. Tunc enim tota quoque erit in vsu publico, *iuxta Bart. de insul. in verb. communis, quem sequitur Capoll. lib. 2. de seru. rust. 33. num. 9. Bapt. Parmens. lib. 2. de alluu. cap 8. numer. 6. arg. l. 3. de flumin. l. 65. §. 1. de A. R. D.* nam alioquin, si insula sit gran-

dior, reliqua terra priuatorum, solæ tantum ripæ ac littora publi-
68 ca erunt, *l.30.§.1.d.l.65.§.1.de A.R.D.* sicuti etiam portus † insulæ e-
iusdem sunt iuris. *l.15.de publican. Capoll. lib.2. de ser. ru. rust. 28. numer. 3. licet idem in cap.33. numer.8. à seipso dissentire videatur.* Quartus
69 est, in insula fluitante, *de qua supra cap.6.* Hæc enim propemodũ †
publica atque ipsius fluminis est insula. *l. pen. § 2. de A.R.D.* tã quo
ad vsum, quam quo ad proprietatem. *Ias. in leg. quo minus, num.110. de flumin.* Et ratio eius non obscure ex eodem textu colligitur.
Quia solum aluei non tangit. Non ergo iure vicinitatis ac co-
hærentiæ ad proximos agros pertinere potest, *arg. leg.33. ff. de v-*
70 *sufruct.* Deinde, quia dominium † in aere stare non valet, *Menoch. cons.568.n.13.* sed illud maxime certum esse expedit. *l.1. de vsucap. l. 2. §.3. de O.I.* Atque hæc insula nullibi certam sedẽ habet, sed ven-
torum fluctuumque arbitrio hac illac propellitur. Vt nescias
vtri vicinorum sit addicenda. Quintus casus constitui potest, in
71 insulis, quæ in † lacubus ac stagnis publicis resident. Nam & hæ
iuri publico adscribendæ sunt. *arg. l.2. §.2. ne quid in lo. publ. l.1. § 7. vt in flum. publ. l.112. de V.S.* & quia in ipsis quoque præsertim am-
plioribus cessat vicinitas, *arg. d.l.7. §.5. de A.R.D.* Sextus in insulis
marinis propioribus vt dictum. Et septimus vbi insula de con-
suetudine ad ius publicum pertinet, *De qua cap. seq.* Hæc de do-
72 minio insularum naturalium. Quod fortuitas † insulas attinet in
primo modo, nulla est differentia circa dominium. *l.30. §.2. eod.*
Hæ enim vel vicinis cedunt, si propiores sint, vel si remotiores
marinæ occupanti. *d. leg 7. § 3. eod.* Alia ratio fortuitarum in
secundo modo, quia manent eius, cuius antea fuerunt, priusquã
à continenti auellerentur, *d.l.7. §.4. de A.R.D. §.22. Inst. eod. l.30. §. 2. eod. l.1. C. de alluu.* siue fluuiales sint siue marinæ. Quia vtrobi-
que eadem ratio, *arg. l.32. ff. ad L. Aquil.* Neque obest, quod tam
73 in primo † quam secundo modo casus fortuitus non paulatim,
sed impetu ac cum violentia processit, vt propterea idem quoq;
ius vtrobique statuendum videatur. *arg. l.3. § 2. de aqua cottid. d.l. 30. § 2 de A.R.D.* Quia magna subest diuersitatis ratio. Illic enim
in primo modo, prorsus mutata est conditio rei, dum in rerum
per tine-

natura esse desiit terra, ex qua postea insula nata est. *l. 65. §. 10. pro socio. l. 8. §. fin. de solut. l. 21. quib. mod. vsufr. am.* Quo ipso quia proprietatis caussa mutata est, *l. 30. §. 2. de A. R. D.* ac dominium prioris domini extinctum, *l. 10. §. 2. quib. mod. vsusfruct. leg. 3. §. 17. de acq. poss. l. 10. 1. de peric. & com.* non potuit id postea restitui *arg. d. l. 7. §. 5. de A. R. D. §. 23. Inst. eod.* Quia res semel mutata in pristinum statum reduci non potest. *gl. in l. homo liber. de stat. hom.* Et quod semel alienum factum est, etiamsi inde abruptum fuerit, redire ad priorem dominum non potest. *l. 23. §. 5. de R. V. Qua de quaestione plura cap. 29. numer. 81.* Idem quoque obtinet, etiamsi integrae crustae forte extent terrae prioris, dum quam portionem hausit hiatus maris, alio loco reddit, *iuxta Plin. lib. 2. cap. 86.* quia confusio † & interitus rei aequiparantur. *leg. 107. de solut leg. 21. §. 1. de liber. leg.* perinde vt incrementum alluuione nobis acquiritur, etiamsi eius origo, & cuius antea fuerit sciatur, *Parmens. lib. 1. de alluu. 4. nu. 1. & cap. 6.* At posteriori casu, in secundo modo, quamuis pars aliqua terrae à flumine mariue occupata in alueum eius transierit, eiusque dominium eatenus amissum sit, *d. l. 7. § 5. l. 1. §. 6. de flumin.* reliqua tamen terrae portio in insulam secedens domino suo salua manet. Vt non sit aequum casum fortuitum amplius ipsi nocere, quam in illa parte, qua nouum alueum fecit *d. l. 7. §. 4. d. l. 1. §. 6. & 10. de flumin. l. 1. C. de alluu.* Est enim natura fluminis † marisque haec, vt cursu suo mutato aluei casum mutet *d. l. 30. §. 2. de A. R. D.* mutet etiam terrae formam, ex continenti insulam faciens *d. l. 7. §. 4. ibi in formam insulae*: nō etiam proprietatem terrae, quam aqua non occupauit, *dd. ll.* Interim de hac quoque insula dicendum, quod † de naturali, & portus & littora iuris publici esse, *arg. d. l. 65. §. 1. de A. R. D. quem text. de tali casu accipit D. Arumaeus d. exerc. 4. th. 14.* quia flumen vel mare terras diuidens, vtrobique ripas ac littora facit: sicuti de Sicilia auulsa *canit Lucan. lib. 3.*

74 75 76 77

> Qua mare tellurem subitis aut obruit vndis,
> Aut scidit, & mediis fecit sibi littora terris.

Non tantum ergo dominus huiusmodi violēta mutatione alueū

sed

ſed etiam littora de ſuo amittit, quia vtraque publici iuris fiunt. Circa dominium manufactæ inſulæ quodnam ius obtineat, in materia ædificationis videbimus.

CAPVT XI.

De iure regali Inſulæ.

SVMMARIA.

1 *Iuri ciuili per conſuetudinem derogatur.*
2 *Vſus feudales communiter recepti.*
3 *Conſuetudo auferens vicinis inſulas an rationabilis?*
4 *Incrementa fluuialia iure poſitiuo vicinis competunt.*
5 *Princeps eſt dominus iuris ciuilis.*
6 *Princeps nemini res ſuas auferre poteſt.*
7 *Niſi ratione publicæ vtilitatis refuſo pretio.*
8 *Incrementa fluuialia ſunt vicinorum.*
9 *Incrementa prætaerita non pertinent ad regalia.*
10 *Iudicium Cæſaris de inſula.*
11 *Principes priuatorum poſſeſſiones male ſibi appropriant.*
12 *Boni principis officium.*
13 *Non poteſt cuiquam adimi, quod nondum habuit.*
14 *Ruini ſententia à Parmenſi refutata.*
15 *Incrementa fluuialia ſunt incerta & contingentia.*
16 *Spes nondum in bonis noſtris eſt.*
17 *Ius quærendum auferri à principe poteſt.*
18 *Ius præſens præfertur futuro.*
19 *Futura omnia ex euentu ſunt certa.*
20 *A fortunæ iudicio non appellatur.*
21 *Fortuna ſuperiorem non habet.*
22 *Vicini in petendis incrementis certant de lucro captando.*
23 *Ius Reip. vtilius ſemper præferendum eſt.*

24 *Bona*

24 *Bona publica non debent fieri priuata.*
25 *Vires imperij minuendæ non sunt.*
26 *Necessitas publica adauget regalia.*
27 *Aer & aqua omnibus communis.*
28 *Proprietas aeris restricta.*
29 *In flumine publico priuatis agere non licet.*
30 *Aucupium & venatio olim cuiuis concessa.*
31 *Alta venatio pertinet ad regalia.*
32 *Metallifodinæ olim priuati iuris.*
33 *Hodie ad regalia pertinent.*
34 *Res pretiosæ sunt instar regalium.*
35 *Lapilli pretiosi principum proprij.*
36 *Cetini dentes ad Regalia Regis Daniæ pertinent.*
37 *Rhombus & mullus Romanis in deliciis habiti.*
38 *Salmo principum proprius.*
39 *Multa olim communia hodie priuata facta.*
40 *Iura fiscalia principibus adimere est mundum reformare.*
41 *Tributi nomine etiam iura fiscalia continentur.*
42 *Flumina publica pertinent ad regalia.*
43 *Fluminis tres partes, aqua, alueus & ripa.*
44 *Aqua sequitur naturam aluei.*
45 *Alueus cedit flumini.*
46 *Alueus ad regalia pertinet, siue aqua plenus siue vacuus.*
47 *Bona vacantia pertinent ad regalia.*
48 *Thesaurus hodie ad regalia pertinet.*
49 *Ius Albinagij Regum Galliæ proprium.*
50 *Loca deserta & inculta sunt Principum.*
51 *Heigij responsio insufficiens.*
52 *Hereditas adita non amplius est vacans.*
53 *Res dubiæ & incertæ præsumuntur esse principis.*
54 *Ripatica quid denotent?*
55 *Incrementa fluuialia iuri aggerum muniendorum cohærent.*
56 *Superuacuus intellectus in omni interpretatione fugiendus.*
57 *Flumina etiam quo ad proprietatem sunt Cæsaris.*

58 *Dominus potest futurum incrementum in feudum concedere.*
59 *An omnia regalia in iure feudali enumerentur.*
60 *Consuetudo circa regalia multum potest.*
61 *Insulæ hodie ad regalia pertinent.*
62 *Præiudicia Cameræ Imperialis.*
63 *Insulæ Rhodani sunt Regis Galliarum.*
64 *Eiusdem est Rhodanus fluuius.*
65 *Insulæ Muldæ fluuij sunt Electoris Saxoniæ.*
66 *Insulæ Rheni sunt Electoris Palatini.*
67 *Eiusdem est ius auriferum in Rheno.*
68 *In Frisia incrementa fluuialia ad superiores transierunt.*
69 *Ager Biltanus Frisiæ Occidentalis amplissimus.*
70 *Comitis Frisiæ orientalis iura circa insulas.*
71 *Ioh. Goddæi consilium de alluuione maris contra Comitem F.Or.*
72 *Incrementa fluuialia Comitis Oldenburgici propria.*
73 *De Polonorum consuetudine remissiue.*
74 *Iura regalia non nisi inter principes ventilantur.*
75 *Intentio eius qui insulas regalibus asserit fundata.*
76 *Doctori de consuetudine in scriptis attestanti standum est.*
77 *Historicis in iis, quæ facta sunt, creditur.*
78 *Marinæ insulæ quatenus ad regalia pertineant?*
79 *Item stagnales insulæ.*
80 *Item fluitantes & fortuitæ.*
81 *Fortuitæ per vim abruptæ manent in suo statu.*
82 *Priuilegium ciuitatis Spirensis.*
83 *Frustra per priuilegium impetratur, quod iure communi competit.*
84 *Vbi ius commune obtinet, ibi insulæ ad regalia non pertinent.*

OMINIVM insulæ ex iure ciuili enodauimus, restat videre quid de consuetudine obtineat. Per illam enim iuri † ciuili derogari posse constat, *ex l. 32. & seqq. de LL. Domin. à Soto lib. 1. de iust. & iur. q. 7. art.* 2. Est enim consuetudo omni lege valentior. *Senec. 5. de benef. 21.* Et vnus est Legum corrector vsus, *Liu. lib. 5. dec. 5* vsque adeo vt nulla sit lex positiua, quæ

1 (margin, beside "Per illam enim iuri †")

non

non possit contraria consuetudine tolli, *iuxta Bald.in cap.Imperialem,§.praeterea, de proh.feud. alien. per Frider.* Quam potestatem sibi maxime vendicant mores feudales, *in cap. vn.2.F.* 1.ab aliis quoque populis extra Imperium Rom.† communiter recepti, *Cuiac.* 2
lib.1.feud.in pr.Vult. 1.*feud.1.num.6.Bodin.lib.1.de Rep.9.n.*113. Eo autem iure insulas ad regalia Principum pertinere, nos probaturos confidimus. Quamuis vero Alber. Brunus *in cons.159.in fi.lib.2.* statuat consuetudinem, quae † vicinis ius alluuionis & glareae adimit, in foro conscientiae non procedere, nec satis tutam esse. 3
Quod ad insulas quoque extendit Petrus Heig.*lib.2.quaest.vlt. nu. 67.quem sequitur Philip.Henon. disp.3.de reg.iur.ad l.* 0. *q.* 3. tamen non est temere conscientiis crux figenda, neque trepidandũ timore, vbi non est timendum, *iuxta gl.in cap.pastoralis,28 §.quia vero, extra de off. deleg.* Certum enim est, quod haec incrementa, † neque diuino neque Canonico iure vicinis tribuantur, *vt notant Canonist.in c.cum M.Ferrar.9.extra de constit.* sed tantum iure positiuo *in l.7.§ 3.de A.R.D.c.quo iure,dist.8.* Quod autem iure positiuo ipsis concessum est, id alio iure positiuo vicissim auferri potest, *arg.l.137.§.6.de V.O.l.vlt.C.de LL.l.35.de reg. iur.* quia princeps dominus est iuris † ciuilis.*l.princeps,31.de LL.c. innotuit, extra de elect.* 4 5
Neque obest, si dicas, non posse priuatis dominia rerum suarum sine insigni † iniuria auferri à Principe, ne quidem ex absoluta potestate, *l.id quod nostrum,de R.I.l.9.C.de oper.publ.l.*10 *C.de SS. Eccles.Mynf.lib.5 obs.97 Vasquius lib.1.contr 5.& 4. contr. 1.numer. 27. Menoch.lib.2.arb.iud. quaest.48. numer.17. Couar lib.3. var.1.resol. 6. Hotom.Illust.quaest.1. Ant.Tessaur.decis.91.numer. 1. & Dd. passim.* nisi forte ex caussa † publicae vtilitatis, *Gail lib.2.obs 56. nu.2. Pruckm. de regal. c.4.numer.4.arg.leg. Lucius 6.de euict.leg.15.§.2.de R.V.* succedente tamen rei ablatae aequiualente pretio, *Pinell.ad rubr.C.de rescind.vend.Graua lib 2.concl.36.* Iam autem incrementa † fluuialia sunt in dominio vicinorum statim & ipso iure, simul ac nata sunt. *leg. 7. §. 2. & 3. de A. R. D. §.praeterea. Inst. eod. vt cap. praeced.probatum.* Respondetur enim per distinctionem: Aut loquimur de † incrementis praeteritis, quae hactenus à priuatis vel vi- 6 7 8 9

cinis bona fide pro suis possessa & præscripta sunt. Et illorum dominium princeps auferre non potest. Quomodo recte docet *Regn. Sixtin. inter consi. Marp. vol. 2. cons. 14. n. 120. & Ioh. Gædd. in cons. de alluu. maris, post tractatum Noe Meureri, n. 262. & seq.* littora maris in vsu publico esse, quatenus ab alio vsus non sit præoccupatus & præscriptus, *arg. l. in tantum, ff. de R. D. l. si quisquam, ff. de diuers. & temp præscr.* Atque huc videtur pertinere historia, *quam de Henrico Imp.*
10 *describit Dithmar. Mersburg. li. 7. histor.* Cæsar Alsteti † populo ius dixit. Insulam, quam Sweins vocant, sibi ipsi per iniquos iudices addicere voluit. Sed Wigmannus Comes ipsi contradixit, testatus publice id iniquum esse &c. Nimirum quia in priuatorum dominio hactenus fuerat. Quamquam etiam aliam prætensionẽ ad illam Cæsar habuisse videtur, quasi propter delictum in commissum cecidisset. Et potest huc referri, quidquid à Menoch. *lib. 3. d. præsumt. 100. n. 7. & 8.* adducitur, vbi recte reprehendit Prin-
11 cipes, † quod male agant, qui prędia, syluas & insulas hactenus à priuatis aut vniuersitatibus cultas & possessas. Cameræ suæ appropiare contendunt *De qua tamen quæstione quid sentiat Ioh. Kopp n 2. decis. 3. ibi videre licet.* Sicuti contra Plin. in paneg. Traianum
12 Imp. eo nomine laudans: non exturbatis, † inquit, prioribus dominis, omne stagnum, omnem lacum, omnem saltum possessione circumuenis, nec vnius oculis flumina, montes maria deseruiunt. Et simili laude Fridericum Imp. ornat *Gunth. in Ligur. lib. 8. v. 579.* Aut loquimur de incrementis futuris vel hodie natis, *de quibus d. l. 7. § 3. de A. R. D. & nos hic agimus,* & male dicuntur adimi priuatis vel vicinis, cum ea nunquam actu in suo dominio habu-
13 erint. Quia amisisse non † videtur, qui nunquam habuit. *l. 208. de R. I.* Et priuatio semper requirit habitum. *c. quod vero formatum 32. q. 2. Ebrh. in top. in lo. 26 n. 1.* Et quamuis hæc futura incremen-
14 ta cum prioribus eodem loco habeat † Ruinus *in cons. 95. n. 3. & 4. lib. 1* quia conditio, si nata fuerit, confertur in id tempus, quo iam vicinis est acquisitum, *arg. l. 1. in fi. de cond. & dem. iunct. l. in tempus. 62. de here. inst.* tamen eum recte refutat *Bapt. Parmens. lib. 1. de alluu.*
15 *10. n. 6* Quia vicini circa incrementa † fluuialia futura non habẽt ius

ius quæsitum, sed ius quærendum, quod adhuc incertum est, ac in mera spe positũ, *arg. l 11. de hered. vend.* nec magis in bonis † no- 16
stris esse videtur, *l. 12. de V. S.* quam certum est, iacto in mare reti pisces me capturum *l. 12. de act. emt. l. 29. §. 3. ad L. Aquil.* Iam autem de futuris contingentibus non est ratio habenda à principe. *l. fin. C. si contra ius vel vtil. c. quæ in Ecclesiarum, extra de constit.* Et facilius aufertur † ius quærendum, quam quæsitum, *ipso Heig. concedente in* 17
d. q. v. t. num. 15. & Gæld in d. cons. de allun. mar. n. 339. Gail. 2. obs 142. Facilius etiam impeditur. *l. quod autem, in pr. quæ in fraud. cred. gl. & Dd. in l. seruus creditoris, C. de pact. Decian. resp. 5. n. 20. vol. 1. Aim. Crauet. cons. 332. n. 18.* quia ius † præsens semper spei præfertur. *l. 2. de stat.* 18
li. l. 8. §. 3. de contr. emt. Quo pertinet prouerb. gl. in l cum hi, de transf. quod ref. It Alciat. lib. 4 de V. S. n. 4.

In præsens oua, cras pullis sunt meliora.

Atque huic iuri quærendo princeps etiã sine caussa derogare potest, *Parmens. d. c. 10 n 3. arg l. 16. de A. R. D. l. quo minus, & ibi Ias. nu. 9. de flumin.* Et ridicula est Rumi collectio, quia sic omnia futura † ex 19
euentu non solum sunt certa, *arg. l. 28. in fi. de iudic.* sed & necessaria, iuxta regulam Logicorum: omne quod est, eo ipso quod est, necessario est. Et quid? si insula illic nata non fuisset, aut saltem alio fluminis loco? Ecquid contra fortunam † actionem inten- 20
tassent vicini? à cuius iudicio ne appellari quidem voluit Bald. *in l. fin. C commu. de legat.* Quia superiorem † in mundo non habet, 21
Vasq. lib. 2. illust. contr. 93. a. 4. gloss ad art. 29. lib. 3. Landr. *Daniel Moll. in comment. ad Constit. Saxo. p 3. cap. 15. n 9.* Quid si ab initio à iure ciuili Reip. adscripta fuisset? *vt in l. pen. §. vlt. de A. R. D.* Ecquid subditi nunc conqueri possunt? qui etiam boni consulere debent, quod acceperunt. *l 12. §. 1. de iure dot* Eo magis quod † ipsi non de dam- 22
no vitando, sed de lucro captando certant. Quod in iure ciuili non attenditur. *l. 33. de R. I. l. 21. §. 3. de act. emt. l. vlt. de peric. & com. l. 16. de iure dot.* Vnde & lucri intertrimentum dicitur *à Matth. VVesemb. in cons. 67. n. 13. vol. 2. & cons. 34. n. 21. vol. 1. Borch. cons. 6. fol. (mihi) 73.* Non obstat ratio ex *l. 10. de R. I* desumta, quam tantopere vrget *Pet. Heig. p. 2. q. vlt. numer. 64. & ex eo Hanon. d. d. 3. de Reg-*

iur.q.3. quia ad eam cap. præced. responsum est. Deinde & hoc considerandum est, vtrum ius circa insulas, hodie mutato Reip. statu publice sit vtilius? An illud ius ciuile scriptum *in l. vlt. C. de*
23 *alluu.* an hoc consuetudinarium? Quod enim † vtilius est, sine dubitatione præferendum. *l. 51. §. fin. ad L. Aquil. l. 43. de relig. & sum t fun.* Alioqui vix est, vt non Respubl. damnum sentiat, si vires ex publico in priuatum magis, singulisque ciuium quæ-
24 rant r, ac sacrosancta omnia † profana, publica priuata fiant, *vt conq er tur Plin. l b. 16. nat. hist. 2. Et prohibet Imp. Zeno in leg. 9. C. de aqu adu . Quod ipse Heig. d. q. vlt. num. 75. pluribus confirmat.* Et vni-
25 cum st hodierni Imp. † Romano-Germanici detrimentum, *vt dedux t lim in or t. de ordin. Rep. Rom. nobiliss. Iulius Pflugius Episcopus*
26 *N m u g sis.* Iam autem necessitas † & indigentia temporum no stro um, vt & fisci inopia suadet, huiusmodi lucra & incrementa obuenientia regalibus annumerari, *per ea quæ in simili tradunt Appian lib. 4. de bell. ciuil. Velle. Paterc. lib. 2. hist. Bodin. lib. 6. de Rep. 2.* Quæ olim florente adhuc imperio & abundante ærario, vel nullius dominio, vel priuatorum lucro relicta erant. *arg. l. 1 de A. R. D. l. 1. 2. 3. & seq. d. A. R. D.* Quod adeo obtinet, vt ne illa quidem, quæ iure naturali cuiuis patebant, hodie à proprietatis nexu sint libera. Quid communius & magis proprium humanis neces-
27 sitatibus aere, † quippe sine quo ne viuere quidem possumus? *leg. 2. ff. C. de aliment. pup. il. leg. 2. de R. D. §. 1. Inst. eo.* Et tamen nemini licet in suo molendinum erigere πνευματικὸν, siue ventosum, nisi aerem à Principe redemerit. Quid itidem communius aqua? De qua Latona *apud Ouid. 6. met. 4.*

Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est,
Nec Solem proprium Natura, nec aera fecit,
Nec tenues vndas: ad publica munera veni.

28 Et tamen aquæ quoque separantur, & ipsa naturæ † elementa vi pecuniæ discreta sunt, *ait P in. lib. 19. nat. hist. 4. Et clarius Ambros. lib. 5. hexam. 10.* Spacia maris sibi vendicant iure mancipij, piscium que iura sicut vernaculorum conditione sibi seruitij cõmemorant.

morant. Iste, inquiunt, sinus maris meus est, ille alterius. Diuidunt elementa sibi potentes. De publico Rom. iure priuatis ademto conqueruntur Germani, *apud Tacit. 4. histor.* ad hunc diem inquiunt, flumina & terras, & cœlum quodammodo ipsum clauserunt Romani. Hinc est, quod in † flumine publico nec molendinum cuiquam extruere licet sine licentia principis, *Bart. & Angel. in l. fluminum, 24. de damn. inf. Iacob. de feud. in verb. fluminibus* 29
nec nauigare nisi certo vectigali, quod nauigium vocat Guntherus. *And. Rauchbar quaest. Saxon. 23.* nec piscari sine piscationum pensione. *cap. vn. quae sunt regal.* Sed & venatio & † aucupiũ olim cuiuis patebant. *l. 1. l. 3. & seqq. de A. R. D. l. 12. de instr. l. g.* 30
quæ hodie ad principes & regalia transierunt, vt supra dictum saltem quo ad feras maiores, des hohen Wildprets. *Schurd. de feud. p. 3. cap. 4. numer. 47. Iacob. in verb. & cum venat. Gail. 2. obs. 66. & seqq. & ibi Greue. concl. 68. P. Frid. Mindanus l. b. 2. de process. cap. 36. nu.* 31
7. sicuti etiam maioris aucupij, *de quo Gilman. 1. decis. 49.* ne scilicet impediatur paissa nobilium. *vt Aluarot. loquitur in §. nemo retia, de pac. ten. in V. F.* Ita & metallifodinas † omnis generis olim priuatorum fuisse, ex multis historiarum & iuris ciuilis locis constat, *l. 9. § 2. de vsufru. Cuiac. 15. obs. 21. Heig. 1. quaest. 13. numer. 17.* Quibus tamen sensim ac pedetentim subtractæ sunt initio facto à Tiberio Cæsare, qui publicatis bonis S. Marij Hispanorum ditissimi, aurarias eius sepofuit, *Tacit. 6. annal.* Et Hannibalis argentaria in Hispania 300. pondo indies subministrauit. *Plin. lib. 33. cap. 6.* Sed & æs Salustianum in Centronum tractu, & Liuianum in Gallia, vtrumque à metallorum dominis dictum, illud ab amico Augusti, hoc à coniuge. *Plin. lib. 34. c. 2.* Quæ hodie † omnia inter regalia habentur, *VVesemb. in cons. 45. num. 24. Coler. decis. 98. Rauchbar. quaest. 2.* Quædam etiam ad Electores transierunt ex speciali priuilegio A. B. Caroli 4. *de quo Heig. d. q. 13. And. Knich. de iure Saxon. non prouoc. cap. 5. num. 105.* Et quæ plura alia huc referri possunt, etiam ex iis rebus, † quas vel raritas, vel naturæ præstantia, nobilitauit. Pretiosos enim 32 33 34

cibos

dior, reliqua terra priuatorum, solæ tantum ripæ ac littora publi-
68 ca erunt, *l. 30. §. 1. d. l. 65. §. 1. de A. R. D.* sicuti etiam portus † insulæ eiusdem sunt iuris. *l. 15. de publican. Capolla lib. 2. de ser ru. rust. 28. numer. 3. licet idem in cap. 33. numer. 8. à seipso dissentire videatur.* Quartus
69 est, in insula fluitante, *de qua supra cap. 6.* Hæc enim propemodũ † publica atque ipsius fluminis est insula. *l. pen. § 2. de A. R. D.* tã quo ad vsum, quam quo ad proprietatem. *Ias. in leg. quo minus, num. 10. de flumin.* Et ratio eius non obscure ex eodem textu colligitur. Quia solum aluei non tangit. Non ergo iure vicinitatis ac cohærentiæ ad proximos agros pertinere potest, *arg. leg. 33. ff. de v-*
70 *susfruct.* Deinde, quia dominium † in aere stare non valet, *Menoch. cons. 568. n. 13.* sed illud maxime certum esse expedit. *l. 1. de vsucap. l. 2. §. 3. de O. I.* Atque hæc insula nullibi certam sedẽ habet, sed ventorum fluctuumque arbitrio hac illac propellitur. Vt nescias, vtri vicinorum sit addicenda. Quintus casus constitui potest, in
71 insulis, quæ in † lacubus ac stagnis publicis resident. Nam & hæ iuri publico adscribendæ sunt. *arg. l. 2. §. 2. ne quid in lo. publ. l. 1. § 7. vt in flum publ. l. 112. de V. S.* & quia in ipsis quoque præsertim amplioribus cessat vicinitas, *arg. d. l. 7. §. 5. de A. R. D.* Sextus in insulis marinis propioribus vt dictum. Et septimus vbi insula de consuetudine ad ius publicum pertinet, *De qua cap. seq.* Hæc de do-
72 minio insularum naturalium. Quod fortuitas † insulas attinet in primo modo, nulla est differentia circa dominium *l. 30. §. 2. eod.* Hæ enim vel vicinis cedunt, si propiores sint, vel si remotiores marinæ occupanti. *d. leg 7. §. 3. eod.* Alia ratio fortuitarum in secundo modo, quia manent eius, cuius antea fuerunt, priusquã à continenti auellerentur, *d. l. 7. §. 4. de A. R. D. §. 22. Inst. eod. l. 30. §. 2. eod. l. 1. C. de alluu.* siue fluuiales sint siue marinæ. Quia vtrobique eadem ratio, *arg. l. 32. ff. ad L. Aquil.* Neque obest, quod tam
73 in primo † quam secundo modo casus fortuitus non paulatim, sed impetu ac cum violentia processit, vt propterea idem quoq; ius vtrobique statuendum videatur. *arg. l. 3. § 2. de aqua cottid. d. l. 30. §. 2 de A. R. D.* Quia magna subest diuersitatis ratio. Illic enim in primo modo, prorsus mutata est conditio rei, dum in rerum

per tine-

natura esse desiit terra, ex qua postea insula nata est. *l. 63. §. 10. pro socio. l. 8. §. fin. de solut. l. 21. quib. mod. vsufr. am.* Quo ipso quia proprietatis caussa mutata est, *l. 30. §. 2. de A. R. D.* ac dominium prioris domini extinctum, *l. 10. §. 2. quib. mod. vsusfruct. leg. 3. §. 17. de acq. poss. l. 10. 1. de peric. & com.* non potuit id postea restitui *arg. d. l. 7. §. 5. de A. R. D. §. 23. Inst. eod.* Quia res semel mutata in pristinum statum reduci non potest. *gl. in l homo liber. de stat. hom.* Et quod semel alienum factum est, etiamsi inde abruptum fuerit, redire ad priorem dominum non potest. *l. 23. §. 5. de R. V. Qua de quæstione plura cap. 29. numer. 81.* Idem quoque obtinet, etiamsi integræ crustæ forte extent terræ prioris, dum quam portionem hausit hiatus maris, alio loco reddit, *iuxta Plin. lib. 2. cap. 86.* quia confusio † & interitus rei æquiparantur. *leg. 107. de solut leg. 21. §. 1. de liber. leg.* perinde vt incrementum alluuione nobis acquiritur, etiamsi eius origo, & cuius antea fuerit sciatur, *Parmens. lib. 1. de alluu. 4. nu. 1. & cap. 6.* At posteriori casu, in secundo modo, quamuis pars aliqua terræ à flumine mariue occupata in alueum eius transierit, eiusque dominium eatenus amissum sit, *d. l. 7. § 5. l. 1. §. 6. de flumin.* reliqua tamen terræ portio in insulam secedens domino suo salua manet. Vt non sit æquum casum fortuitum amplius ipsi nocere, quam in illa parte, qua nouum alueum fecit *d. l. 7. §. 4. d. l. 1. §. 6. & 10. de flumin. l. 1. C. de alluu.* Est enim natura fluminis † marisque hæc, vt cursu suo mutato aluei casum mutet *d l. 30. §. 2. de A. R. D.* mutet etiam terræ formam, ex continenti insulam faciens *d. l. 7. §. 4. ibi in formam insulæ:* nō etiam proprietatem terræ, quam aqua non occupauit, *dd. ll.* Interim de hac quoque insula dicendum, quod † de naturali, & portus & littora iuris publici esse, *arg. d. l. 65. §. 1. de A. R. D. quem text. de tali casu accipit D. Arumæus d. exerc. 4. th. 14.* quia flumen vel mare terras diuidens, vtrobique ripas ac littora facit: sicuti de Sicilia auulsa *canit Lucan. lib. 3.*

74 75 76 77

> Qua mare tellurem subitis aut obruit vndis,
> Aut scidit, & mediis fecit sibi littora terris.

Non tantum ergo dominus huiusmodi violēta mutatione alueū

sed

ſed etiam littora de ſuo amittit, quia vtraque publici iuris fiunt. Circa dominium manufactæ inſulæ quodnam ius obtineat, in materia ædificationis videbimus.

CAPVT XI.

De iure regali Inſulæ.

SVMMARIA.

1 *Iuri ciuili per conſuetudinem derogatur.*
2 *Vſus feudales communiter recepti.*
3 *Conſuetudo auferens vicinis inſulas an rationabilis?*
4 *Incrementa fluuialia iure poſitiuo vicinis competunt.*
5 *Princeps eſt dominus iuris ciuilis.*
6 *Princeps nemini res ſuas auferre poteſt.*
7 *Niſi ratione publicæ vtilitatis refuſo pretio.*
8 *Incrementa fluuialia ſunt vicinorum.*
9 *Incrementa præterita non pertinent ad regalia.*
10 *Iudicium Cæſaris de inſula.*
11 *Principes priuatorum poſſeſſiones male ſibi appropriant.*
12 *Boni principis officium.*
13 *Non poteſt cuiquam adimi, quod nondum habuit.*
14 *Ruini ſententia à Parmenſi refutata.*
15 *Incrementa fluuialia ſunt incerta & contingentia.*
16 *Spes nondum in bonis noſtris eſt.*
17 *Ius quærendum auferri à principe poteſt.*
18 *Ius præſens præfertur futuro.*
19 *Futura omnia ex euentu ſunt certa.*
20 *A fortunæ iudicio non appellatur.*
21 *Fortuna ſuperiorem non habet.*
22 *Vicini in petendis incrementis certant de lucro captando.*
23 *Ius Reip. vtilius ſemper præferendum eſt.*

24 Bona

24 *Bona publica non debent fieri priuata.*
25 *Vires imperij minuendæ non sunt.*
26 *Necessitas publica adauget regalia.*
27 *Aer & aqua omnibus communis.*
28 *Proprietas aeris restricta.*
29 *In flumine publico priuatis agere non licet.*
30 *Aucupium & venatio olim cuiuis concessa.*
31 *Alta venatio pertinet ad regalia.*
32 *Metallifodinæ olim priuati iuris.*
33 *Hodie ad regalia pertinent.*
34 *Res pretiosæ sunt instar regalium.*
35 *Lapilli pretiosi principum proprij.*
36 *Cetini dentes ad Regalia Regis Daniæ pertinent.*
37 *Rhombus & mulus Romanis in delicijs habiti.*
38 *Salmo principum proprius.*
39 *Multa olim communia hodie priuata facta.*
40 *Iura fiscalia principibus adimere est mundum reformare.*
41 *Tributi nomine etiam iura fiscalia continentur.*
42 *Flumina publica pertinent ad regalia.*
43 *Fluminis tres partes, aqua, alueus & ripa.*
44 *Aqua sequitur naturam aluei.*
45 *Alueus cedit flumini.*
46 *Alueus ad regalia pertinet, siue aqua plenus siue vacuus.*
47 *Bona vacantia pertinent ad regalia.*
48 *Thesaurus hodie ad regalia pertinet.*
49 *Ius Albinagij Regum Galliæ proprium.*
50 *Loca deserta & inculta sunt Principum.*
51 *Heigij responsio insufficiens.*
52 *Hereditas adita non amplius est vacans.*
53 *Res dubiæ & incertæ præsumuntur esse principis.*
54 *Ripatica quid denotent?*
55 *Incrementa fluuialia iuri aggerum muniendorum cohærent.*
56 *Superuacuus intellectus in omni interpretatione fugiendus.*
57 *Flumina etiam quo ad proprietatem sunt Cæsaris.*

58 *Dominus potest futurum incrementum in feudum concedere.*
59 *An omnia regalia in iure feudali enumerentur.*
60 *Consuetudo circa regalia multum potest.*
61 *Insula hodie ad regalia pertinent.*
62 *Præiudicia Cameræ Imperialis.*
63 *Insulæ Rhodani sunt Regis Galliarum.*
64 *Eiusdem est Rhodanus fluuius.*
65 *Insulæ Muldæ fluuij sunt Electoris Saxoniæ.*
66 *Insulæ Rheni sunt Electoris Palatini.*
67 *Eiusdem est ius auriferum in Rheno.*
68 *In Frisia incrementa fluuialia ad superiores transierunt.*
69 *Ager Biltanus Frisiæ Occidentalis amplissimus.*
70 *Comitis Frisiæ orientalis iura circa insulas.*
71 *Ioh. Goddæi consilium de alluuione maris contra Comitem F.O.*
72 *Incrementa fluuialia Comitis Oldenburgici propria.*
73 *De Polonorum consuetudine remissiue.*
74 *Iura regalia non nisi inter principes ventilantur.*
75 *Intentio eius qui insulas regalibus asserit fundata.*
76 *Doctori de consuetudine in scriptis attestanti standum est.*
77 *Historicis in iis, quæ facta sunt, creditur.*
78 *Marinæ insulæ quatenus ad regalia pertineant.*
79 *Item stagnales insulæ.*
80 *Item fluitantes & fortuitæ.*
81 *Fortuitæ per vim abruptæ manent in suo statu.*
82 *Priuilegium ciuitatis Spirensis.*
83 *Frustra per priuilegium impetratur, quod iure communi competit.*
84 *Vbi ius commune obtinet, ibi insulæ ad regalia non pertinent.*

DOMINIVM insulæ ex iure ciuili enodauimus, restat videre quid de consuetudine obtineat. Per illam enim iuri † ciuili derogari posse constat, *ex l. 32. & seqq. de LL. Domin. à Soto lib. 1. de iust. & iur. q. 7 art. 2.* Est enim consuetudo omni lege valentior. *Senec. 5. de benef. 21.* Et vnus est Legum corrector vsus, *Liu. lib. 5. dec. 5* vsque adeo vt nulla sit lex positiua, quæ non

1

non possit contraria consuetudine tolli, *iuxta Bald. in cap. Imperialem, §. praterea, de prob. feud. alien. per Frider.* Quam potestatem sibi maxime vendicant mores feudales, *in cap. vn. 2. F.* 1. ab aliis quoque populis extra Imperium Rom. † communiter recepti, *Cuiac.* 2
lib. 1. feud. in pr. Vult. 1. *feud.* 1. *num. 6. Bodin. lib. 1. de Rep. 9. n.* 113. Eo autem iure insulas ad regalia Principum pertinere, nos probaturos confidimus. Quamuis vero Alber. Brunus *in consi. 159. in fi. lib. 2.* statuat consuetudinem, quæ † vicinis ius alluuionis & glareæ a- 3
dimit, in foro conscientiæ non procedere, nec satis tutam esse. Quod ad insulas quoque extendit Petrus Heig. *lib. 2. quæst. vlt. nu. 67. quem sequitur Philip. Hænon. disp. 3. de reg. iur. ad l.* 10. *q.* 3. tamen non est temere conscientiis crux figenda, neque trepidandū timore, vbi non est timendum, *iuxta gl. in cap. pastoralis, 28 §. quia vero, extra de off. deleg.* Certum enim est, quod hæc incrementa, † ne- 4
que diuino neque Canonico iure vicinis tribuantur, *vt notant Canonist. in c. cum M. Ferrar. 9. extra de constit.* sed tantum iure positiuo *in l. 7. § 3. de A. R. D. c. quo iure, dist. 8.* Quod autem iure positiuo ipsis concessum est, id alio iure positiuo vicissim auferri potest, *arg. l. 137. §. 6. de V. O. l. vlt. C. de LL. l. 35. de reg. iur.* quia princeps dominus est iuris † ciuilis. *l. princeps, 31. de LL. c. innotuit, extra de elect.* 5
Neque obest, si dicas, non posse priuatis dominia rerum suarum sine insigni † iniuria auferri à Principe, ne quidem ex absoluta 6
potestate, *l. id quod nostrum, de R. I. l. 9. C. de oper. publ. l.* 10 *C. de SS. Eccles. Mynsi. lib. 5 obs. 97 Vasquius lib. 1. contr 5. & 4. contr. 1. numer. 27. Menoch. lib. 2. arb. iud. quæst. 48. numer. 17. Couar lib. 3. variar. resol. 6. Hotom. Illust. quæst. 1. Ant. Tessaur. decis. 91 numer. 1. & Dd. passim.* nisi forte ex caussa † publicæ vtilitatis, *Gail lib. 2. obs 56. nu. 2. Pruckm.* 7
de regal. c. 4. numer. 4. arg. leg. Lucius 6. de euict. leg. 15. §. 2. de R. V. succedente tamen rei ablatæ æquiualente pretio, *Pinell. ad rubr. C. de rescind. vend. Graue lib 2. consil. 36.* Iam autem incrementa † fluuialia sunt in dominio vicinorum statim & ipso iure, simul ac nata sunt. *leg. 7. §. 2. & 3. de A. R. D. §. præterea. Inst. eod. vt cap. praeced. probatum.* Respondetur enim per distinctionem: Aut loquimur de † incrementis præteritis, quæ hactenus à priuatis vel vi- 9

cinis bona fide pro suis possessa & præscripta sunt. Et illorum dominium princeps auferre non potest. Quomodo recte docēt *Regn. Sixtin. inter conf. Marp. vol. 2. conf. 14. n. 120. & Ioh. Gadd. in conf. de alluu. maris, post tractatum Noe Meureri, n. 262. & seq.* littora maris in vsu publico esse, quatenus ab alio vsus non sit præoccupatus & præscriptus, *arg. l. in tantum, ff. de R. D. l. si quisquam, ff. de diuers. & temp præscr.* Atque huc videtur pertinere historia, *quam de Henrico Imp.*
10 *describit Dithmar. Merseburg. li. 7. histor.* Cęsar Alsteti † populo ius dixit. Insulam, quam Sweins vocant, sibi ipsi per iniquos iudices addicere voluit. Sed Wigmannus Comes ipsi contradixit, testatus publice id iniquum esse &c. Nimirum quia in priuatorum dominio hactenus fuerat. Quamquam etiam aliam prætensionē ad illam Cæsar habuisse videtur, quasi propter delictum in commissum cecidisset. Et potest huc referri, quidquid à Menoch. *lib. 3. d. præsumt. 100. n. 7. & 8.* adducitur, vbi recte reprehendit Prin-
11 cipes, † quod male agant, qui prędia, syluas & insulas hactenus à priuatis aut vniuersitatibus cultas & possessas Cameræ suæ appropiare contendunt *De qua tamen quæstione quid sentiat Ioh. Kopp n 2. decis. 3. ibi videre licet.* Sicuti contra Plin. in paneg. Traianum
12 Imp. eo nomine laudans: non exturbatis, † inquit, prioribus dominis, omne stagnum, omnem lacum, omnem saltum possessione circumuenis, nec vnius oculis flumina, montes maria deseruiunt. Et simili laude Fridericum Imp. ornat *Gunth. in Ligur. lib. 8. v. 579.* Aut loquimur de incrementis futuris vel hodie natis, *de quibus d. l. 7. §. 3. de A. R. D. & nos hic agimus,* & male dicuntur adimi priuatis vel vicinis, cum ea nunquam actu in suo dominio habu-
13 erint. Quia amisisse non † videtur, qui nunquam habuit. *l. 208. de R. I.* Et priuatio semper requirit habitum. *c. quod vero formatum 32. q. 2. Eb rh. in top. in lo. 26 n. 1.* Et quamuis hæc futura incremen-
14 ta cum prioribus eodem loco habeat † Ruinus *in conf. 95. n. 3. & 4. lib. 1* quia conditio, si nata fuerit, confertur in id tempus, quo iam vicinis est acquisitum, *arg. l. 1. in fi. de cond. & dem. iunct. l. in tempus. 62. de here. inst.* tamen eum recte refutat *Bapt. Parmens. lib. 1. de alluu.*
15 *10. n. 6.* Quia vicini circa incrementa † fluuialia futura non habēt ius

ius quæsitum, sed ius quærendum, quod adhuc incertum est, ac in mera spe positũ, *arg. l. 11. de hered. vend.* nec magis in bonis† no- 16
stris esse videtur, *l. 12. de V. S.* quam certum est, iacto in mare reti pisces me capturum *l. 12 de act. emt. l. 29. §. 3. ad L. Aquil.* Iam autem de futuris contingentibus non est ratio habenda à principe. *l. fin. C. si contra ius vel vtil. c. quæ in Ecclesiarum, extra de constit.* Et facilius aufertur † ius quærendum, quam quæsitum, *ipso Heig. concedente in* 17
d. q. v. t. num. 15. & Gædd in d. cons. de alluu. m. r. n. 339. Gail. 2. obs 142. Facilius etiam impeditur. *l. quod autem, in pr. quæ in fraud. cred. gl. & Dd. in l. seruus creditoris, C. de pact. Decian. resp. 5. n. 20. vol. 1. Aim. Crauet. cons. 33 z. n. 18.* quia ius † præsens semper spei præfertur. *l. 2. de stat.* 18
li. l. 8. §. 3. de contr. emt. Quo pertinet prouerb. gl. in l cum hi, de trans. quod refert Alciat. lib. 4 de V. S. n. 4.

In præsens oua, cras pullis sunt meliora.

Atque huic iuri quærendo princeps etiã sine caussa derogare potest, *Parmens. d. c. 10 n 3. arg. l. 16. de A. R. D. l. quo minus, & ibi Ias. nu. 9. de flumin.* Et ridicula est Ruini collectio, quia sic omnia futura † ex 19
euentu non solum sunt certa, *arg. l. 28. in fi. de iudic.* sed & necessaria, iuxta regulam Logicorum: omne quod est, eo ipso quod est, necessario est. Et quid? si insula illic nata non fuisset, aut saltem alio fluminis loco? Ecquid contra fortunam † actionem intentassent vicini? à cuius iudicio ne appellari quidem voluit Bald. *in* 20
l. fin. C commu. de legat. Quia superiorem † in mundo non habet, 21
Vasq. lib. 2. illust. contr. 93. a. 4. gloss ad art. 29. lib. 3. Landt. Daniel Moll. in comment. ad Constit. Saxo. p 3. cap. 15. n 9. Quid si ab initio à iure ciuili Reip. adscripta fuisset? *vt in l. pen. §. vlt. de A. R. D.* Ecquid subditi nunc conqueri possunt? qui etiam boni consulere debent, quod acceperunt. *l. 12. §. 1. de iure dot* Eo magis quod† ipsi non de damno vitando, sed de lucro captando certant. Quod in iure ciuili non attenditur: *l. 33. de R. I. l. 21. §. 3. de act. emt. l. vlt. de peric. & com. l. 16. de iure dot.* Vnde & lucri intertrimentum dicitur à *Matth. VVesemb. in cons. 67. n. 13. vol. 2. & cons. 34. n. 21. vol. 1. Borch. cons. 6. fol. (mihi) 73.* Non obstat ratio *ex l. 10. de R. I.* desumta, quam tantopere vrget *Pet. Heig. p. 2. q. vlt. numer. 64. & ex eo Hanon. d. d. 3. de Reg-* 22

morant. Iste, inquiunt, sinus maris meus est, ille alterius. Diuidunt elementa sibi potentes. De publico Rom. iure priuatis ademto conqueruntur Germani, *apud Tacit 4. histor.* ad hunc diem inquiunt, flumina & terras, & cœlum quodammodo ipsum clauserunt Romani. Hinc est, quod in † flumine publico nec mo- 29
lendinum cuiquam extruere licet sine licentia principis, *Bart. & Angel. in l. fluminum, 24. de damn. inf. Iacob. de feud. in verb fluminibus* nec nauigare nisi certo vectigali, quod nauigium vocat Guntherus. *And. Rauchbar quæst. Saxon. 23.* nec piscari sine piscationum pensione. *cap. vn. quæ sunt regal.* Sed & venatio & † aucu- 30
piũ olim cuiuis patebant *l. 1. l. 3. & seqq. de A. R D. l. 12. de instr. l g.* quæ hodie ad principes & regalia transierunt, vt supra dictum saltem quo ad feras maiores, des hohen Wildprâts. *Schard de feud. p. 3.* 31
cap. 4. numer. 47. Iacob. in verb & cum venat. Gail. 2. obs. 66. & seqq. & ibi Greue. concl. 68. P. Frid. Mindanus lib. 2. de process. cam. 36. nu. 7. sicuti etiam maioris aucupij, *de quo Gilman. 1. decis. 49.* ne scilicet impediatur paissa nobilium. *vt Aluarot. loquitur in §. nemo retia, de pac. ten. in V. F.* Ita & metallifodinas † omnis generis olim pri- 32
uatorum fuisse, ex multis historiarum & iuris ciuilis locis constat, *l. 9. § 2. de vsufruct. Cuiac. 15. obs. 21. Heig. 1. quæst. 13. numer. 17.* Quibus tamen sensim ac pedetentim subtractæ sunt initio facto à Tiberio Cæsare, qui publicatis bonis S. Marij Hispanorum ditissimi, aurarias eius seposuit, *Tacit. 6. annal.* Et Hannibalis argentaria in Hispania 300. pondo indies subministrauit. *Plin. lib. 33. cap. 6.* Sed & æs Salustianum in Centronum tractu, & Liuianum in Gallia, vtrumque à metallorum dominis dictum, illud ab amico Augusti, hoc à coniuge. *Plin. lib. 34. c. 2.* Quæ hodie
† omnia inter regalia habentur, *VVesemb. in cons. 45. num. 14. Co-* 33
ler. decis. 98. Rauchbar. quæst. 2. Quædam etiam ad Electores transierunt ex speciali priuilegio A. B. Caroli 4. *de quo Heig. d. q. 13. And. Knich de iure Saxon. non prouoc. cap. 5. num. 105.* Et quæ plura alia huc referri possunt, etiam ex iis rebus, † quas vel rari- 34
tas, vel naturæ præstantia, nobilitauit. Pretiosos enim

cibos

cibos non eximius sapor, sed raritas & difficultas fecit, *ut Senec. in consol. ad Helui. c. 9.* Ideo enim instar regalium habentur. Quale est cinamonum Æthiopiæ, nullibi quam in scriniis Imp. conditum, *teste Galeno.* Balsamũ Iudæę in duobus tantũ hortis regiis natũ. *Pli. lib. 12. nat. hist. 15.* Thus Arabię grandi vectigali suppositum *Plin. d. lib. 12. c. 14.* Glebæ auri in Pœonia mensæ principali deputatæ, quarum pondus minam excedat, *Arist. in mirab. ausc. alt. fol. 1088.* palmæ regibus tantum Persidis asseruatæ. *Plin. lib. 13. c. 4.* Ita in in-
35 sula Indię Zeilan ex pretiosis † lapillis, quibus abũdat, Rex maiorẽ vel meliorẽ Rubinũ accipit, *Haithon. c. 6.* In prouincia Canichu lacus margaritas abundãs M. Chami ꝓprius est, ita vt sine ipsius indultu nemo exinde margaritas piscari sub pœna capitis audeat *P. Venetus lib. 2. c. 38.* Et hodie fere de consuetudine vbique lapillorum inuentio in littore maris ad regalia pertinet, sicuti in Borussia Succinum vulgo Barnstein soli Duci reseruatur *Heig. ad §. item lapilli. de R. D. infra cap. vlt. n. 165.* Pertinent huc elephantorum dentes, quos Æthiopes in tributum pendere soliti, *Plin. d. lib. 12. c. 4.*
36 Quibus similes sunt Cetini dentes † in Islandia, ad regalia Regis Daniæ pertinentes. Item aliæ species, quia pretiosiores, ideo ad vectigal Cæsaris relatæ, *in l. 16 §. 7. de publican.* Item vectigal Sirenum aliarumque belluarum marinarum Regi Lusitaniæ debitum, *vt ex Damiano Goesio refert Simon Maiol. lib. 1. dier. canic. 9.* Adde pelles pretiosas in locis Septentrional. *de quibus infra c. vlt. n. 91.* itẽ cuniculorum captura, *d. c vlt. num. 117.* Huc referri debet illa assentatorum sententia *apud Iuuen. sat. 4.*

Quidquid conspicuum pulcrumque est æquore toto
Res fisci est vbicunque natat.

, quam Dd. passim exagitant, *vt Heig. d. q. vlt. n. 37.* cum proprie
37 de piscibus præstantioribus loquatur, veluti de † Rhombo. *de quo Plin. lib. 9. c. 54 Mart. 13. epig. 81. Cælius Rhod lib. 9 lect. antiq. 12.* cui in deliciis par nullus, *Senec. epist. 95. Macrob. lib. 3. saturn. 26. Simon*
38 *Maiolus lib. 1 dier canic. 9.* Pro quibus in Rheno Salmo † principum mensis dicatus, *Eleg. Marq. Freher. lib. 2. de orig. Palat. 28. Heig. p. 1. q. 15. n. 58.* eique fundi die Salmen grunde ad Electores Palat. spectãt.

Noe Meurer von Forstrecht, *p.5.in fi.* Item venatio & aucupatio cervorum anserumq; sylvestrium est regia & pignoralis pertinens ad dominum loci, *Boer.decis.252.in fi.* Alibi etiam pflegen die Fischer dem Junckern den vorhegt zugeben, *de quo Modest. Pistor.cons.14.vol.1.n.6.* Atque huiusmodi regale intelligit Ioh. Faber *in §. est autem littus n.1.de R.D.* quando dicit aliquem habere ius in his, quæ in mari capiuntur, puta decimam: licet piscator Plautinus *in Rudēt. Act.4.S.3.* id non agnoscat. Quæ omnia euincunt, plurima quæ communi † hominum vsui natura produxerat, moribus ac insti- 39
tutis ciuilibus paulatim coarctata, tandē solis principibus ac iuribus † fiscalibus propria cessisse. Quæ si hodie adimere ipsis 40
velis, id nihil aliud esset, quam reuangare nundū, *verbo Bald. ad tit. extra vag. de pac. Constant.* Quod sicuti difficulter obtinueris, quia dicent quod Fridericus Imp. ad ciues Romanos ait *apud Otton. Frising.* legitimus possessor sum, eripiat quis, si potest, clauam de manu Herculis: ita nec sine iniuria postulaueris, cum census & tributi † annui nōmine *Matth.22.v.51.Rom.13.v.7.* etiam iura re- 41
galia & fiscalia contineantur. An autem sub his etiam incrementa fluuialia comprehendantur, quæstionis est: Quod dicendum putamus, si non explicite, tamen implicite. Quia id quoque in legibus continetur, quod ex necessaria consequentia elicitur. *l.6.de V.S.l.non possunt, de LL.l.scire oportet. §.si aliud, de excus. tut.* Primo certum est omnia flumina † publica portus & littora ho- 42
die ad regalia pertinere, *c.vn.quæ sunt regal. & ibi Feudist.* ac in dominio & patrimonio principis esse, *Angel.in l.flumin.ff.de damn.inf. Berous cons.140.n.4.lib.3. Hotoman.cons.93.in pr. Capoll.li.2.de seruit.ti. de flum.publ.* Iam autem flumen constat non ex quatuor, *vt male* 43
Bald in cons.463.lib.1.vbi male litus his addit, sed ex tribus, nempe † ex alueo, aqua & ripis, *Ripa in l.quo minus, n.2.de flumin. Bart.in tract. Tyberiad.p.3.* Ergo & alueus eiusdem iuris est cuius est flumen. *l.1. §.7.de flumin l.7.§.5.de A.R.D.de alueo Tyberis v.l.vn.C.de naut.Ty-* 44
berin. Vnde aqua sequitur † naturam aluei, qui si sit publicus vel priuatus, aqua quoque talis erit iudicanda. *Bald.in cons.241.in pr.lib.2.* tum quia sub toto continentur omnes partes, *cap.praced.*

45 *nu. 26.* tum quia † alueus cedit flumini, *Bart. in Tyber. p. 1. verb. cuius & ipsum flumen, Bapt. Aymus Parmen. lib. 1. de alluu. 12. nu. 8. & lib. 2. cap. 9. num. 52.* non solum si is sit à flumine occupatus, quod & iure ciuili obtinuit: sed etiam si exsiccatus atque aqua vacuus fuerit. Quod operatur specialis concessio *in d. c. vn. quæ sunt regal.*

46 qua semel principis factus alueus, eius † inuiti nunquam esse desinit. *arg. l. 8. de reg. iur. l. 23. §. 5. de R. V. l. 12. C. eod.* consequenter & insula alueo cohærens, quia alueus recessu aquæ nudatus, nihil aliud est, quam insula. *d. l. 30. §. 2. de A. R. D.* item alluuionum incrementa, quia non tam prædiis quam ripis iure vicinitatis accedũt,

47 *supra cap. prox. & inf. cap. 18.* Secundo. Bona † vacantia pertinent ad regalia, *d. c. vn.* & ad fiscum. *Alber. Brun. d. cons. 159. lib. 2. Consentit ius munic. Magdeburg. art. 59.* Quod ius licet ex lege Iulia & Papia caducaria descendat, *in l. 96. §. 1. de l. 1. Vlpia. in fragm. tit. 19. §. 16. Forster lib. 2. hist. iur. Rom. 11.* quæ non tantum ad hæreditates pertinebat, sed & ad quæcunque alia bona possessoribus destituta vel ademta, *Lips. in comment. ad Tacit. lib. 3. annal.* Hodie tamen propter specialem concessionem, *in d. c. vn. quæ sunt regal.* multo plenius est, vtpote per quam omnia illa, quæ iure ciuili nullius fuerunt *in l. 1. de R. D. l. 14. de A. R. D. l. 51. de contr. emt.* principum re-

48 galibus ascribuntur. Neq; enim aliam ob caussam † thesauri sunt Principũ, quam quia dominio vacant, *l. vn. C. de thesaur. l. 31. §. 1. de A. R. D.* præsertim iure Saxonico, *Zobell. part. 2. diff. 62. Coler. decis. 100. n. 2. Schneid. in §. thesauros, n. 9. Inst. de R. D.* Hoc fundamento ni-

49 titur ius Albinagij; † quod Galliarum Reges sibi vendicãt, *Bodin. 1. de Rep. 6. n. 62. P. Tholos. lib. 9. de Rep. 1. n. 23.* Et Theodoricus Gothorum Rex olim exercuit, *apud Cassiod. lib. 6. formul.* post Impp. Rom. qui proprium præfectum inquirendis bonis vacantibus ac caducis aluerunt. *l. vlt. C. de bon. vacant.* Qualẽ etiam in Ægypto fuisse testatur Strabo *referente Tholos. d. c. 9. n. 25.* Hinc est, quod princeps

50 fundatã habet intentionẽ circa omnia loca † deserta & nunquã culta, quæ sunt in regno, extra limites cuiusq; territorij, *Valasc. de iure emph. q. 8. n. 37. M. Stephan. li. 2. de iurisd. p. 2. c. 7. n. 71.* licet ea occupanti concedat, *Aretin. in cons. 15. in pr. quẽ probat Parmens. lib. 2. c. 21.*

§. 1.

§.1.*numer.7.* Ergo & insulæ, præsertim illæ quæ occupanti patent eodem iure ad regalia pertinebunt. Cui argumento licet respondere velit † Heig *d.q.vlt.n.136.* tamen is relabitur ad insulas hactenus à priuatis bona fide possessas. Illæ enim ad Principem ideo non pertinent, quia dominio vacuæ non sunt, perinde vt hereditas † adita vacans esse desinit, *l.sed si plures, § filio, de vulg & pup. Gail. lib.2. de pace publ.19.n.16.* Alia ratio earũ, quæ in dominio priuatorũ actu nondum fuerunt. *Quo facit doctrina Menochii in d.cas.100. lib.3. præsumt.* quando non apparet aliquem esse dominum, nec ea possidere † vel occupare. Tunc enim præsumuntur esse domini castri vel oppidi, *Gabriel.lib.1.concl.de præsumt.9.n.11. Alciat. de præsumt. reg.2.præsumt.20 n 2. Mascard. de probat.concl.1407.n.3. Matth. Stephan. de iurisd.p.2.c.7.n.70. Valasceus d.q.8.n.38. Bodin.lib.6 de Rep.2.n.642.* Tertio, Inter regalia † expresse nominantur ripatica *in d.c. vn.quæ sunt reg.* Quo nomine plura contineri, & ius publicum designari illud, quod habet princeps in ripis fluminum publicorũ vel respectu vectigalium vel aggerum docet recte *M.Anton. Peregri.lib.1.de iure fisci.1.n.24.quem allegant & tacite approbant, Vult.de feud. lib.1.c.5. Ferrar. Montan.li 5.cap.7. Rosenth.de feud.c.5 concl.32.* Quibus addimus alluuionum insularumque † incrementa, quippe quæ aggeribus ac ripis cohærent, ac eorum oneribus succurrunt, *a.g. leg.10.de R.I.c. qui sentit, eod. in 6. infra cap.28.num.38.* Aliter si id vocabulum interpreteris, vix est vt non in aliam speciem vectigalis transeas, & hoc regale superuacuum & inutile Cæsari facias: quod sicuti in omni interpretatione † fugiendum, *Menoch. cons.539. numer.11. Alex. cons.110.num.4.lib.4 cons.Marpurg.9. numer. 52.vol.1.* ita nec verisimile est, Fridericum Imp. ad consulta Sapientum Liguriæ,, *quæ vide in constit. Melchioris Goldasti ab Haimsf. ld.* vnum regale bis exprimere voluisse, *in d.c.vn.quæ sunt reg.* Quamuis vero sint, qui hac descriptione regalium Imperatori tantum iurisdictionem, non etiam proprietatem fluminum, † littorum, portuum, omniumque his annexorum tributam velint, *vt Capolla lib.2.de seru.rust.33.n. 5.in fi.cui accedere videtur Mindan. lib. 3. de process.Cam.36.nu.6.* tamen ea opinio à paucis recepta , ab vsu

51 52 53 54 55 56 57

ipso reiicitur, eo quod sic nihil noui concessum esset, vtpote qui non illa tantum, sed omnia alia priuatorum dominia iurisdictione & imperio complectitur. *l.3. C. de quadr. praescript.* Itaque recte sentit *Bald. in d.c. vn. quae sunt reg.* quod flumina & insulae sunt principis, non iurisdictione saltem, sed & proprietate. Quarto. Facit pro hac sententia *text. in §. si quis de manso, l b.1. feud.4.* vbi dicitur, quod dominus super

58 futuro † incremento vasallum inuestire possit. Quem text. ad priuatos tantum, vel ad Principum proprias, iure vicinitatis acquisitas insulas restringere, nimis angustum foret. Quin potius generale vocabulum omne incrementum, *de quo infra ca. 26. n. 85.* arguit id in feudũ dari posse, ex eo quod ad regalia pertineat, & in Principis sit proprietate. Denique si hæc omnia non placent, tum tamen concedere necesse

59 habes, non omnia ne minora quidem regalia, *in d.c. vn.* enumerari, *cum M. Anton. Pereg. de iure fisci d. lo. Vult. d.c. 5. n. 6. Paurmeist. lib. 1. de iurisd. Imp. 4 n. 2. Ioh. Niell. disp. feud. 10. th. 3.* Sicuti nec Guntherus omnia descripsit *lib. 8. v. 570. teste Rittershus. quondam praeceptore & hospite in notis cap. 4.* Exempla non deessent, si his immorari vel-

60 lemus. Deinde negari nequit, consuetudinem in augendis † minuendisue regalibus plurimum posse, *iuxta VVisemb. cons. 45. n. 20.* quippe quae in feudis etiam ad similes causas extenditur. *Boss. in tit. de regal. n. 35. vt est text. express. in c. super quibusdam. ext. de V. S.* At-

61 que ita moribus nostris ac hodierno iure insulas ad regalia † pertinere testatur *Rutger. Rulant. d. commiss. part. 3. lib. 3. cap. 16.* vbi ita

62 in Camera Imperiali † iudicatum refert in causa Balthasar. Flodorf contra Ruprecht von Groge appellationis, *Item libr. 2. c. 12. n. 3. Ad quae praeiudicia se refert Anton. Hering. affinis quondam in MS. consilio de alluu. in 4. rat dubit.* Eodem modo insulas Rhodani †

63 per arrestum Tholosanum Galliarum Regi adiudicatas refert *Bier. cons. 24. num. 6. Hiero. de Monte de fin. reg. cap. 24. num. 9. Bapt. Aym.*

64 *lib. 2. de alluu. 7. num. 7. Heig. d. q. vlt. n. 39.* Quia ipse Rhodanus † fluuius in solidum ad eundem pertinet, *infr. cap. 17. num. 94. v. Renat. Choppin. de domin. Franciae, item de LL. Andium.* Sed & insulas

65 in † Mulda flumine natas præfecturis Electoralibus Saxoniæ semper

per

per assertas esse euincunt attestationes allatæ *ab Heig. d. q. vlt. n. 39.* Nec minus insulas † Rheni ex antiquissima consuetudine Palatinatus ad Electores Palatinos pertinere testis est *Noe Meurer. in d. tract.* von Wasserrecht *part. 1. fol. (m hi) 7. item* von Forstrecht *p. 5. §.* wenn ein Insul &c. ein Insul/so viel ich erfahren vnd gesehen/ gehöret der hohë Oberkeit/item die Goldgründe im Rhein werden für ein sonder Regal der hohen Oberkeit zustendig gehalten/ De posteriori *Freher. lib. 2. orig. pal. 17.* Ius auri fluuialis legendi † non minus, quam fodinarũ subterranearum inter potiora fastigii sui emolumenta, quæ regalia vocamus, vsurpat &c. In Frisia quamuis insularum alluuionumque incrementa antiquitus ad vniuersitatem proximã pertinuerit, *infra cap. 17. n. 21.* tamen id ius amissa † libertate sensim ad principes & dominos eorum transiit. Ita in pactis Alberti Comitis Hollandiæ cum Frisiis initis ann. *1399.* cautum: vt agri omnes alluuione imposterum accreturi, aut qui iam accreuerant, nondum tamen aggere cincti, ad Albertum pertinerent, quique eos hactenus pro suis tenuerant, retinerent quidem, sed beneficio Principis, *ibb. Emm. lib. 16. rer. Frisic.* Et in diplomate Alberto Duci Saxoniæ à Maximiliano Cæsare anno 1498. Albertus regionem eam vniuersam occupato, omnesque eius partes, insulas, Comitatus, arces, oppida, fora teneto. *Em. lib. 37. & 38.* Frequẽs etiam fit mentio in rebus Frisicis agri Biltani amplissimi, quem vna † cum insula alluuio lateribus Westergoæ & Ostergoæ adiecerat, *de quo Emm. d. lib. 38. vbi id sumen terræ vocat.* Atque is post cessionem Frisiæ à Georgio Saxone in Carolum Burgundum factam relictus illis, quibus in emphyteusin datus à principe. *Emm. lib. 48.* Vnde in pactis Caroli 5. Cæsaris de anno 1512. Biltanus ager Cæsaris proprius dicitur. Item in pactis Ennonis Comitis Fr. Orient. cum Balthasaro Esensi † vasallo initis anno 1530. cautũ: vt ius fluminum & insularum hactenus à Balthasaro vsurpatum, integrum cum omni commodo atq; fructu Comitibus relinqueretur. *Emm. lib. 55.* Itaque hac quoque in parte inuestituræ pacta atque consuetudines cuiusque loci inspiciendæ, *de quibus infra cap. 24. num. 83.* Refertur in Frisia orientali aliquando inter

66 67 68 69 70

dominum & subditos conuentum, vt duas partes alluuionis proprietarij acciperent, tertiam Comes pro aggerum erectione, sed ita vt illa possessio priuatis pro annua pensione in emphyteusin
71 relinqueretur † *Ioh. Gædd. in d. cons. de alluu. maris n. 366.* Hodie id ius Comiti in solidum competit, quod quo ad insulas ipsi concedit *Ioh. Gædd. in d. cons. à nu. 262. vsque ad num. 341.* si modo non à priuatis occupatæ vel præscriptæ fuerint. Quo ad alluuionem in gratiam nobilium, pro quibus consuluit, denegans, aliud responsu-
72 rus, si Historicos consuluisset. Vtrumque Comiti † Oldenburgico sine controuersia cōpetit, *Regner Sixtin. vol 2. cons. Marpurg. 14. n. 121. Anton. Hering. in d. MS. consil. de alluuione quod Henricus Rosenthal. subscripsit.* Idem in omni ora maritima nostri orbis obserua-
73 tur. De Polonorum † consuetudine, quod ex pactis Regis Poloniæ & Ducis Curlandiæ pro se allegat *Heig. d. q. vlt. n. 84.* id contra ipsum militat, sicuti suo loco id referemus & explicabimus. Dū
74 enim de huiusmodi iure regali principes † transigunt, priuati ab eo exclusi intelliguntur. Quod manifeste constat ex Adolphi Cæsaris constitutione, de qua singulari capite videbimus. Ita *apud Gilman. 2. decis. Camer. 33.* controuersia inter Fuggeros & ciuitatem Vlmensem de flumine & insula in eo sita in Camera agitata, arguit huiusmodi casus non nisi inter Principes, ciuitates, nobiles &c. occurrere. Itaque cum hinc constet, consuetudinem quæ optima est Legum interpres, *l. 37. de LL.* insulas ad regalia referre, atque ita ripatica, *in d. c. vn. quæ sunt reg.* intelligere, pu-
75 taremus domini intentionem, † insulas regalibus asserentis, in iure fundatam esse, neque alia probatione onerandum, quia vnde ius commune feudorum assistit, contrarium contendens de iure suo docere debet, *per not. in c. dudum, extra de decim.* Tum
76 etiam, quia Doctoris legentis † ac scribentis, de consuetudine suæ regionis asserentis testimonio standum est, *Matth. VVesemb. cons. 13. n. 98.* Eo quod is Historici vices sustineat, ac de facto atte-
77 stetur. Chronicis autem & historialibus † libris eatenus creditur, quatenus contrarium non probatur. *gl. in c. inter dilectos, vers. magis, de fide instrum. Hieron. de Mont. ed fin. reg. cap. 62 num. 6. Eberh. in*

top.

op. in lo. 95. num. 9. Ioh. Faber in §. item pretium, n. 4. Inst. de emt. & vend.
Guid. Pap. decis. 193. Gilman. lib. 1. decis. Camer. 7. n. 7. Tilem. de Bening. re-
spons. dec. 2. vat. 1. num. 3. Quod in Doctore practico aliter se habet.
Quomodo accipimus *Mascard. vol. 1. de probat. concl. 426. Bapt. Par-*
mens. lib. 1. de alluu. 9. §. 1. n. 5. Hieron. Treut. lib. 1. select. disput. 1. th. 9. lit.
H. & ib. alleg. Ampliatur iam dicta conclusio, primo quod non sal-
tem fluuiales insulæ ad regalia pertineant, sed etiam † marinæ: 78
Quia vbi lex vel consuetudo non distinguit, nec nos distinguere
debemus. *l. quamuis, 11. & ibi Bart. & Ias. de in ius voca.* Quod verum
est, si modice saltem distent à continenti, *Capoll. de seru. rust. c. 33. n.*
5. & seq. Rutgerus Ruiandus amicus noster d. c. 12. n. 3. Nam remotiores
adhuc occupãti cedunt. *c. praced.* Secundo ampliatur, quod etiã † sta- 79
gnales insulæ ad regalia pertineãt, modo lacus & stagna sint pu-
blica, *arg. l. 1. § 7. vt in flum. publ. l. 24. §. 3. de aqua pluu.* Tertio amplia
tur, quod non solũ naturales insulæ huc pertineant, in primo & secũ-
do modo, sed etiã † fluitantes, quia etiam iure ciuili iuris publici 80
fuerunt, *l. 65. § pen. de A. R. D.* quamquam inter ea quæ iuris publi-
ci sunt, & regalia hodierna sit differentia quędã. Quarto amplia-
tur & extenditur etiam ad insulas fortuitas in primo modo, *arg.*
l. 30. §. 2. de A. R. D. Cum enim hæ vix sine clade aliqua procedant,
ac principaliter caput timore percellant, merito ad eum perti-
nere debent, ad quem maior pars cladis peruentura erat, nempe
ad principem, *arg. l. 7. de peric. & com. rei vend.* Non tamen etiã for-
tuitæ † in secundo modo, quia suis dominis remanent. *l. 7. §. 4. de* 81
A. R. D. l. 30. §. 2. eod. c. proced. Quo videtur referendũ Friderici 3. pri-
uilegiũ an. 1457. ciuitati † Spirẽsi datũ *apud Lehm. ã. li. 7. chron. Spirẽs.* 82
102. Ob es geschehe/ dz das Wasser der Rhein zwischẽ der benanten Statt
vnd der March derselben Statt weide einige grunde oder werthe machen
oder schütten / vnd dieselbe weide dadurch zwischen der Statt vnnd der-
selben March/ als ferne oder als weit die gehet/ theilen würde/ wie sich dann
das begebe: Daß dañ solches den vorgenenten von Speyer vnd jhrẽ nach-
kommen daselbst keinen Schaden an derselben Weide vnnd grunde/ biß
an die vorgemelte jhre March bringen/ vnnd sich der niemants mit gebä-
wen/ oder in einig andere weise wider jhren willen vnterzichen / noch ge-
brauchen

brauchē solle/sondern dieselbe Weide/Grunde vnd Werde(alueos & insulas intelligit) auff beiden vorgemelten theilen der vorgenanten Statt seyn vnd bleiben sollen &c. Sed cur id singulari priuilegio impetrant
83 ciues Spirenses, cum iure † communi competat? An quia Rhenus fluuius illic ad regalia Episcopi pertinet? An de alluuionis operatione naturali sensit Imp. Ne dicas eos plus solito bibisse, quod de iure communi recordati non fuerint, *vt in simili Accurs. ex Placent. respondet ad l. vlt. C. ex quib. causs. rest. quem allegat Marq. Freher. in notis ad Constit. Adolphi Caesaris de insulis in fi.* Verisimiliter enim de omni futuro casu sibi plenius prospicere voluerunt ciues. Vlti-
84 mo limitanda erit supradicta conclusio, quod vbi † adhuc ius cõmune obtinet, ibi insulae ad regalia non pertineant, *Rutg. Ruland. d. lo.* Quae probatio procul dubio incumbet illi, qui in eo se fundat, ac ius ciuile eo in loco semper valuisse asserit *arg. l. 2. de probat. Exempla vide apud Hanon. d. disp. 3. de regul. iuris q. 3. Quibus tamen non nimis fidendum.*

CAPVT XII.

De praeiudiciis Camerae circa Insulas.

SVMMARIA.

1 *Auctoritas Dominorum Cameralium.*
2 *Camerae Imperialis laus.*
3 *Quaenam actio intentata sit, omnium primo inspiciendum.*
4 *Requisita rei vindicationis.*
5 *Flumina dant & auferunt rerum dominia.*
6 *Fluminum marisque administratio ad regalia pertinet.*
7 *Insula ad dominum fluminis pertinet, tam quo ad iurisdict. quam quo ad proprietatem.*
8 *Reditus piscationum ad regalia pertinent.*
9 *Origo insulae in acquisitione dominij spectanda.*
10 *Incrementum postea accedens non attenditur.*

11 *Dominij*

11 *Dominij acquisitio difficilis.*
12 *Flumen actoris proprium.*
13 *Ius piscandi probat regalia.*
14 *Insula quando perfecta?*
15 *Circumnauigatio probat insulam.*
16 *Situs insulæ non curatur; vbi totus fluuius est actoris.*
17 *Alueus est fluminis continens.*
18 *Exemplum insulæ naturalis in secundo modo.*
19 *Cuius est flumen, eius est etiam insula.*
20 *Quod iuris est in principali, est etiam in augmento.*
21 *Quod ex necessaria consequentia elicitur, pro expresso habetur.*
22 *Vbi non est expressa decisio iuris feudalis statur iuri communi.*
23 *Cuius est principale, eius est & accessorium.*
24 *Consuetudo ab allegante probanda.*
25 *Rei exceptio in iure ciuili fundata.*
26 *Quod expresse correctum non est, durat.*
27 *Vicinitas insulæ caussa dominij.*
28 *Possessio insulæ.*
29 *Siccitas fluminis insulæ contraria.*
30 *Aquilegiorum auctoritas.*
31 *Artifici in sua arte credendum.*
32 *Contraria præiudicia de dominio insularum.*
33 *Consuetudo iuri feudali consentiens derogat iuri ciuili.*
34 *Alluuio difficilis probationis.*
35 *Iudici primæ instantiæ contra appellantem non creditur.*
36 *Aquilegiorum depositio non valet parte aduersa non citata.*
37 *Actus contra absentem gestus ipsi non præiudicat.*
38 *Dubia depositio contra producentem interpretanda.*
39 *In sententiis tutior via eligenda.*
40 *Attentata lite pendente an reuocanda?*
41 *Sequestratio iudicis valet si non appelletur.*
42 *Error in hypothesi non vitiat sententiam.*
43 *Per sequestrationem possessio non amittitur.*
44 *Attentata probanda sunt.*

45 *Attentata non reuocantur, nisi post a p[p]ellationem facta.*
46 *Sententia Cameræ Imperialis.*
47 *Sententia voto Referentis contraria.*

VM de iure regali insulæ extent præiudicia Cameræ Imperialis, ad quæ paulo ante cum Rutgero Rulando & Antonio Heringio prouocauimus, non abs re fortasse fuerit, eorum aliquod verbotenus huc apponere *ex Iohan. Tileman. de Bening. in synteg. p. 2. dec. 2. vot. 7. & Iohan. Forster. in process. iudic. cap. 15.* Vt inde appareat, quam hæc nostra doctrina de iure regali insulæ, à Dominorum Cameralium
1 votis non dissentiat. Quanta enim † eorum auctoritas sit, constat *ex Mynsi. ad §. responsa, Inst. de I. N. G. & C. Eberh. in top. in lo. 93.*
2 *n. 10.* eo magis, quod in † hoc sapientissimo nobilissimoque orbis terrarum consistorio omnia ad amussim æquitatis iustitiæ & rationis expenduntur, *teste Mindan. lib. 2. de process. 16. numer. 7.* Vt præiudicia eorum decisionibus Rotæ Romanæ inferiora esse nō debeant, *de quibus Vincent. Honded. vol. 2. cons. 20. numer. 9.* Habet autem votum Dn. Referentis in caussa Ludwig von Laubeck appellantis contra N. von Rockenburg appellatum resectis superfluis sic: Quænam actio sit intentata? Actum puto rei vendicatione:
3 † vt ex libello totisque actis colligere est, ex quo actor prætendit, insulam litigiosam natam in suo flumine ad se pertinere, & reum iniuste illam occupasse & possidere. Posset etiam dici actum cōdictione ex moribus feudorū per ea quæ infra dicentur. An pro-
4 bata? In hac actione duo substantialia † extrema probāda veniūt: dominium vel quasi ex parte agentis, *l. in rem. de rei vend. & in leg. 1. verb. cum in rem, de ali. n. iud. mut.* Et possessio ex parte rei, *Ferrar. in form. real. act. verb. tenet & possidet.* Et quia ex actis de altero requisito ex propria actoris confessione constat, nimirum de possessione rei, ideo de prætenso actoris dominio tantum dictu-
5 rus sum, præmittendo I. Quod flumina † publica (in quibus tantum ius alluuionis agnoscitur *leg. lacus, de A. R. D. l. 1. de flum.*) iure censitorum, id est iudicum fungantur. Dant enim & auferunt rerum dominia. Nam ex priuato addicunt in publicum

blicum, ex publico in priuatum. *l. ergo, § flumina, de A. R. D.* II. Quā uis de iure communi insula in flumine nata iure Gent. quoad proprietatē pertineat ad dominos vicinorum prædiorum, *secundum distinctionem, quam facit l. adeo, § insula, d. tit. § insula, Inst. de R. D.* tamen cum hodie iure feudorum administratio † & dominium 6
maris, publicorumque fluminum inter regalia vsurpetur, ideoq; omnis vtilitas & quæstus ex fluminibus proueniens principis sit, aut eorum qui à Principe, vel per consuetudinem id tenent. *ca. 1. quæ sint rega. & ibi FF. Bart. in l. quo minus, n. 4. de flumin. Angel. in leg. fluminum, in pr. de damn. inf. Iacob. de S. Georg. in pr. verb. fluminibus, Ferrar. tract. feud. lib. 5 c. 7.* Consentaneum erit & insulam in flumine natam † non solum quoad iurisdictionem, verum etiam pro- 7
prietatem, pertinere ad dominum fluminis, *per iur. s supra alleg.* Et quia accessorium sequitur naturam sui principalis. *c. access. de R. I. in 6. Idque infra clarius dicā.* Et hac consideratione dici posset, actū condictione ex moribus feudorum. III. Quod idem obtineat in iure piscandi: cum reditus † piscationum constituatur etiam in 8
numero eorum, quæ sunt regalia, *d. c. 1. ibi: cum piscitionibus, facit l. inter publica, de V. S. Iacob. de S. Georg. verb. & cum piscat Ferrar. vbi supra, § tametsi, Afflict. Isern. Aluarot. d. c. 1.* Qui igitur reditus piscationum in flumine habet beneficio principis, is regalia fluminis habere censetur. IV. Diligenter hic considerandam esse originē † insulæ, an in flumine nata sit. Hoc enim potiss. tempus, quo 9
ad dominij acquisitionem spectamus. *l. ergo § tribus de A. R. D. ibi cū primum extiterit.* Quod tempus perfectionem significat. *Bart. in tract. de insula, verb. in flumine. Facit l. adeo, § insula, eod. tit.* Itaque incrementum postea † alluuione accedens, tametsi vicino prædio 10
accrescat & coniungatur, aut contra frontem superioris, aut inferioris agri late procedat, non est spectandum, quia cum semel acquisita sit insula domino fluminis, & sic priuati iuris facta, quidquid postea ex interuallo per alluuionem accedit, priori domino cedit. *leg. insula, de A. R. D. Bart. lo. cit.* Ergo in materia occupationis non debet cōsiderari, qualis hodie forma sit insulę, sed qualis ab origine fuerit. Nunc ad propositum. Licet alias

S 2 domi-

11 dominij probatio difficilima sit, *ut late trad. t Boer. decis. 42. p. 1. per tot.* hoc tamen casu facilis erit, si ex actis probatoriis cõstare possit de duobus. I. An insula in flumine nata actoris sit? II. An propterea contra ius commune ex consuetudine, vel concessione principis ipsius esse debeat, & non rei vicinum prædium haben-
12 tis? Quoad primum, † sufficienter vbique probatum est, flumen zu Merß, ex vtraque parte pertinere ad actorem & in ipsius territorio situm esse. Hoc enim reus non diffitetur & testes vnanimiter comprobant, præsertim Scabini Mersenses *in act. fol.* 12. vbi expressis verbis dicunt, flumen cum territorio pertinere ad actorem. Idem dicunt testes *in actis fol.* 8. Ad cuius confirmationem facit, quod probatum quoque sit, actorem habere in d flumine ius piscandi siue vectigal piscatorium, vt deponunt testes *in actis fol. 9.* dum dicunt, quod numquam aliter viderint, audierint aut sciuerint, quam quod flumen cum iure piscandi ab v-
13 troque latere actoris sit. Vnde satis euincitur actorem † regalia dicti fluminis habere, vti ex præmissis colligere est. Porro quod insula nata sit in flumine deponunt testes quinque actorũ *fol.* 8 & Scabini Mersenses *fol. 12.* Ad eundem modum & effectum deponunt piscatores zu Brubach *in act. fol. 29.* Vnde perspicuum puto, non alluuione ab initio (quod tempus solum considerari debet, *ut in vltimo præm. [illegible]*) adiectam fuisse prædio rei, sed longo post interuallo per incrementum postea accessisse. Nata autem
14 dicitur *secund. Bart. d tit. de insul. verb flumine,* quando opinione circumcolentium incipit pro insula reputari, veluti si locum eminentem super alueum fecit, qui per vnam æstatem steterit: *arg. opt. text. l. 1. §. si autem, ne quid in flum. publ.* Quibus adminiculatur nauigatio actoris, Anno 43. 3. Iunij, *in act. fol. 60.* vndiquaque in-
15 ter † insulam & rei prędium sine impedimento peracta. Quod ad alterum attinet, cum flumina & ius piscandi inter regalia cõputentur, *ut supra dixi,* atque iam probatum sit, flumen cum iure piscandi ad actorem pertinere, consequens erit iure feudali insulam in eo natam, ipsius quoque esse. At ego putarem hic suf-
16 ficere, natam esse insulam in flumine † sine distinctione, an medio

dio

dio flumine, an vero prope ripam nata sit. Si enim iure feudali flumen proprietate est actoris, contra dispositionem iuris communis, *l. adeo, §. insulae, de A. R. D.* Ergo alueus quoque erit. Si alueus: & insula, quae super alueum in quacunque parte fluminis, etiam extra profluentem prope ripam eminet, ipsius erit. Nam alueus † non tantum est continens, sed vadum fluminis profluē- 17
tis, seu fluminis inter vtramque ripam & totius fluminis continens, sicut stomachus vini continens est, *vt eleganter tradit Bald. ad rubr. de R. D. n. 27.* totusque alueus eiusdem iuris est, etiam de iure communi, cuius est flumen, hoc est publici, *§. quod si naturaliter, Inst. de R. D.* Hinc est, quod dicimus in iure, si flumen alueum immutarit, *d. §. quod si natural.* Quare non oportet distinguere, in qua fluminis parte † nata sit insula, dummodo in flumine publi- 18
co nata sit. Igitur si flumen locum, qui aluei esset, siccum relinquat, & circumfluere coepit, vt hoc nostro casu (quemadmodum supra piscatores **zu Drubach** deposuerunt) sane locus ille ad dominum fluminis spectabit iure speciali feudorum, sicut de iure communi ad vicina praedia. *d. l. ergo, §. tribus, de A. R. D.* Nam si flumen & alueus † proprietate actoris est, igitur insula quoque eius- 19
dem iuris censenda erit: cū accessoriū sequatur naturā sui principalis, *d. c. accessorium*, & eadem res diuerso iure censeri non debet *l. eum qui aedes, de vsuc. l. 1. vers. nec rem patitur. de rer. permut. c. cum in tua. de decim.* Praeterea quod iuris est † in re principali, idem est 20
in eius augmento, *etiamsi, vbi Bart. & Bald. C. de iur. dot. l. si conuenerit, §. si nuda, de pign. act. l. inter socium, §. cum inter, de pact. dot. Ias. cons. 146. vol. 2.* Quemadmodum in simili fructus, qui in fundo meo nascuntur, mei sunt, & arbor, quae in fundo meo radices egit, mea est. Radix enim non permittit, vt alterius arbor intelligatur, quam cuius in fundo radices egerit *§. si Titius, de R. D. l. fructus pendentes, de R. V.* Licet igitur in iure feudali expresse non reperiatur, quod insula sit domini territorij: tamen † ratio natu- 21
ralis hoc dictat, quae non patitur eandem rem diuerso iure censeri. Et accessorium à suo principali discrepare non potest. Scio in iure feudali regulā esse, vbi non habemus † expressam de-

cisionem in vsibus feudorum, standum esse decisioni iuris communis, *text. in c. 1 vers. strenuus, de feud. cognit. Curt. p. 1. 4 q. prin nu. 7. & p. 2. q. 2. princip. n. 72.* Sed de insula nata in flumine nihil in iure feudorum statuitur. Ergo ad ius commune redeundum. Dico breuiter pro resolutione, *quemadmodum supra in 2. præmisso dixi*, flumina publica de iure feudorum inter regalia computari, *c. 1. quæ sint regal.* omnemque vtilitatem ex iis profluentem ad dominum fluminis pertinere. Si igitur principale ad dominum feudorum pertinet (contra ius commune, quo flumina omnia publica sunt, & ius piscandi omnibus commune est, §. *flumina, Inst. de R. D.*) ac-
23 cessorium† quoque ad eundem pertinere debet, ex quo omnis vtilitas ad ipsum pertinet, vt paulo ante rationibus demonstratũ est. Accedit pro confirmatione prædictorum, quod actor in actis
24 allegat consuetudinem† talem esse in suo territorio, vt insulæ in flumine natæ dominis cedant, ad cuius consuetudinis probationem se admitti petit in grauaminibus Cameræ, de qua petitione quid sentiam infra dicam. Allegat etiam multa præiudicia pro allegata consuetudine, nimirum vicinis locis vbique receptũ esse, vt insulæ in flumine natæ dominorum sint. Ita obseruatum in insulis zu Nattenhoffen/ zu Berge/ zu Ohrmundt & zu Caseła. Ad quę præiudicia breuitatis caussa me refero. Concludo ergo actionem
25 intentatam† iure feudorum probatam esse. An elisa? Attento iure communi non est dubium, actionem elisam esse. Licet enim eo iure flumen quo ad iurisdictionẽ sit dominorum territorii: *arg. l. insula, verb. nullius.* tamẽ in insula in flumine nata proprietas eorum est, qui vicina possident prædia, *iuxta dist. l. adeo, §. insula, de A.*
26 *R. D. §. insulæ, de R. D.* à quo iure non est recedẽdum, †nisi de cõtrario constet. Nam quod nõ reperitur expressum, relinquitur dispositioni iuris communis. *l. si extraneus, de cond. caus. dat. Alber. in l. Cæsar, n 16. in fi. cum seq. de publi. & vectig.* Et legum correctio est vitanda. *l. Diuus, C. de testam. l. præcipimus, in fi. C. de appell.* vbi dicitur, quidquid hac lege specialiter nõ videtur correctum, id veterum legum Constitutionumque regulis omnes relictum intelligant.

Et

Et hoc maxime verum est in iure feudali, *vt paulo ante dictum per text. d. c. 1. de feud. cognit.* Quoniam vero iuri communi hac in parte moribus feudorum derogatum esse supra conclusi, videndum de aliis rei exceptionibus & defensionibus. Inprimis vero illud probatum est, reum possidere prædium iuxta insulam per testes *in actis fol.* 8. & Scabinos Mersenses *fol. 26.* Deinde quoque probatũ est, insulã sitam † contra frontem agri ipsius rei *in actis fol. 26. & fol. 22. fac. 2* vbi Scabini Mersenses deponunt, quod litigiosa insula gegen rei Eissen ang. lauffen ist/ quæ duo requisita in hoc iure occupationis potissimũ consideranda veniunt, *per iura supra alleg.* Præterea probatum est, reũ per quinquẽnium vel sexẽniũ ante motam litem quiete & sine contradictione litigiosam insulam possedisse, † aliisque elocasse, *vt videre est in act. fol. 18. cum seq.* Et hãc suã possessionem videtur reus fundare magis in iure alluuionis quam occupationis. Flumina enim auferre & dare, vbique in actis repetit, quod proprium est alluuionis, sibique olim decessisse, & nunc tandem accessisse, *vt in act. fol. 19. & fol. 27.* Idque disertis verbis in exceptionibus contra grauamina fatetur, dum dicit, se dictum locum bono & alluuionis titulo possedisse & occupasse. Quo sane iure probato, procul dubio actio elisa esset. Cum huic iuri moribus feudorum nihil derogatum sit, quemadmodum etiam ipse actor fatetur *in act. fol. 21 & 28.* Probatum autem videtur † primo ex depositione Scabinorum von Bach *act. fol. 28.* qui viderunt reum sicco pede de suo prædio iuisse ad insulam vnter zu Loch vber Girt, & rediisse supra ad prædiũ suũ sicco pede. II. Probatum videtur iudicio & † censura der Wassermeister, qui in rem præsentem adhibiti iudicium interposuerunt, nempe secundum ius alluuionis aut occupationis (Wasserrecht vocant) litigiosum Wehr ad appellatum pertinere, quorum auctoritas in hac materia alluuionis & occupationis multum ponderis habet, eo quod sint magistri iurati ciuitatis Leodiensis in controuersiis fluminum aut alluuionis & occupationis, *vt patet ex instrumento in act. fol. 34.* Et vnicuique in sua † arte credendum, cum quilibet censeatur idoneus iudex earum rerum, quarum peritiam profitetur.

27 28 29 30 31

text.

text.§.quod,auth.de non alien.aut permu.reb.Eccl.gl.§. praterea de R. D. & ibi Angel.Fab.continue fac.l.1.ff. si mens. fals. dix. III. Probatum videtur per depositionem Scabinorum Mersensium *fol.56.* IV.
32 Probatum videtur tot præiudiciis,†quæ per reum in fortioribus terminis contra actorem allegantur & producuntur, vt sunt insulæ zu Ohrmundt/Escla/Streckenwassen/Masselhouen/quorũ quędam etiam contradictorio iudicio obtenta & confirmata sunt, vt insulæ zu Masselhouen *fol.act.40.* Et insula supra Escla, *de qua in act.fol.54.* Quibus omnibus accurate perpensis dicendum esset actionem elisam,atque ita pronunciarem ex iure communi, nisi ad originem nascentis aut natæ insulæ recurrendum esset. *d.l. ergo,§.tribus,de A.R.D.l.adeo,§.insula,eod.tit.* Præterea nisi appellans allegasset,tam in grauaminibus,quam replicis pro tuitione grauaminum art.37.immemorialem,vt supra quoque memini consuetudinem in territorio Mersensi in contrarium fuisse & esse, petiissetque eandem tam ad probandum, quam ad respondendum admitti , in euentum concludendo , cum oblatione si quid
33 facti. Talis enim consuetudo,† meo iudicio, cum ius feudale pro se habeat,& alias sola probata releuaret, non video,quomodo in caussa appellationis & tanti præiudicij , eius probationem appellanti denegari possimus , contra ius commune, *per l.per hanc,C.de temp.appell.c.fraternitatis,extra de test.& ordinat.Imp.tit.33.* §.im Fall/ *cum seq. p.2.* Mouent me etiam processus nullitatis, confusus vbique ordo,probationes & præiudicia hinc inde allegata ex diametro pugnantia. Nec video etiam rite probatum
34 esse ius alluuionis,cum alluuio sit † latens incrementum, vt non intelligi possit,quantum quoquo temporis momento adiectum sit. *§.praterea,de R.D.d.l.adeo,*& nõ ita patere, vt litigiosa nostra insula. Si igitur locus supra alluuium patenter emineat, non ius alluuionis,sed occupationis locum habebit, quia de necessitate requiritur,vt sit latens incrementum. *Iason cons.146.in vr. vol.2.*
35 Non obstant,quæ supra pro † reo adducta sunt. Et primo testimonium Scabinorum von Bach/quod reus sicco pede insulam intrauit,tum propter originem insulæ, quæ tantum consideranda venit:

venit: tum quod iidem primo pro actore deposuerunt, *in a[?] fol.* 60. daß actor anno 49 3 Iunij. & sic media æstate, & eodem anno, quo reus eosdem produxit, noch mit 16. Personen in insulam nauigarit Quod comprobant etiam Scabini Mersenses, *fol. 02.* atq; ita illis fides in præiudicium actoris habenda non est. Testis enim in vno capitulo falsus, in tota caussa falsus est, & nihil probat, siue prius falsum deponat, siue verum, vel contra. Totum enim indiuisibile vitiatur. *Bald. in l. fin. n. 2. C. de edict. D. Hadr. toll.* Nō
obstat † secundo censura & iudicium der Wassermeister, cum 3 6
propter contrariam consuetudinem ab actore allegatam, tum quia absente & non citato actore, modo appellante, huiusmodi visitatio facta sit, & sic nullius momenti. *c. 2. de test. l. iudices, de fid. instr. c. res inter alios acta tertio nocere non debet*, cum ne iudex quidem hoc facere possit *d. l. de vnoquoque, de re iud. c. conquerente. de rest. spol. & ibi Panorm. n. 3. & 6. vbi dicit* mente tenendum, quod contra iudicem iniuste spoliantem possit agi possessorio recuperandæ, sicut contra priuatum. *Ripal. naturaliter, §. nihil commune, num. 52. cum*
eq. de acquir. poss. Et sententia † contra absentem non contumacē 7 3
lata est nulla. *l. aut qui aliter quædam, ff. quod vi aut clam. l. cum non eo die, & ibi Bald. C. quand. prou. non est nec.* Tertio non obstat depositio Scabinorum zu Merß / qui de consuetudine deponunt, quia magis de alluuione, quam de insula deponere videntur. Dicunt enim so den Eissen ablaufft / vnd wider ansetzt / quæ verba ad incremētum alluuionis latens pertinent. Et sic cum dubia † sit eorum 3 8
depositio, contra producentem interpretatio facienda est. *c. in præsent. & ibi gl. verb. dubium, de probat.* Vltimo non obstant allegata præiudicia, tum quod externa sint, tum etiam quia ex iisdem locis contraria hinc inde ab actore & reo respectiue producuntur, quod suspicione falsitatis non caret. Cum igitur ius alluuionis probatum non sit, multo minus insulam auulsam esse, *de quo text. d. §. quod si aliqua, de R. D.* putarem nos in hac varietate & incertitudine probationum consultius facturos, si tutiorem † vi- 3 9
am iuris & ordinationis ingrediamur, & allegatam consuetudinem ad probandum admittamus. Et in puncto commissariorum

ſuo loco & tempore commiſſarios ad ocularem inſpectionẽ ex officio, ſi non petantur, deputemus, ad inueſtigandam originem inſulæ, num in flumine nata ſit, nec ne, idque propter diſcrimen alluuionis & occupationis. Pronunciandum itaque interlocutorie, & reſciſſa concluſione allegatam conſuetudinem ad probandum admittendam, vt infra in forma ſententię habetur.

40 De attentatis, actum officio † iudicis. An probata? probatũ quidem eſt, reum fuiſſe in poſſeſſione tempore inchoatæ litis, & lite pendente coram inferioribus iudicibus per pignorationes & incarcerationes attentatum eſſe. Cœterũ illa attẽtata huc nõ pertinent.

41 I propter ſequeſtrationem, † ad quã citatus fuit reus, quæ licet contra ius facta ſit, eo quod lite pendẽte nemo priuandus ſit ſua poſſeſſione, ſiue iuſte, ſiue iniuſte poſſideat: tamẽ cum ab ea ſequeſtratione, tanquã illato grauamine nõ appellarit, in ſuo vigore vſq; ad finem litis relinqui debet, *per text l. præſes, l. cum probatis, de re iud.* Nam de iure valet ſententia, niſi ab ea appelletur, præſertim ſi iuris error non exprimatur, *eleganter Zaſ. in d. l. præſes, nu.*

42 *2. cum ſeq. vbi dicit*, quod error in hypotheſi † non vitiat ſententiam, licet alias iniuſta ſit, niſi appelletur, *per text. d. l. præſes, & d. l. cum probatis.* Exemplum ponit, vt ſi iudex dicit in hypotheſi prouinciæ Titium potuiſſe teſtari, & hic Titius pupillus ſit, qui de iure teſtari non poteſt. Hæc ſententia licet iniuſta ſit, valebit tamen, ſi ab ea non appelletur. Secus ſi error ſit in theſi, vt dicat: pronuncio pupillum teſtari potuiſſe. Quo caſu ipſo iure non valet ſententia. At in præſenti non in theſi, ſed in hypotheſi erratũ eſſe poteſt, ꝙ ſcilicet litigioſa inſula apud Scultetũ in ſequeſtro in vſum victoris eſſe debeat, vſq; ad finem litis. Secus eſt, ſi in theſi erratũ foret, ꝙ ſcilicet ſequeſtratio lite pendente fieri poſſit: quia

43 tunc appellatione opus nõ fuiſſet. II. Deinde accedit, ꝙ † per illam neceſſariã ſequeſtrationẽ reus ſua poſſeſſione non ſit priuatus, quoad naturã actionis, ſed tamen quoad fructuũ perceptionẽ, quæ inter ſe multum differunt. *c. fin. & ib. Panor. de ſequeſtr.* III.

44 Præterea in libello attentatorũ † in Camera exhibito, ſuper quo tantũ lis eſt conteſtata, nulla ſit mentio ſequeſtrationis, ſed in

actis

actis solummodo ponitur, quod appellans lite pendente per suos deputatos in loco litigioso salices inciderit, atq; ille articulus negatus est, nec probari potest per instrumentũ lit. B. notatũ. Scio, quod in Camera super articulis attentatorũ nulla sit commissio decreta. Vnde sequitur testes per Notariũ sine cõmissione receptos, & cõsequenter nullã fidẽ facere, præsertim cum nec appellans ad videndũ recipi testes citatus sit. Eodem modo respondeo ad art. & instrumentũ signatum lit. C. Cum igitur iudex appellationis nihil possit reuocare, nisi post interpositam appellationẽ, 45
fundata sua iurisdictione attentatum sit, *per ea quæ not. c. solum, in gl. de appell. lib. 6.* & articuli sextus & octauus probati non sint: ideo concludo appellantem in puncto attentatorum absoluendũ esse, & processus de relaxando denegandos, eo quod ad caussam attentatorũ pertineãt, & appellato non licuerit sequestratis fructibus salices incidere in loco litigioso, præterea quia relaxatus, nulloq; iuramẽto obligatus: cõsuetudine supra dicta (*de qua in 27. art. replicat*) nõ probata pronunciandũ secundũ ius cõmune pro appellato. Sentẽtia est † in euentũ concepta. In der appellation 46
Sachen Ludwig von Laubeck appellanten, contra Curtzen von Rockenburg appellatum, seyn die replicatorij articuli, den 14. Decemb. anno 52. einkommen von dem 24. an biß dem 29 einschließlich hiemit zu beweissen zugelassen/darauff gemelter appellat in Zeit/vnd wie sich vermöge der Ordnũg gebührt/antwortẽ soll. Vnd dañ in puncto supplicationis ist gemeltẽ appellanten sein begerẽ/alß vnnötig hiemit abgeschlagen. Ferner in puncto attẽtatorũ ist zu recht erkandt/ dz dẽ appellãten nicht geziemet oder gebühret habe/beklagter massen zu attẽtirẽ/ sondern daran zu viel vnd vnrecht gethan/darumb von amptswegẽ beschehene sequestration, vñ darauff erfolgte gebott/obligation vñ Bürgschafft/ hiemit cassiret vnd auffgehabẽ/vnd erkẽt dz gedachter appellat wider in dẽ Städ vñ possessiõ deß streitigẽ wehrs wie es zuuor gewesen/zu restituirẽ/jhme auch die auffgehabene Nutzen widerumb zu antwortẽ vnd zuzustellẽ. Er auch in gerühigẽ Besitz gedachtes Wehrs, biß zu außtrag der Hauptsachen zu lassen sey/den appellanten jhm dem appellaten hiemit in die Gerichtskosten diß puncts halben auffgelauffen / nach

rechtlicher Ermessigung zu entrichten vnd zubezahlen fällig ertheilende.

28 Atqui hæc sententia quoad punctum attentatorum videtur† supra posito voto contraria? An fortasse ab aliis Dominis Cameralibus in contrariam partem itum? Sic ergo sententiam eatenus mutatam esse oportet. Plura apud alios reperire licebit, quæ huc non transscribimus.

CAPVT XIII.

Explicatio Constitutionis Adolphi Cæsaris.

SVMMARIA.

1 *Constitutio Adolphi Imperat. de insulis.*
2 *A Marq. Frehero edita.*
3 *Tenor constitutionis Adolphi.*
4 *Adolphi constitutio ambiguum intellectum habet.*
5 *Freheri sententia examinatur.*
6 *Reinaldo Comiti cum priuatis lis non fuit.*
7 *Differentia magistratus & priuati.*
8 *Districtus significatio ambigua.*
9 *Districtus pro territorio.*
10 *Territorium & districtus synonyma.*
11 *Item districtus & potestas.*
12 *Districtus pro continentia vrbis.*
13 *Territorium ab- siue sine iurisdictione.*
14 Feldmarck/ Landtwehren/ *quid?*
15 *Clausura, clusa.*
16 *Synonyma quædam.*
17 *Districtus an ciuitatum proprius?*
18 *Districtus est terminus generalis.*
19 *Comitatus abusiue districtus dicitur.*

20 *Rhenus Geldriam diuidit.*
21 *Cis & trans Rhenani diuerso respectu dicuntur.*
22 *Geldria vbi Rhenum attingat.*
23 *Drusi fossa vbi sita.*
24 *Rheni tria hodie ostia.*
25 *Ripuarij principes vbinam habitarint?*
26 *Rheni cursus saepe mutatus.*
27 *Nouiomagum Geldriae vrbs.*
28 *Ciuitates Geldriae.*
29 *Geldria comitatus amplissimus.*
30 *In Ducatum conuersus.*
31 *Vniuersitas quandoque vnius instar.*
32 *Pertinere est verbum dominij.*
33 *Vasalli Comitis Geldriae.*
34 *Imperatoris Adolphi responsum.*
35 *Insulae de consuetu line Germaniae ad regalia pertinent.*
36 *Inuestitus super flumine censetur etiam inuestitus super insulis.*
37 *Inuestitura quomodo probetur?*
38 *Immemorialis possessio est instar priuilegij.*
39 *Qui districtum habet principe inferior est.*
40 *Flumina expresse concedi debent.*
41 *Sententia inaudita parte altera lata est nulla.*
42 *Iuris definitio expediri ab Imp. semper potest.*
43 *Priuilegia etiam sine citatione tertii irrogantur.*
44 *Regalium definitio ad solum Imp. pertinet.*
45 *Imper. in propria caussa iudex esse potest.*
46 *Fridericus Imp. ad consulta Sapientum regalia determinauit.*
47 *Modus ferendi leges curiatas.*
48 *Regalia non habens non participat insulas.*
49 *Concessa iurisdictione non censentur concessa regalia.*
50 *Flumine in solidum inuestitus, etiam insulas in solidum lucratur.*
51 *Regalia fluminum intra territorium competunt.*
52 *Flumina quomodo regiones distinguant.*
53 *Fluminum fontes quandoque ignorantur.*

54 *Rhenus limes Imp. Rom.*
55 *Rhenus Comitis Palatini quodammodo proprius.*
56 *Rheni & aliorum fluminum in iure paritas.*
57 *Rhenus & Danubius fluuiorum Germaniæ principes.*
58 *Rhenus Danubio excellentior.*
59 *Rhenus maxime insulosus.*
60 *Flumina omnia publica regalibus annumerantur.*
61 *De Comitatu statuta multo magis obtinent in Ducatu.*
62 *Etiam Baro vel ciuitas regalia habere potest.*

1 VM de insulis extet peculiaris constitutio Imper. † Adolphi Nassouij, in generali Curia apud Nürenberg pro tribunali sedentis, anno 1293. de communi Principum sententia, ad requisitionem Reinoldi Comitis Geldrensis, eius nominis primi, lata, quam magno Reip. litterariæ bono ex archiuis Hollandicis edidit Marq.
2 Freherus † Iurisconsultus: eam qua parte de insulis agit, hic integram subiicere, & latius declarare visum est, quod ad ius hodiernum circa insulas illustrandum plurimum conducat. Eo magis quod Freherus notas saltem, non commentarium ipsi attexuit.
3 Verba constitutionis † Adolphi sic habent: Quod si insula nata est in Rheno vel alio flumine in Comitatu alicuius Comitis, qui in ipso flumine recipit teolonia & conductus, habetque Comitatum eundem, teolonia & conductum ab Imperio in flumine prædicto, eadem insula potius spectat ad Imperium, & ad ipsum Comitem, quam ad alium dominum, cuius districtus protéditur ad ripam fluminis prælibati. Hactenus Imp. Cuius decisio vtrum
4 ad dominium, †an ad iurisdictionem insulæ, an ad vtrumque pertineat, non immerito dubitatur. Neque enim pars altera, cũ qua
5 Reinaldo Comiti res fuit, exprimitur. Et Freherus quidem † priorem in opinionem inclinare videtur, quasi cum priuatis de dominio insularum lis Comiti fuerit, quando in notis ait non placuisse Germanis distinctionem Iustiniani *in §. insula, Inst. de R. D.* sed eos potius iuxta ius vetus Rom *in l. Labeo. §. pen. de A.R.D.* insulas ad imperiũ & ius publicũ retulisse. Sed hoc vt vt verum sit, non tamen

tamen requirendi caussam † Reinaldo præbuit. Illi enim lis fuit, 6
non cũ fundi domino aliquo, insulas Rheni iure vicinitatis prædio suo arrogãte *ex d. §. insula*, sed cũ alio domino, cuius districtus se extendit ad ripã Rheni fluminis. Magistratũ ergo vel aliã personam † publicam fuisse oportet, qualis describitur *in c. vn. in fi. 1.* 7
F. 5. vbi Aluarot. n 5. ex Bald. docet, quod aliud sit habere iurisdictionẽ & districtum in loco, & aliud habere dominiũ terrarũ positarum in dicto loco. Diuersimode autẽ districtus † vocabulum, & ab aucto- 8
ribus vsurpatur, & ab Interpp. definitur. Proprie districtus denotat locum iurisdictione munitum, intra quẽ homines à magistratu coercẽtur, ita dictus à distringẽdo, sicut † territorium à terren- 9
do, *iuxta notat. à Canonist. in c. vbi peric. u, §. porro, de elect. in 6. Abb. cons. 20. n. 2. vol. 1. Corn. cons. 187. n 4. Hieron. de Monte de fin. reg. c. 7. n. 1 Gilman. 2. decis. Camer. 35. n. 12.* Vt ita territoriũ † & districtus idem 10
denotent, *iuxta d. §. porro, & ibi gl. in verb. territorio. c. inter dilectos, in pr. extra de fide instr. c. 9. de probat. Zas. cons. 16. n. 47. Gœld. in l. 239. §. territoriũ, de V. S.* Hoc sensu distringẽdi verbum in LL. Lõgobard. passim accipitur. Itẽ districtio pro iurisdictione, *lib. 2 tit. 43.* Vt Lõgobardis hæc acceptio deberi videatur, à quibus in ius feudale trãsiit *in c. vn. de allod. 2. F. 54. & ibi FF.* Eodẽ modo districtus † & po- 11
testas sunt idem, *iuxta gl. in § rursus, verb. potestate, Inst. de act.* vel potius potestas & districtus sunt relata, ita, vt vbi quis potestatem distringendi vel terrendi habet, ille locus dicatur esse de ipsius districtu vel territorio, *Decius in l. fin. n. 19. de iuris. & in cons. 534. n. 7. vol. 4.* Improprie districtus sumitur, † pro continẽtia alicuius 12
ciuitatis vel vniuersitatis. *arg. l. 2. l. 99. §. 1. de V. S. l. 30. ad munic. Hieron. de Monte. c. 5. n. 6.* sicuti improprie territorium etiã sine † iuris- 13
dictione cõstare posse, *tradit Menoch. lib. 3. præsumt. 97. n. 6. Matth. Steph. a li. 2. de iurisd. p. 1. c. 7. n. 10.* Vulgo die Feldmarck † Landtwehre. De 14
priori *Cranz. in Vandal. li. 3. c. 16 Borch. de feud. c. 5. n. 33. Ruland. de commiss. li. 6. p. 2. c. 3. n. 7.* De posteriori veterum Germanorum munimẽto frequens fit mentio etiam in Romanis historiis. *Spart. in Hadr.* In plurimis locis, in quibus barbari non fluminibus sed limitibus diuiduntur, stipitib. magnis in modũ muralis sepis funditus

iactis atque connexis barbaros separauit. *Marcell. lib. 16.* Difficiles vias & suapte natura cliuosas concędibus clausere solerter, arboribus immensi roboris cæsis. *Vide Capitol. in Anton. Pio.* murum cespitium, *Marcell. lib. 25.* murum prouinciarum, Imp. clausuras,
15 *in l. 2. §. 4 C. de off. P. P. Afri.* item clusas, *Luitprand. lib. 1. hist. 2. & lib. 5. c. 8. Cuiac. 3. obs. 24.* Germani veteres Landtwehren vocarūt, à tuitione. *De vtroque vocabulo Ioh. Sibrand. ad Stat. Lubec. part. 1. sect. 11. cuius tamen doctrina non per omnia congruit.* Hinc est quod Dd. terminis hisce indifferenter vtuntur, *vt Gilman. 2. decis. Camer. 35. num. 10.*
16 Pfleg / Gebiet / † District / Terminey, pro districtu, territorio & iurisdictione. *Et Henisch. in thesauro lingua Germ. in verbo* Bild. Weichbild / Flur, Gemercke / Zwingban, Kreiß / Pflege / Terminey, diœcesis, distri-
17 ctus. Alij districtum † ad solas ciuitates restringunt, *vt Aretin. cons. 77. n. 4.* vbi id definit, dominium vel territorium ciuitati in subiectionem accedens, vltra fines simul cum ciuitate statutos. *Baldus contra in cons. 429. ad euident. vol. 1.* comitatum proprie ad vrbes pertinere vult, districtum vero ad alios dominos, *quos refert Hiero. de Monte d. lo. cap. 7. n. 3. & seq.* Neutra definitio vera, quia di-
18 strictus generalior est, † pertinēs ad omnes qui iurisdictionē habent, siue sint laici, siue clerici. *Felin. in c. Rodolphus, num. 31. extra de rescript.* Et non solum de terra & mari, sed etiam de cœlo & aere dicitur, *Hieron. de Monte d. c. 7.* vulgo Gebiet Herrschafft. *Gilman. 1. decis. Camer. 1. n. 40.* Quamuis vero sub maiori dignitate etiam minor contineatur, vt sic Dux Princeps, Comes &c. quoque di-
19 strictum habere † dici possit: tamen illorum territoria proprie Ducatus, Principatus Comitatus dicuntur, ac multo ampliores terminos habent, *per ea quæ annotat Hieron. de Monte d. lo. c. 8.* quia à potentiori semper fit denominatio. *l. quæritur, & ibi Dd. ff. de stat. hom.* Et maius lumen obscurat minus. Videndum ergo, quis ille dominus tam potens ad Rhenum fuerit, qui Reinaldo Comiti Geldriæ (*de quo quis fuerit enucleauit Freher. ad d. constit.*) super incremento insulari controuersiam mouerit? In ipso Geldriæ Co-
20 mitatu fuit quem † Rhenus duplici alueo prope Nouiomagum medius diuidit ac intersecat, siue cis, siue vltra Rhenum habitauerit.

uerit. Vtraque enim ripa cum interiecto fluuio in comitatu Gel-
driæ fuit. Vbi notabis Romanos cis-Rhenanos † dixisse eos in 21
ripa Romana siue Gallica, *vt vocat Tacit.2.annal.* qui nobis in Sa-
xonia & Frisia sunt TransRhenani. Sicuti vice versa Frisios trans
Rhenanos dixerunt, *Tacit.4.annal.4.histor.& de mor. Germ. Cæsar*
lib.1.de bell.Gall Capitol.in Clodio Albin, qui nostro orbi sunt cis-Rhe
nani. Attingit autem Geldriam † Rhenus, circa tertium ac nouũ 22
eius cornu, quod Isalam hodie vocant. *Freher.ad d.constit.* Quæ est
Drusi † fossa , qua Rhenus Salæ commissus, *Tacit.11.annal.& ibi* 23
Lips.in comment.P.Berthius lib.1.rer.Germ.3.& 24. Vnde factum pu-
tatur, quod Rhenus † tria ostia receperit, *Altham in Tacit. Glarean.* 24
ad lib.4. Cæsar. cum antea bicornis saltem fuisset, *supr.c 3.n.44.& c.*
8.n.46. Ea describit *Gobelin.in Cosmod æt.1.cap.5.* nempe Walin, I-
salam, & Rhenum. Et videatur hic habitasse principes, quo-
rum Ripuaria † nomine tellus, *apud Gunth.lib.1.& ibi Spigel. De qui-* 25
bus diuersimode Freher.lib.2 orig.Palat.8.& 9.Nicol.Cisner.in orat.de Ot-
tone.3.Adde Forcat.in Necyom.dial.86 n 1. Quibus hic non immora-
mur. Id certum Rhenum sæpe alueum † mutasse, sæpius etiã 26
dominos, vt difficile sit aliquid certi determinare. An ergo ci
uitates Rheno impositæ, vt Arnheimum, Nouiomagum Tiel &c.
incrementum insulare sibi asserere voluerunt, eo quod ad ipsarũ
districtum pertineret, hoc est zu jhrem Lande / wie es in seinem Feld
vnd wasserscheiden belegen / *vt vertit Sibran l.d.sect.11.n.13.* Hoc enim
modo insulas ad veterum Germanorum vniuersitates proximas,
& alicubi de consuetudine etiamnum pertinere *dicemus cap.17.n.*
17. Et † Nouiomagum ab Imp. Guilhelmo pignoris loco accepe- 27
rat Otto Comes Geldrensis Reinaldi huius parens anno *1248.*
Munster.lib.3.Cosmogr. Sunt & aliæ ad Mosam & Ruram fluuios
positæ vrbes † ad hunc Comitatum pertinentes, vt Ruremunda, 28
Venlonum, Kesselum, Cuia, Graua &c. *quarum quædam recensentur*
à Sleida. lib.15. comment. quæ simili iure fluuiali vti voluisse videri
possunt. Fuit enim Comitatus Geldriæ † olim tam amplus quod 29
22. ciuitates comprehenderit. Quæ caussa est, quare ab hoc
eodem Adolpho Cæsare postea in Ducatum † conuersus, eadem- 30

que dignitas à Ludouico Bauaro, Reinaldo filio anno 1339. confirmata fuerit, *Freher. ad d. constit. nostram.* & *Munst. d. lib. 3. Mersæ. in*
31 *annal. Episcop. Leodiens. in Richardo Geldro.* Cæterum licet † vniuersitas quandoque vnius personæ vicem sustineat, *l. 22. de fideiuss.* tamen hic domini appellatio ad ciuitates inconcinne applicaretur, eo magis, quod is non dominium tantum insulæ sibi asserere
32 voluit, quia verbum spectare seu † pertinere est dominij, *Ant. de Butr. in c. cum ad sedem, n. 10. de rest. spol. Pract. Papiens. in form. lib. in act. real. verb. spectat, seu pertinet,* sed simul etiam iurisdictionem, *ex l. 9. de iudic.* Quod ex tota constitutione colligere est. Itaque verisimile est, aduersarium Reinaldi Comite inferiorem, vel Baronē
33 vel nobilem, iurisdictione inuestitum, & fortasse ipsius† vasallum fuisse. Cuiusmodi plures procul dubio, tam in oppidis, quam agris per Comitatum Geldriæ ad ripas Rheni, Isalæ, Mosæ, ac Rupræ fluminum habitarunt, qui insulas proximas ad districtum suū respicientes sibi arrogare voluerint. De ea ergo quæstione Reinaldus Comes Adolphum† Cæsarem consuluit. Respōdet Imp. insulas huiusmodi potius ad imperiū, quoad directum, & Comitē quoad vtile dominium pertinere, quā ad alios inferiores dominos, tacite præsupponens, q; de recepta Germaniæ consuetu-
35 dine† ad regalia pertineant. Sic enim cōcludit. Qui in Comitatu
36 suo super Rheno vel alio flumine est inuestitus† ille etiā super insulis fluminis istius inuestitus censetur, quia cōtentum sequitur
37 conditionē sui continentis *supr. c. 10. n. 27.* Inuestitura† autē, quāuis per breue testatum vel per pares curiæ probetur, *c. vn. in pr. & §. si quis de man, o, 1. Feud. 4. §. 1. 1. F. 2.* tamen per actus possessorios, si telonium & conductum in flumine recipit Comitis intētio probata videtur. Qui enim plures pontes super flumine habet, in illoque iurisdictionem exercet, ripatica, gabellas, & pedagia im-
38 memoriali† tempore exegit, præsumitur titulo priuilegij id fecisse, *Hieron. de monte de fin. reg. c. 24. n. 16.* vbi ex Ripa hanc cautelam ponit, quod is qui flumen publicum per immemoriale tempus possedit, debeat se fundare in priuilegio, & non in præscriptione ne succūbat, cum ex possessione immemoriali præsumatur priuilegium.

legium. Atqui dominus ille inferior (princeps enim non fuit) licet districtum, † iurisdictionem vel honorē habeat, *d. c. vn. in fin. quib. mod. feud. amitt.* non tamen est super flumine ipso inuestitus, 39
neque Telonia vel conductū aliaq; regalia ibi percipit, quia flumina nisi † expresse cōcedantur nō includuntur. *Capoll. li. 2. de seruit.* 40
tit. de flumin. Gilman. li. 2. decis. Camer. 33. n. 7. Ergo ad illū insulæ fluuiales pertinere nequeunt. Quid autem, inquis, an non nulliter processit Imp. Adolphus, inaudita † & non citata parte altera, ad 41
solius Reinaldi Comitis, cui vtpote cognato suo bene voluit, instantiā pronuncians. Præsertim cum ad ipsum & Imperiū caussa quoq; pertingat? Non fuit hic facti, sed tantū iuris quæstio, quę ad vnius requisitionē † expediri & definiri ab Imp. potuit, quippe 42
ad quē iuris ambigui interpretatio & declaratio pertinet. *leg. 1. l. vlt. C. de LL.* Quomodo omnes Leges Codicis ad vnius requisitionem emissæ. Quæ propria est constitutionum natura, *de qua Cuiac. 7. obs. 19. Vult. 1. I. R. 2.* Quomodo priuilegia † etiam sine citatio- 43
ne tertij, cuius interest, irrogari possunt, *Rutg. Ruland. p. 2. lib 2 de commiss. ca. 4. n. 42.* Pręsertim regalium † determinatio ad Cæsarē 44
spectat, *d. c. vn. quæ sunt reg.* quippe qui solus de feudo regali eique annexis cognoscit, *Borch. de feud. c. 10. n. 1. & seq. Vult. 2. de feud 2. nu. 9. Rosenth. de feud. c. 12. concl. 1. n. 30.* etiamsi ipsum Imp. lis quodammodo † concernat. *Rosenth. d. c. 12. concl. 3. n. 17. arg. l. 41 de hered. inst.* 45
l. 3. de his quæ in testa. Suspicio enim omnis tollitur prudentū, quos circum se habet, præsentia. *l. 8. C. de LL. Ruland. d. c. 4 n. 22.* Ita sicut † Fridericus Imp. ad Consulta Sapientum Liguriæ declarationē 46
regalium edidit *in d. c. vn. quæ sunt reg. De qua Otto Frising. & Gunth. lib. 8. v. 570.* Ita hic Adolphus exquisitis Principum vtriusque ordinis, qui curiæ interfuerunt, sententiis, insulas regalibus adiicit. Quæ fuit forma ferendarum † legum curiatarū ab Imp. Ger- 47
manicis à Carolo M. vsque obseruata, *de qua Freher. ad hanc const.* Quatuor ergo hinc cōsectaria colligi possunt. Primū. Qui insulas in flumine † affectat, eū flumine ac regalib. inuestitū esse opor- 48
tet. Si enim ipsius districtus tātum protendat vsq; ad ripā fluminis, ne iurisdictionem quidem in flumine habebit. Tātum abest,

49 quod regalia habere possit: Quia concesso castro cum † iurisdictione etiam omnimoda, non censentur concessa regalia, *Obrecht. de iurisd. c. 1. n. 59.* quippe quæ specialem concessionem desiderãt *arg. c. quia ad agendum, de procur. in 6. c. per translationem, de off. deleg. Ru-*
50 *land. part. 2. lib. 2. cap. 2. n. 20.* Secundum. Qui insulas † fluminis inter vtramque ripam sibi soli iure regalium arrogare vult: eum etiam solum flumine illo inuestitum esse oportet. Si enim flumen diuersa territoria interfluat, eoque vterque dominus sit inuestitus: insulæ pro medietate fluminis ad vtrumque pertinebunt, *inf.*
51 *cap. 17. n. 56. & seq.* Tertium. Inuestitus flumine, † eatenus saltem inuestitus censetur, quatenus flumen intra ipsius territorii fines fluit, Ita enim dicit Imp. hic: Si insula nata est in Rheno vel alio flumine in comitatu alicuius comitis. Ergo simul ac flumen territoriũ vnius principis ingreditur, alterius egreditur. Quod
52 enim dicitur flumina terminare † & distinguere prouincias, *cap. seq.* id de latitudine siue lateribus fluminum intelligendum, non de longitudine, qua à capite vsque ad ostium per sinuosa volumina in infinitum extenduntur, vt sæpe nec origo sciatur, *de qua Hie-*
53 *ron. de Monte de fin. reg. c. 24. n. 14* Sicuti de Nili fontibus † proditũ est *ab Herod. lib. 2 Senec. lib. 6. Nat. quæst. 8.* Nec Rheni quidem origo satis explorata Romanis, *teste Glarean. in comm. ad Cæs. lib. 4.* Quo-
54 rum tamen limes † fuit, *Reineer. in syntag. hist. p. 3. fol. 444. cap. seq. nu. 101.* Quem cum confecto ponte transire vellet Iulius Cæsar, Germani suggesserunt ipsi: P. R. imperium Rhenum finire. *Cæsar d. lib. 4.* Is per quas prouincias ac territoria à Gallis & Heluetiis labatur, *recensuit Glarean d. lo.* Addidit partes Rheni illas, quæ
55 ad Palatinum † Rheni, ab hoc titulum & dignitatem suam mutuantem, quoquomodo respiciunt, *Freher. de orig. Palat. lib. 2. c. 7. in fi.* Qui vbi fere desinit, illic Geldriæ ducatus incipit, quousque Rhenus ad Hollandos & ostia maris deferatur. Quartum. Quæ
56 in Rheno flumine † obtinent, eadem etiam in aliis fluminibus publicis & nauigabilibus obtinebunt. Quamuis enim Rhenus fluuius præ aliis prærogatiuam quandam habeat, quippe qui
57 cum Danubio † fluminum Germaniæ Princeps censetur, sed vt illum

illum † huic præferat Noe Meurer *in præfat. tract.* von Wasserrecht. 58
quem Romani scriptores & poetæ maxime commendant, *Martial. lib. 10. epig. 7. Claudia. in paneg. Stilic. 3. Auson. Eidyl. 9. Horat. de art. poet. Berth. lib. 1. comment. 7. cuius decora exposuit Freher. lib. 2. orig. Palat. 17. & 18.* præsertim huic nostro instituto accommodus,
quia † insulosus, *Marcell. lib. 16.* Quod maxime obtinet in inferiore Rheno circa Geldriam, qua in cornua funditur, vbi nihil frequentius, quam inundationes, alluuiones, insulæ, aluei mutationes, *teste Freher. ad dict. constit.* tamen in iure eiusdem est conditionis cum cæteris fluuiis publicis & nauigabilibus, quia omnes † 59
regalibus accensentur *d. c. vn. quæ sunt regal.* consequenter etiam insulæ in illis natæ. Nisi consuetudo, vel alia ratio impediat. 60
Adderemus & hoc, an quæ hic de comitatu † statuta, etiam in Principatu, Marchionatu, Ducatu, aliisque maioribus potestatibus obtineant, nisi stultum esset de eo dubitare, *per text. & gl. in l. vn. C. quæ ætate Eberh. in lo. 15. à minori.* Illud maioris 61
dubij est, si Baro quoque † vel ciuitas eodem iure vtatur. Quod dicendum est, si territorium habeant, ac regalibus in flumine sint inuestiti, *per ea quæ habet And. Gail. lib. 2. obs. 57. n. 6. & de pac. publ. 6. n. 11. licet Andreas Knichen hanc doctrinam non agnoscat. Cui respondet M. Stephan. lib. 2. de iurisd. part. 1. cap. 7. n. 14. & seq. Quibus hic diutius non insistimus.* 62

CAPVT XIV.

De iurisdictione insulæ.

SVMMARIA.

1 *Circa iurisdictionem plurimæ contentiones.*
2 *Iurisdictio etiam ad res pertinet.*
3 *Iurisdictio territorio cohæret.*
4 *Iurisdictio realis differt à personali.*

5 *Iurisdictio in dubio realis censetur.*
6 *Proprietas differt à possessione.*
7 *Et Iurisdictione.*
8 *Argumentum à dominio ad iurisdict.*
9 *Iurisdictio insularum pertinet ad magistratum.*
10 *Dominij & imperij discrimen.*
11 *Iurisdictio pertinet ad vicinos magistratus.*
12 *An sit iurisdictio maritima?*
13 *Territorium quid?*
14 *Territorium dicitur tam de aqua, quam de terra.*
15 *Qui habet iurisdictionem in continenti, habet eam etiam in vicino mari.*
16 *An vnus iurisdict. in terra, alius in mari habere possit?*
17 *Qui est in mari non est vltra districtum.*
18 *Iurisdictio marina includit etiam insulas.*
19 *Intentio insulas sibi asserentis fundata.*
20 *Iurisdictio insula vsque ad medietatem fluminis ripam suam sequitur.*
21 *Vicina loca quænam dicantur?*
22 *Vicinitas maritima centum miliaribus æstimatur.*
23 *Item duabus diatis.*
24 *Vna diata continet 50 miliaria.*
25 *Conclusio Dd. falsa & ambigua.*
26 *Viarum mensura pro diuersitate locorum varias.*
27 *Romani vias per lapides distinguebant.*
28 *Miliarium quid?*
29 *Quantitas miliarij Germanici.*
30 *Gallorum leuca multiplex.*
31 *Non omnis cothurnus cuique pedi aptus.*
32 *Canonum error circa diatam.*
33 *Diata duplex vulgaris & legitima.*
34 *Iornanda Hispanorum quid?*
35 *Mensura itineris maritimi inæqualis.*
36 *Pityusa Carthaginensium insula.*
37 *Phari distantia ab Ægypto.*

Arabia

38 Arabiæ distantia ab AEgypto.
39 Hollandiæ & Angliæ distantia.
34 Quæ ie nes facti iudicis arbitrio relinquenda.
41 Etiam in mari sunt fines.
42 In infesto mari distantia terræ exactè sciri nequit.
43 Discrimen maris conclusi & aperti.
44 Venetorum & Genuensium contentio.
45 Sabbatin & Domitianæ quæstionis discrimen.
46 Pacta & consuetudines maritimæ obseru nda.
47 Iurisdictio marina est vel vniuersalis vel particularis.
48 Imperator habet iurisdictionem vniuersalem.
49 Flumina quatenus sint Imperat.
50 Cæsaris iurisdictio maritima.
51 Venetorum iurisdictio maritima.
52 Encomia de potestate Cæsaris.
53 Iura maiestatis quæ sint, remissiuè.
54 An Imperator sit dominus maris?
55 Termini imperij Romani.
56 Sub vniuersalitate orbis etiam mare continetur.
57 Imperium marinum Cæsaris.
58 Claudius Imp. de mari domito triumphauit.
59 Romani maris possessores.
60 Imperium maris per classes retinetur.
61 Exercitio iurisdictionis pro possessione habetur.
62 Interpretum error reiicitur.
63 Imperator è mari vectigal percipit.
64 Iurisdictio probatur per solutionem gabellarum.
65 Quomodo Imper. dominus orbis ac maris dicatur?
66 Romani non omnes terras & maria obtinuerunt.
67 Vniuersus orbis accipitur pro orbe Romano.
68 Sinus maris pro mari accipitur.
69 An hodie Imperium Cæsaris in mari duret?
70 Imperator per alios possidet.
71 Insulæ remotiores ad quem pertineant?

54 *Rhenus limes Imp. Rom.*
55 *Rhenus Comitis Palatini quodammodo proprius.*
56 *Rheni & aliorum fluminum in iure paritas.*
57 *Rhenus & Danubius fluuiorum Germaniæ principes.*
58 *Rhenus Danubio excellentior.*
59 *Rhenus maxime insulosus.*
60 *Flumina omnia publica regalibus annumerantur.*
61 *De Comitatu statuta multo magis obtinent in Ducatu.*
62 *Etiam Baro vel ciuitas regalia habere potest.*

1 VM de insulis extet peculiaris constitutio Imper. † Adolphi Nassouij, in generali Curia apud Nürenberg pro tribunali sedentis, anno 1293. de communi Principum sententia, ad requisitionem Reinoldi Comitis Geldrensis, eius nominis primi, lata, quam magno Reip. litterariæ bono ex archiuis Hollandicis edidit Marq.
2 Freherus † Iurisconsultus: eam qua parte de insulis agit, hic integram subiicere, & latius declarare visum est, quod ad ius hodiernum circa insulas illustrandum plurimum conducat. Eo magis quod Freherus notas saltem, non commentarium ipsi attexuit.
3 Verba constitutionis † Adolphi sic habent: Quod si insula nata est in Rheno vel alio flumine in Comitatu alicuius Comitis, qui in ipso flumine recipit teolonia & conductus, habetque Comitatum eundem, teolonia & conductum ab Imperio in flumine prædicto, eadem insula potius spectat ad Imperium, & ad ipsum Comitem, quam ad alium dominum, cuius districtus protéditur ad ripam fluminis prælibati. Hactenus Imp. Cuius decisio vtrum
4 ad dominium, † an ad iurisdictionem insulæ, an ad vtrumque pertineat, non immerito dubitatur. Neque enim pars altera, cũ qua
5 Reinaldo Comiti res fuit, exprimitur. Et Freherus quidem † priorem in opinionem inclinare videtur, quasi cum priuatis de dominio insularum lis Comiti fuerit, quando in notis ait non placuisse Germanis distinctionem Iustiniani *in §. insula, Inst. de R. D.* sed eos potius iuxta ius vetus Rom *in l. Labeo. §. pen. de A. R. D.* insulas ad imperiũ & ius publicũ retulisse. Sed hoc vt vt verum sit, non

tamen

tamen requirendi caussam † Reinaldo præbuit. Illi enim lis fuit, 6
non cũ fundi domino aliquo, insulas Rheni iure vicinitatis prædio suo arrogãte *ex d. §. insula*, sed cũ alio domino, cuius districtus se extendit ad ripã Rheni fluminis. Magistratũ ergo vel aliã personam † publicam fuisse oportet, qualis describitur *in c. vn. in fi. 1.* 7
F. 5. vbi Aluarot. n 5. ex Bald. docet, quod aliud sit habere iurisdictionẽ & districtum in loco, & aliud habere dominiũ terrarũ positarum in dicto loco. Diuersimode autẽ districtus † vocabulum, & ab aucto- 8
ribus vsurpatur, & ab Interpp. definitur. Proprie districtus denotat locum iurisdictione munitum, intra quẽ homines à magistratu coercẽtur, ita dictus à distringẽdo, sicut † territorium à terren- 9
do, *iuxta notat. à Canonist in c. vbi pericu ũ, §. porro, de elect. in 6. Abb. cons. 20. n. 2. vol. 1. Corne. cons. 187. n 4. Hieron. de Monte de fin. reg. c. 7. n. 1 Gilman. 2. decis. Camer. 35. n. 12.* Vt ita territoriũ † & districtus idem 10
denotent, *iuxta d. §. porro, & ibi gl. in verb. territorio. c. inter dilectos, in pr. extra de fide instr. c. 9. de probat. Zas. cons. 16. n. 47. Gædd. in l. 239. §. territoriũ, de V. S.* Hoc sensu distringẽdi verbum in LL. Lõgobard. passim accipitur. Itẽ districtio pro iurisdictione, *lib. 2 tit. 43.* Vt Lõgobardis hæc acceptio deberi videatur, à quibus in ius feudale trãsiit *in c. vn. de allod. 2. F. 54. & ibi FF.* Eodẽ modo districtus † & po- 11
testas sunt idem, *iuxta gl. in §. rursus, verb. potestate, Inst. de act.* vel potius potestas & districtus sunt relata, ita, vt vbi quis potestatem distringendi vel terrendi habet, ille locus dicatur esse de ipsius districtu vel territorio, *Decius in l. fin. n. 19. de iuris. & in cons. 534. n. 7. vol. 4.* Improprie districtus sumitur, † pro continẽtia alicuius 12
ciuitatis vel vniuersitatis. *arg. l. 2. l. 99. §. 1. de V. S. l. 30. ad munic. Hieron. de Monte. c. 5. n. 6.* sicuti improprie territorium etiã sine † iuris- 13
dictione cõstare posse, *tradit Menoch. lib 3. præsumt. 97. n. 6. Matth. Stepha. li. 2. de iurisd. p. 1. c. 7. n. 10.* Vulgo die Feldmarck † Landtwehr. De 14
priori *Cranz. in Vandal. li. 3. c. 16 Borch. de feud. c. 5. n 33. Ruland. de commiss. li. 6. p. 2. c. 3. n. 7.* De posteriori veterum Germanorum munimẽto frequens fit mentio etiam in Romanis historiis. *Spart. in Hadr.* In plurimis locis, in quibus barbari non fluminibus sed limitibus diuiduntur, stipitib. magnis in modũ muralis sepis funditus

iactis

iactis atque connexis barbaros separauit. *Marcell. lib. 16.* Difficiles vias & suapte natura cliuosas concędibus clausere solerter, arboribus immensi roboris cæsis. *Vnde Capitol. in Anton. Pio.* murum cespitium, *Marcell. lib. 25.* murum prouinciarum, Imp. clausuras,
15 *in l. 2. §. 4 C. de off. P.P. Afri.* item clusas, *Luitprand. lib. 1. hist. 2. & lib. 5. c. 8. Cuiac. 3. obs. 24.* Germani veteres Landtwehren vocarūt, à tuitione. *De vtroque vocabulo Ioh. Sibrand. ad Stat. Lubec. part. 1. sect. 11. cuius tamen doctrina non per omnia congruit.* Hinc est quod Dd. terminis hisce indifferenter vtuntur, *vt Gilman. 2. decis. Camer. 35. num. 10.*
16 Pfleg/ Gebiet/ † District/ Terminey, pro districtu, territorio & iurisdictione. *Et Hensch. in thesauro lingua Germ. in verbo* Bild. Weichbilt/ Flur. Gemercke/ Zwingban/ Kreiß/ Pflege/ Terminey, diœcesis, distri-
17 ctus. Alij districtum † ad solas ciuitates restringunt, *vt Aretin. cons. 77. n. 4.* vbi id definit, dominium vel territorium ciuitati in subiectionem accedens, vltra fines simul cum ciuitate statutos. *Baldus contra in cons. 429. ad euident. vol. 1.* comitatum proprie ad vrbes pertinere vult, districtum vero ad alios dominos, *quos refert Hiero. de Monte d. lo. cap. 7. n. 3. & seq.* Neutra definitio vera, quia di-
18 strictus generalior est, † pertinēs ad omnes qui iurisdictionē habent, siue sint laici, siue clerici. *Felin. in c. Rodolphus, num. 31. extra de rescript.* Et non solum de terra & mari, sed etiam de cœlo & aere dicitur, *Hieron. de Monte d. c. 7.* vulgo Gebiet Herrschafft. *Gilman. 1. decis. Camer. 1. n. 40.* Quamuis vero sub maiori dignitate etiam minor contineatur, vt sic Dux Princeps, Comes &c. quoque di-
19 strictum habere † dici possit: tamen illorum territoria proprie Ducatus, Principatus Comitatus dicuntur, ac multo ampliores terminos habent, *per ea quæ annotat Hieron. de Monte d. lo. c. 8.* quia à potentiori semper fit denominatio *l. quæritur, & ibi Dd. ff. de stat. hom.* Et maius lumen obscurat minus. Videndum ergo, quis ille dominus tam potens ad Rhenum fuerit, qui Reinaldo Comiti Geldriæ (*de quo quis fuerit enu. leauit Freher. ad d. constit.*) super incremento insulari controuersiam mouerit? In ipso Geldriæ Co-
20 miratu fuit quem † Rhenus duplici alueo prope Nouiomagum medius diuidit ac intersecat, siue cis, siue vltra Rhenum habitauerit.

uerit. Vtraque enim ripa cum interiecto fluuio in comitatu Gel-
driæ fuit. Vbi notabis Romanos cis-Rhenanos † dixisse eos in 21
ripa Romana siue Gallica, *vt vocat Tacit. 2. annal.* qui nobis in Sa-
xonia & Frisia sunt TransRhenani. Sicuti vice versa Frisios trans
Rhenanos dixerunt, *Tacit. 4. annal. 4. histor. & de mor. Germ. Cæsar*
lib. 1. de bell. Gall. Capitol. in Clodio Albin. qui nostro orbi sunt cis-Rhe
nani. Attingit autem Geldriam † Rhenus, circa tertium ac nouũ 22
eius cornu, quod Isalam hodie vocant. *Freher. ad d. constit.* Quæ est
Drusi † fossa, qua Rhenus Salæ commissus, *Tacit. 11. annal. & ibi* 23
Lips. in comment. P. Berthius lib. 1. rer. Germ. 3. & 24. Vnde factum pu-
tatur, quod Rhenus † tria ostia receperit, *Altham in Tacit. Glarean.* 24
ad lib. 4. Cæsar. cum antea bicornis saltem fuisset, *supr. c. 3. n. 44. & c.*
8. n. 46. Ea describit *Gobelin. in Cosmod. æt. 1. cap. 5.* nempe Walin, I-
salam, & Rhenum. Et videatur hic habitasse principes, quo-
rum Ripuaria † nomine tellus, *apud Gunth. lib. 1. & ibi Spigel. De qui-* 25
bus diuersimode Freher. lib. 2. orig. Palat. 8. & 9. Nicol. Cisner. in orat. de Ot-
tone. 3. Adde Forcat. in Necyom. dial. 86 n. 1. Quibus hic non immora-
mur. Id certum Rhenum sæpe alueum † mutasse, sæpius etiã 26
dominos, vt difficile sit aliquid certi determinare. An ergo ci
uitates Rheno impositæ, vt Arnheimum, Nouiomagum Tiel &c.
incrementum insulare sibi asserere voluerunt, eo quod ad ipsarũ
districtum pertineret, hoc est zu jhrem Lande / wie es in seinem Feld
vnd wasserscheiden belegen / *vt vertit Sibran l. d. sect. 11. n. 13.* Hoc enim
modo insulas ad veterum Germanorum vniuersitates proximas,
& alicubi de consuetudine etiamnum pertinere *dicemus cap. 17. n.*
17. Et † Nouiomagum ab Imp. Guilhelmo pignoris loco accepe- 27
rat Otto Comes Geldrensis Reinaldi huius parens anno *1248.*
Munster. lib. 3. Cosmogr. Sunt & aliæ ad Mosam & Ruram fluuios
positæ vrbes † ad hunc Comitatum pertinentes, vt Ruremunda, 28
Venlonum, Kesselum, Cuia, Graua &c. *quarum quædam recensentur*
à Sleida. lib. 15. comment. quæ simili iure fluuiali vti voluisse videri
possunt. Fuit enim Comitatus Geldriæ † olim tam amplus quod 29
22. ciuitates comprehenderit. Quæ caussa est, quare ab hoc
eodem Adolpho Cæsare postea in Ducatum † conuersus, eadem- 30

que dignitas à Ludouico Bauaro, Reinaldo filio anno 1339. confirmata fuerit, *Freher. ad d. constit. nostram & Munst. d. lib. 3. Merse. in*
31 *annal. Episcop. Leodiens. in Richardo Geldro*. Cæterum licet † vniuersitas quandoque vnius personæ vicem sustineat, *l. 22. de fideiuss.* tamen hic domini appellatio ad ciuitates inconcinne applicaretur, eo magis, quod is non dominium tantum insulæ sibi asserere
32 voluit, quia verbum spectare seu † pertinere est dominij, *Ant. de Butr. in c. cum ad sedem, n. 10. de rest. spol. Pract. Papiens. in form. lib. in act. real. verb spectat, seu pertinet*, sed simul etiam iurisdictionem, *ex l. 9. de iudic.* Quod ex tota constitutione colligere est. Itaque verisimile est, aduersarium Reinaldi Comite inferiorem, vel Baronē
33 vel nobilem, iurisdictione inuestitum, & fortasse ipsius † vasallum fuisse. Cuiusmodi plures proculdubio, tam in oppidis, quam agris per Comitatum Geldriæ ad ripas Rheni, Isalæ, Mosæ, ac Ruræ fluminum habitarunt, qui insulas proximas ad districtum suū respicientes sibi arrogare voluerint. De ea ergo quæstione Reinaldus Comes Adolphum † Cæsarem consuluit. Respōdet Imp. insulas huiusmodi potius ad imperiū, quoad directum, & Comitē quoad vtile dominium pertinere, quā ad alios inferiores dominos, tacite præsupponens, q. de recepta Germaniæ consuetu-
35 dine † ad regalia pertineant, Sic enim cōcludit. Qui in Comitatu
36 suo super Rheno vel alio flumine est inuestitus † ille etiā super insulis fluminis istius inuestitus censetur, quia cōtentum sequitur
37 conditionē sui continentis *supr. c. 10. n. 27.* Inuestitura † autē, quāuis per breue testatum vel per pares curiæ probetur, *c. vn. in pr. & §. si quis de man, o, 1. Feud. 4. §. 1. 1. F. 2.* tamen per actus possessorios, si telonium & conductum in flumine recipit Comitis intētio probata videtur. Qui enim plures pontes super flumine habet, in illoque iurisdictionem exercet, ripatica, gabellas, & pedagia im-
38 memoriali † tempore exegit, præsumitur titulo priuilegij id fecisse, *Hieron. de monte de fin. reg. c. 24. n. 16.* vbi ex Ripa hanc cautelam ponit, quod is qui flumen publicum per immemoriale tempus possedit, debeat se fundare in priuilegio, & non in præscriptione ne succūbat, cum ex possessione immemoriali præsumatur priuilegium.

legium. Atqui dominus ille inferior (princeps enim non fuit) licet districtum, † iurisdictionem vel honorẽ habeat, *d. c. vn. in fin. quib. mod. feud. amitt.* non tamen est super flumine ipso inuestitus, neque Telonia vel conductũ aliaq; regalia ibi percipit, quia flumina nisi † expresse cõcedantur nõ includuntur. *Capoll. li. 2. de seruit. tit. de flumin. Gilman. li. 2. decis. Camer. 33. n. 7.* Ergo ad illũ insulæ fluuiales pertinere nequeunt. Quid autem, inquis, an non nulliter processit Imp. Adolphus, inaudita † & non citata parte altera, ad solius Reinaldi Comitis, cui vtpote cognato suo bene voluit, instantiã pronuncians. Præsertim cum ad ipsum & Imperiũ caussa quoq; pertingat? Non fuit hic facti, sed tantũ iuris quæstio, quę ad vnius requisitionẽ † expediri & definiri ab Imp. potuit, quippe ad quẽ iuris ambigui interpretatio & declaratio pertinet. *leg. 1. l. vlt. C. de LL.* Quomodo omnes Leges Codicis ad vnius requisitionem emissæ. Quæ propria est constitutionum natura, *de qua Cuiac. 7. obs. 19. Vult. 1. I. R. 2.* Quomodo priuilegia † etiam sine citatione tertij, cuius interest, irrogari possunt, *Rutg. Ruland. p. 2. lib 2 de commiss. ca. 4. n. 42.* Pręsertim regalium † determinatio ad Cæsarẽ spectat, *d. c. vn. quæ sunt reg.* quippe qui solus de feudo regali eique annexis cognoscit, *Borch. de feud. c. 10. n. 1. & seq. Vult. 2. de feud 2. nu. 9. Rosenth. de feud. c. 12. concl. 1. n. 30.* etiamsi ipsum Imp. lis quodammodo † concernat. *Rosenth. d. c. 12. concl. 3. n. 17. arg. l. 41 de hered. inst. l. 3. de his quæ in testa.* Suspicio enim omnis tollitur prudentũ, quos circum se habet, præsentia. *l. 8. C. de LL. Ruland. d. c. 4 n. 22.* Ita sicut † Fridericus Imp. ad Consulta Sapientum Liguriæ declarationẽ regalium edidit *in d. c. vn. quæ sunt reg. De qua Otto Frising. & Gunth. lib. 8. v. 570.* Ita hic Adolphus exquisitis Principum vtriusque ordinis, qui curiæ interfuerunt, sententiis, insulas regalibus adiicit. Quæ fuit forma ferendarum † legum curiatarũ ab Imp. Germanicis à Carolo M. vsque obse. uata, *de qua Freher. ad hanc const.*

Quatuor ergo hinc cõsectaria colligi possunt. Primũ. Qui insulas in flumine † affectat, eũ flumine ac regalib. inuestitũ esse oportet. Si enim ipsius districtus tãtum protendat vsq; ad ripã fluminis, ne iurisdictionem quidem in flumine habebit. Tãtum abest,

49 quod regalia habere possit: Quia concesso castro cum † iurisdictione etiam omnimoda, non censentur concessa regalia, *Obrech. de iurisd. c. 1. n. 59.* quippe quæ specialem concessionem desiderãt *arg. c. qui ad agendum, de procur. in 6. c. per translationem, de off. deleg. Ru-*
50 *land. part. 2. lib. 2. cap. 2. n. 20.* Secundum. Qui insulas † fluminis inter vtramque ripam sibi soli iure regalium arrogare vult: eum etiam solum flumine illo inuestitum esse oportet. Si enim flumen diuersa territoria interfluat, eoque vterque dominus sit inuestitus: insulæ pro medietate fluminis ad vtrumque pertinebunt, *inf.*
51 *cap. 17. n. 56. & seq.* Tertium. Inuestitus flumine, † eatenus saltem inuestitus censetur, quatenus flumen intra ipsius territorii fines fluit, Ita enim dicit Imp. hic: Si insula nata est in Rheno vel alio flumine in comitatu alicuius comitis. Ergo simul ac flumen territoriũ vnius principis ingreditur, alterius egreditur. Quod
52 enim dicitur flumina terminare † & distinguere prouincias, *cap. seq.* id de latitudine siue lateribus fluminum intelligendum, non de longitudine, qua a capite vsque ad ostium per sinuosa volumina in infinitum extenduntur, vt sæpe nec origo sciatur, *de qua Hie-*
53 *ron. de Monte de fin. reg. c. 24. n. 14.* Sicuti de Nili fontibus † proditũ est *ab Herod. lib. 2. Senec. lib. 6. Nat. quæst 8.* Nec Rheni quidem origo satis explorata Romanis, *teste Glarean. in comm. ad Cæs. lib. 4.* Quo-
54 rum tamen limes † fuit, *Reinec. in syntag. hist. p. 3. fol. 444. cap. seq. nu. 101.* Quem cum confecto ponte transire vellet Iulius Cæsar, Germani suggesserunt ipsi: P. R. imperium Rhenum finire. *Cæsar d. lib. 4.* Is per quas prouincias ac territoria à Gallis & Heluetiis labatur, *recensuit Glarean d. lo.* Addidit partes Rheni illas, quæ
55 ad Palatinum † Rheni, ab hoc titulum & dignitatem suam mutuantem, quoquomodo respiciunt, *Freher. de orig. Palat. lib. 2. c. 7. in fi.* Qui vbi fere desinit, illic Geldriæ ducatus incipit, quousque Rhenus ad Hollandos & ostia maris deferatur. Quartum. Quæ
56 in Rheno flumine † obtinent, eadem etiam in aliis fluminibus publicis & nauigabilibus obtinebunt. Quamuis enim Rhenus fluuius præ aliis prærogatiuam quandam habeat, quippe qui
57 cum Danubio † fluminum Germaniæ Princeps censetur, sed vt

illum

illum † huic præferat Noe Meurer *in præfat. tract.* von Wasserrecht. 58
quem Romani scriptores & poetæ maxime commendant, *Martial. lib. 10. epig. 7. Claudia. in paneg. Stilic. 3. Auson. Eidyl. 9. Horat. de art. poet. Berth. lib. 2. comment. 7. cuius decora exposuit Freher. lib. 2. orig. Palat. 17. & 18.* præsertim huic nostro instituto accommodus,
quia † insulosus, *Marcell. lib. 16.* Quod maxime obtinet in in- 59
feriore Rheno circa Geldriam, qua in cornua funditur, vbi nihil frequentius, quam inundationes, alluuiones, insulæ, aluei mutationes, *teste Freher. ad dict. constit.* tamen in iure eiusdem est condi-
tionis cum cæteris fluuiis publicis & nauigabilibus, quia omnes † 60
regalibus accensentur *d. c. vn. quæ sunt regal.* consequenter etiam insulæ in illis natæ. Nisi consuetudo, vel alia ratio impe-
diat. Adderemus & hoc, an quæ hic de comitatu † statuta, et- 61
iam in Principatu, Marchionatu, Ducatu, aliisque maioribus potestatibus obtineant, nisi stultum esset de eo dubitare, *per text. & gl. in l. vn. C. qui ætate Eberh. in lo. 15. à minori.* Illud maioris
dubij est, si Baro quoque † vel ciuitas eodem iure vtatur. Quod 62
dicendum est, si territorium habeant, ac regalibus in flumine sint inuestiti, *per ea quæ habet And. Gail. lib. 2. obs. 57. n. 6. & de pac. publ. 6. n. 11. licet Andreas Knichen hanc doctrinam non agnoscat. Cui respondet M. Stephan. lib. 2. de iurisd. part. 1. cap. 7. n. 14. & seq. Quibus hic diutius non insistimus.*

CAPVT XIV.

De iurisdictione insulæ.

SVMMARIA.

1 *Circa iurisdictionem plurimæ contentiones.*
2 *Iurisdictio etiam ad res pertinet.*
3 *Iurisdictio territorio cohæret.*
4 *Iurisdictio realis differt à personali.*

38 *Arabiæ distantia ab AEgypto.*
39 *Hollandiæ & Angliæ distantia.*
34 *Quæ ienes facti iudicis arbitrio relinquenda.*
41 *Etiam in mari sunt fines.*
42 *In infesto mari distantia terræ exactè sciri nequit.*
43 *Discrimen maris conclusi & aperti.*
44 *Venetorum & Genuensium contentio.*
45 *Sabbatin & Domitianæ quæstionis discrimen.*
46 *Pacta & consuetudines maritimæ obseru nda.*
47 *Iurisdictio marina est vel vniuersalis vel particularis.*
48 *Imperator habet iurisdictionem vniuersalem.*
49 *Flumina quatenus sint Imperat.*
50 *Cæsaris iur:sdictio maritima.*
51 *Venetorum iurisdictio maritima.*
52 *Encomia de potestate Cæsaris.*
53 *Iura maiestatis quæ sint, remissiua?*
54 *An Imperator sit dominus maris?*
55 *Termini imperij Romani.*
56 *Sub vniuersalitate orbis etiam mare continetur.*
57 *Imperium marinum Cæsaris.*
58 *Claudius Imp. de mari domito triumphauit.*
59 *Romani maris possessores.*
60 *Imperium maris per classes retinetur.*
61 *Exercitio iurisdictionis pro possessione habetur.*
62 *Interpretum error reiicitur.*
63 *Imperator è mari vectigal percipit.*
64 *Iurisdictio probatur per solutionem gabellarum.*
65 *Quomodo Imper. dominus orbis ac maris dicatur?*
66 *Romani non omnes terras & maria obtinuerunt.*
67 *Vniuersus orbis accipitur pro orbe Romano.*
68 *Sinus maris pro mari accipitur.*
69 *An hodie Imperium Cæsaris in mari duret?*
70 *Imperator per alios possidet.*
71 *Insulæ remotiores ad quem pertineant?*

72 *Insula remotiores occupanti patent.*
73 *Casuales insulæ primi modi naturalibus in iure pares.*
74 *Fluuiales insulæ in cuius sint iurisd ctione?*
75 *An per incrementum insulare augeatur iurisdictio?*
76 *Impetus fluminis iuri veteri non derogat.*
77 *Conflictus Dd. circa terminos.*
78 *Intensiue quomodo augeatur iurisdictio?*
79 *Formæ nihil addi, neque detrahi potest.*
80 *Quomodo extensiue augeatur iurisdictio?*
81 *Ius maiestatis est indiuiduum.*
82 *Territorium diuidi potest.*
83 *Alluuione augetur iurisdictio.*
84 *Iurisdictio quando proprietati cohæreat?*
85 *Incremento insulari non augetur iurisdictio, sed mutatur.*
86 *Iurisdictio Ecclesiastica an augeatur.*
87 *Flumine mutato an mutetur iurisdictio.*
88 *Italicorum ICtorum contraria responsa.*
89 *Flumina & montes prouinciarum termini.*
90 *Taurus mons Gentium arbiter.*
91 *Sui cuique regioni termini à Deo positi.*
92 *Termini naturales immutabiles.*
93 *Montes quandoque loco moti.*
94 *Flumina exsiccata.*
95 *Temporalis fluminis mutatio non attenditur.*
96 *Mutato flumine videntur termini imperij mutati.*
97 *Fluuij quandoque in totum exsiccati.*
98 *Ex mutationibus fluminum præsagia sumta.*
99 *Flumina quare pro Dijs culta?*
100 *Tyberis vates.*
101 *Rhenus terminus Rom. Imp.*
102 *Rheni mutationes frequentes.*
103 *An mutato flumine idem flumen dicatur?*
104 *Mutatio aquæ flumen non mutat.*
105 *Fluminis natura inquies & instabilis.*

106 *Idem*

106 Idem flumen bis non ingredi.
107 Nimia subtilitas reijcitur.
108 Particularis rei mutatio nouum formam non inducit.
109 Aluei mutatio vniuersalis.
110 Aluei mutatio quando fiat?
111 Totalis mutatio per alluuionem non mutat territorium.
112 Flumina censitorum vice funguntur.
113 Per alluuionem non mutatur aquaeductus.
114 Flumine per impetum mutato nouus statius efficitur.
115 Mutatio per saltum non mutat terminos.
116 Flumine mutato quando seruitus duret?
117 Veteres termini inquirendi, vel noui collocandi.
118 Alueus facto hominum mutatus pro violento habetur.
119 Quotidiana plenius tractanda.

ICTVM est, dominio & possessioni iurisdictionem quoque addendam, eo quod tria hæc iuris capita in realibus fere concurrant. Et posterius magis sit † controuersum, vt sæpe ad arma 1
manusque litigantes perueniant, *Valasc. de iure emphyt. q. 9. n. 25.* Quamuis enim potestas proprie ad ius personarum pertineat: *l. 215. de V. S. Vult. lib. 1. I. R. 10. n. 6.* tamen ex vsibus feudorum ac consuetudine iurisdictio etiam † re- 2
bus passiue inhæret, vsque adeo, vt cum ipso territorio transeat, & præscripto territorio, censeatur etiam præscripta iurisdictio, *Hieron. de Mont. de fin. reg. c. 77. n 1 Gilman l b. 2. decis. tam 35. num. 36. Vnde Tiber. Decia. resp. 123. num. 24. & seq. vol. 3* dixit, iurisdictionem territorio † tamquam continenti contentum inhærere *Et Rimi-* 3
nald. cons. 64. num 5. lib. 1. cohærere territorio materialiter & passiue. *Et Berous in quæst 11. num. 2.* esse in territorio velut animam in corpore, totum in toto, & in qualibet eius parte *l. 239. § 4. de V. S. Bald. in l. 2. §. 2. de off. præf. & Boer. decis. 227. num. 7.* habere se in territorio, sicut nebula se habet super palude solis calore grauata, *late Gilman. d. decis. 35. num. 20.* Quomodo iurisdictionem persona-

X lem

4 lem iudicum à reali † & territorio inhærente distinguit *Parmens. l.b.1.de alluu.6.n.3.* Atque hæc iurisdictio in dubio rei non personæ
5 † cohærere censetur. *Bart.in l.inter eos,de A.R.D.Parmens.d.lo n.11.& 45.arg.l.fin.ibi:cui & iurisdictio adhæret,C.vbi & apud quem,l.1.§.4.de*
6 *off.pr f.vrb.* Sicuti autem possessionem cũ proprietate † misceri ac confundi noluit Venuleius IC. *in l.52.de acq.poss.* quia possessorij caussa à petitorio iudicio multũ differt, *§.retinẽda,Inst.de Interd. Cuiac.7.obs.38.* nec proprietas cũ possessione quidquã commune
7 habet: *l.12.§.1.de A.P.* ita & à proprietate differt † iurisdictio, quæ in ipsos proprietatis dominos magistratui cõpetit. *Zas.cons.16.n.47.Gædd.ad l.239.§.8.n.2.de V.S.* quia diuersa sunt dominiũ & iurisdictio, *Paul.de Castro cons.56.n.2.vol.2.Bart.ad l.1.n.15.de iurisd.Decian.cons.123.n.1.& cons.3.n.23.vol.3.Hartm.Pistor.lib 3.q.42.n.44.* li-
8 cet ab † vno ad alterum quandoque arguatur *supr.c.10.n.43.* Quomodo recte docet Bald. *in l.quadam,de R.D.* tria hæc diuersa esse in littoribus ac fluminibus nẽpe proprietas, vsus & iurisdictio. Quæ tamen in regalibus plerumq; concurrunt. Quod ergo respondit
9 IC. *in l.7.§.3.de A.R.D.* de insularum dominio, id iure ciuili ad † iurisdictionem non pertinet, quippe quę cum priuatorũ dominio nihil cõmune habet, *l.27.l.45.de R.I.l.42.de oper.li.l.5.§7.de admin.tut.l.vlt.de suis & leg.* sed ad magistratus cuiusq; loci spectat. *l.215.*
10 *l.239.§.8.de V.S.* Quod discrimen dominij † & imperij eleganter expressit *Seneca li.7.de benef.4.& 6.& ex eo Hotom.illust.quæst.1.Heig.p.2.q.40.Gothofr.in Nou.105.c.2.infr.* Itaque hanc iurisdictionẽ insulæ continẽtis terrę territorio ita cohærere volũt omnes, quod ad vicinos principes vel ciuitates pertineat, *Bart.in l.insula,ff.de iu-*
11 *dic.* vbi dicit, quod insulæ † maris sint subditæ magis vicinæ ciuitati. *Sequitur Angel.& Dd.in §.insula,Inst.de R.D.P.Fred Mindan.li.3.de process.Came.20.arg.l.decernimus,C.de SS.Eccles.* Cum vero inter
12 fluuiales † & marinas insulas, & has vel propinquiores vel remotiores magna sit differentia: priusquam de singulis agamus, præmittemus præiudicialem quæstionem, an etiam in mari sit iuris-
13 dictio aliqua? Dubium facit, quod territoriũ † definitur vniuersitas agrorũ iurisdictione munita, *l.239.§.8.& ibi Dd.de V.S. Hieron.*

de Monte

de Monte de fin reg. c. 6. n. 1. VVesemb. consf. 95. n. 24 siue, vt alij volunt, terræ spacium iurisdictione armatum, *Boer. decis. 217. Guid. Pap. decis. 577.* Hoc auté de mari dici nequit, cuius sicuti dominiũ nullũ est *l. 5. de R. D. supra. c. 10. n. 25.* ita nec iurisdictio esse videtur, quia pedibus ei insisti nequit. *arg. l. 1. in pr. de A. P.* Sed affirmatiua senté-tia, vt verior, ita vsu recepta est, nõ solũ terræ, sed & maris iurisdictionẽ esse, *per notata à Canonist. in c. vbi periculũ, in verb. territoriũ de elect. in 6. Bart. in l. 1. C. de classic. Bald. in rubr. de R. D. n. 2. Angel. in l. insula, ff. de iudic. Capoll. lib 2. de seru. rust. 26. n. 6. Bossius tit. de aquis & flum. Hieron. de Monte d. c. 6. n. 7.* Et territorium dicitur, tam † de aqua, 14
quam de terra. *Hieron. de Monte d. lo. c. 11. n. vlt. Gilman. lib. 2. decis: Camer. 31. n. 3. Alber. Gentil. lib. 3. de iure bel: c. 17. Boer. decis. 152. n. 4.* Vnde qui habet iurisdictionem in territorio continenti, habet etiam † 15
in vicino mari, *Bart. in tract. de insul. Capoll. d. lo. n. 12.* quia appellatione territorij comprehenditur etiam mare, *d. c. vbi periculum, & ibi Ioh. And. Bart. Angel. & Dd. in l. 9. ff. de iudic. Bald. in c. accedens, in fi. extra vt lit. non contest. Decius in l. licet caussam, de probat. Cacheran. decis. 155. numer. 2. Pet. Greg. Tholos. lib. 1. synt. 3. numer. 5. Ita Angel. in d. l. 9. refert,* quod Pisis fuerit decisum de consilio Bartoli, quod delictum commissum in mari propinquo portui ciuitatis Pisarum, debeat ibi puniri, quia est particula maris, & intelligitur subiacere ciuitati Pisarum, *per l. 1. C. de classic. Capoll. d. c. 26. num. 12. Gilman. 2. decis. 48. n. 4.* Vt nesciam, si casus fingi possit, *cum Fabro in §. est autem littus, numer. 2. de rer. diu.* quod vnus† habeat iurisdictio- 16
nem in mari, alius in terra. Nisi forte personalem iurisdictionem diuersis personis à superiore commissam intelligat. *de qua est in l. 16. & l. seq. de iurisd.* Sed & existens in mari, quod regitur per ciuitaté, † non dicitur esse vltra districtum. *Bald. in leg. 1. C. de sent. ex breu.* 17
Capoll. d. c. 26. n. 28. Itaque hęc iurisdictio marina etiam proximas insulas † marinas includit, quia quasi pars & additamétũ aliquod 18
terræ continentis esse videntur. *arg. l. 30. ad munic. l. nulli, 28. §. 4. C. de episc. & cler.* eiusque conditionem sequuntur, *Capoll. d. c. 26. n. 12. Dd. in d. l. 9. C. de iudic.* Vnde fundata est intétio † eius qui proximas 19
insulas sibi védicat, quia in dubio p̃sumuntur esse eius, cui magis

 adia-

adiacent, *Hieron. de Monte de fin. reg c 30. in fi. & c. 83. n. 2.* Et vicinitas & aptitudo sunt argumenta dominij. *Bald. in c caussam, col. 3. extra. de probat.* Nisi forte insula proprium territorium constituat. *De qua cap. seq. & c. 26.* Quæ omnia ita accipi volumus iure feu-
20 dali, de iurisdictione illa, quæ † regalia annexa habet, ac iure regalium exercetur. Quousque vero hæc vicinitas porrigatur, in fluminibus nota res est, nempe vsque ad medietatem. *d l. 7. §. 3. de A. R. D.* Qui enim iurisdictionem in terra habet, habet etiam in flumine vsque ad medietatem. *Guid. Pap. decis. 577.* nisi flumen ad alterius territorium totum pertineret, *infra. cap. 7. num. 93.* In mari id non æque expeditum est, ac imber cum pluit. Constat enim
21 vicina loca † esse, quæ non multum à se inuicem distant, *Felin. in c. 7. de præscript.* ita vt vox clamantis exaudiri possit, *iuxta Bart. in l. si tertius, 6 in pr. de aq. plu arg. l. 1. §. 27. de SC. Silan.* Pro quo facit, *quod Herod. lib. 7.* de Artimisii & Sciathi insulæ angustiis scribit, ea loca tam vicina esse, vt exaudiri apud alteros possint, quæ apud alteros geruntur. Idem de Eurypo *Auson. eidyll. 9.*

—licet hic commercia linguæ
Iungere, & alterno sermonem iungere pulsu.

Quod in vtrisque ripis fluminis Visurgis colloquentibus olim Arminio & Flauio Cheruscorũ fratribus vsu venit *apud Tacit. 2. annal.* Hodie non item. Cui similis est illa distantia: *in Nou. Leo. 71.* in quantum arcus telum eiicit. *§. itaque, 4. Inst. de L. Aquil.* Paulo longior illa, quæ visu & oculis percipitur. Talis Femeren maris Balthici insula Wagiris opposita, vt à continenti videri possit. *Helmold. lib. 1. chron. Slau. 2. Adam. Brem. in hist. Eccles. c. 227.* Sed hæc
22 definitio vicinitatis † cum nimis angusta sit in hac materia, quippe quæ nec latioribus fluminibus quadrat: alij eam laxius considerant, & centum miliariis includunt. *Quæ fuit doctrina gl. in l. 4. §. pen. de damn. inf.* Quam Dd. communiter approbant, statuentes insulas intra centum miliaria sitas ad vicinum continentis imperium pertinere, *Bart. in tract. de insul. in verb. nullius Paulus de Castro in l. 9 de iudic. Bald. in l. 1, C. de sent. ex breu. Felin. in c. vlt. de rescript. Corset. in singul. verb. iurisdictio, Decian. cons. 123. vol. 3. Conan. in l. 15. de publica.*

publica. Hieron. de Mont. c. 7. n. 13. & cap. 39. n. vlt. Cachera. decis. 155. Capoll. d. c. 26. n. 13. Bodin. lib. 1. de Rep. 10. nu 270. vbi vel mendum est in numero, vel lapsus memoriæ, arg. l. 1. in pr. vbi Goth. d. off. præf. vrb. Quia territorium ciuitatum in mari extendit se vsque ad centum miliaria, *Apost. ad Abbat. in c. exposita, nu. 2. extr. de arbit. Congruit text. in c. nonnulli, 28. de rescript.* vbi dicitur, quod vltra duas diætas † nō 23
dicatur locus remotus. *Adde c. præsent. 34. de præbend. in 6. Nou. 69 c. 2.* Vnde colligunt prædicti Dd. quasi propedicatur, quod per mare non distat vltra duas diætas. *Castrens. & alij in d. l. 69. de iudic.* Iam autem 50. milliaria † per mare spacium est vnius diætæ, *Bart.* 24
d. lo. quem allegat Felin. in c. olim, extra de except. Dd. in l. 1. si quis caut. in iud. Hieron. de Mont. d. c. 7. num. 13. Alber. Gentil. lib. 2. aduocat. Hisp. c. 7. Ex quibus omnibus colligitur, quod iurisdictio continentis includat mare & insulas proximas, vsque ad centum miliaria. Sed hæc conclusio partim falsa est, † partim etiam fallax & incerta. 25
Falsa, quia non omnes insulæ intra hoc spacium sitæ, continētis imperium agnoscunt. Cum contra aliæ etiam remotiores eo teneantur. Ita enim Anglia non lato Euripo à Calete distās Gallicum tamen imperium non agnoscit. Contra Islandiā ac Gronlandiam amplissimo maris tractu à Dania seiunctam nautæ norunt. A propiori Norwegia quinque vel septem diætis, *teste Adam. Bremens. in hist. Eccles. c. 244.* Cui tamen vtraque paret. Et quid si latitudo maris centum miliaria non excedat, alicubi etiam contractior inueniatur, vt in ostio maris Balthici, vbi facili saltu per noctem carbasa traiiciunt, *quod scripsit Adam Brem. d. lo. c. 219.* Quomodo hinc æstimari potest, vtri continenti insulæ interiectæ accenseri debeant? Quid si vice versa insula iurisdictionem & imperium in continentem vsque extendat? *vt postea dicemus.* Fallax & incerta est, quo ad viarum † mensuram, quæ vbique non vnius- 26
usmodi est, sed pro diuersitate temporis, hominum ac locorum multiplex & diuersa. *arg. l. 4. quod cert. lo. c. 7. c. caussa. 33. q. 4.* Romani † enim vias secundum lapides mille passibus, siue octo stadiis à se 27
inuicem distantes commensurabant, *Plutar. in Graccho. Quintil. li. 4. instit. vlt. Dion Cass. lib. 54. P. Victor. in lib. de region. vrbis Brisson. lib.*

 4. select.

4.select.8.Gædd.in leg.3.nu. 7.de V.S. Quod spacium etiam miliariũ
28 † vocabant, ducto initio à columna Romæ in capite fori statuta. *Plin.li.3.nat.hist.5.l.12.§.6.C.de ædif.priu.* Hodie etiam milliare dicitur. Quod nomen nunc in vernaculo vsurpamus (veteres enim Germani Rastas suas habebant, *de quibus v. Marq.Freher.in lexic.*)
29 sed vt vnum † miliarium Germanicum quatuor Italica complectatur, *Gæd.in d.l.3.n.9 de V.S.* Imo quinque iuxta mensurã Saxonicam maiorem, *qua est in art.66.lib.3.* Landtr. *Mynsing.cons.54.n.*
30 8, Galli per leucas, † siue leugas, *vt legit Brissonius*, itinera ab vltima antiquitate metiuntur, *vt constat ex Paulo VVarnefrido lib.15.append. ad Eutrop.& c.ex parte,15.de foro comp.* Quarum vna sesquimilliaria Italica continet *Marcellino lib.16.& Vrspergensi, duo integra Buntingo.* In Hispania etiam tria, *Munnoz.de Escobar.part. 2. de ration. comput.12.num.8. De omnibus sic Honter.lib.1.Geogr.*

—— miliare
Octo dabunt stadia, & duplatum dat tibi leucam,
Milleque bis decies passus nunc iura diurnum
Constituere viæ spacium, miliaria forte
Quattuor, exiguoue minus nostratia reddunt.

Cum ergo tanta sit mensurarum diuersitas per singulas fere
31 regiones, quomodo vnus † computus omnibus conueniet? Vt taceamus, quod illa collectio *ex l.1.§.4.de off.præf.vrb.* neque cum magnitudine prouinciarum, neque cum distantia insularum à continenti, neq; mensura iurisdictionis marinæ quidquã cõmune habet. Maior incertitudo est in diætis, quas canones primum
32 † nouo vocabulo ad diei iter traxerunt *in c.7.extra de except.c.15.de foro comp.c.28.de rescript.Boer.decis.230.num.5.* cum Romanis olim quouis die duæ diætæ absoluerentur, *vt obseruauit Ferrand.lib.2.ex-*
33 *pos.21.* Interpretes magis inuoluerunt, & aliam † legitimam, aliam vulgarẽ & vsitatam in qualibet prouincia fecerunt, *Ioh.Faber in §. qui autem, in fi.Inst.de excus.tut.Henning. Gæd. in cons.* 12. Hispanis †
34 Iornanda dicitur, ac octo Leucas includit, *Munnoz.d.comp.12.nu.* 8. Quibus etiam alia extraordinaria addi potest, *de qua Lipsius lib. 3.epist.59.* Quamuis vero sit modus marini atque omnis itineris,
Alber.

Alber. Gent. lib. 1. de iure bell. 19. diætarum tamen mensura† ad deter- 35
minationem iurisdictionis marinæ applicari nequit, tũ quia hæc
ex facto æstimanda, tũ quia illa ob diuersitatem & incertitudinem
nauigationum, *de qua infra c. 31.* non vniusmodi. Pityusa † insula 36
Hispaniæ 100. millia à continenti distat, quam tamen Cartha-
ginenses possidebant. *Liuius lib. 8 d. c. 3* Pharum insulam † nauiga- 37
tione diei secunda ab Ægypto separauit olim Homerus *Odyss.* Δ.

Tantum semota, quantum tota die caua nauis confecit,
Cui stridulus ventus aspirat à puppi.

Adde Senec. lib. 6. nat. quæst. 26. postea Nili alluuio ita promouit
vt à ciuitate Alexandrina saltem nongentis, *vt scribit Cæsar lib. 3. bell. ciuil.* vel *vt Marcell. lib. 22. hist.* mille passibus disparata esset.
Quæ vnius est lapidis distantia. *De eadem Lucan. lib. 10.*

— insula quondam
In medio stetit illa mari, sub tempore vatis
Protheos, at nunc est Pelleis proxima muris.

Eam tamen non sub iurisdictione Alexandrinæ vrbis vicinæ, aut
etiam Regum Ægyptiorum, sed Rhodiorum longe dissitorum
fuisse *ex Marcell. li. 27.* constat. *De suius Imperij mutatione dicemus c. 20. n. 115.* Sinus Arabicus † in transuersum dimidio die transnauiga- 38
tur, *Herod. li. 2.* quippe quẽ olim siccis pedibus transierũt Hebræi
Exod. 14. Neq; tamẽ ideo vel Arabia, vel eius insulæ Ægyptico im-
perio accẽsendę. Hollandiã † ab Anglia vnius aut duorum dierũ 39
facili nauigatione distare *scribit Alber Gent. li. 2. Aduoc. Hispan. 7.* I-
mo Iulius Cæsar cum tertia Vigilia soluisset à portu Morino, mi-
nus quam medio die ingressus est insulam Britanniam. *Florus li. 3. epit. 10.* Neque tamen ideo alteram alterius iurisdictioni recte
supposueris. Itaque hanc doctrinam merito reiiciunt recẽtiores,
volẽtes hæc omnia iudicis arbitrio ac discretioni † relinqui, quæ- 40
nã loca sint remota vel vicina, *Menoch. li. 2. de arbit. iud. quæst. cas. 12. n. 27.* Itẽ quantum interuallum miliariis ac diætis sit tribuendum
Gail. lib. 1. obs. 53. nu. 16. Gœld. in d. l. 3 nu. 10. & seq. item iuxta quam
computationem, iuris ciuilis an Canonici, diætæ sint æstimãdæ.
Munnoz. de Escobar d. p. 2. cap. 12. n. 5. Multo magis ergo quousque
iurisdi-

iuriſdictio continentis in vicinum mari porrigi debeat. Quamuis enim etiam in mari † reperiantur fines, *Canon. in d.c. vbi periculum, Bald. in l. si testamentum, de instit. & subst. Cepoll. d.c.26. n.24.* vſque adeo, vt etiam pro confinibus maris actione finium regẽdorum agi poſſit, *Hieron. de Monte d.lo.cap.39.n.1.* tamen id intelligendum eſt, de mari vicino, vadoſo vel concluſo, vbi per inſulas, palos & tonnas, in vſum nauigantium collocatas aliaue ſigna termini diſtingui poſſunt: nõ de Oceano infeſto † ac profundo, vbi nihil occurrit, niſi, quod poeta ait, cœlũ vndiq; & vndiq; pontus, ac deficiente terra & locorũ ſignis diſtantia terræ, non niſi virtute pixidis nauticæ, aliiſque inſtrumentis mathematicis à peritis naucleris inueſtigatur: quippe quorum proprium eſt, *iuxta Cornel. Seuer. in AEtna* Scire vias maris & cœli prædicere curſus. Atque ita quod *Ezech.27.v.4.* Tyri vrbis & inſulæ termini in medio mari fuiſſe dicuntur, de eiuſdem potentia, commerciis & dominatu maritimo intelligendum. Diſcrimen hoc innuitur à Iulio Cæſare *lib.3. de bell. Gall.* Longe aliam eſſe nauigandi rationem † in concluſo mari, vbi vada, portus, inſulas, nouiſſe oportet, atq; in vaſtiſſimo & apertiſſimo Oceano. Illic locus eſſe poteſt quæſtioni, quam de facto contigiſſe inter Venetos † & Genuenſes in ipſorum Gulpho *ſcribit Capolla d.c 26. n. 14. & 20.* de delicto commiſſo in mari inter duas ciuitates æque punctualiter diſtantes, ad vtrius iuriſdictionem cognitio pertineret, *Hieron de Monte de fin. reg.c.7 n.10. & c.25.num.8.* Cui ſimilis illa, de homine in confinio duorum territoriorum occiſo, *de quo Borch. in c. vn. quæ ſunt regal. n. 26. Hieron. Treut. vol.1. ſelect. diſp.19. th.4. Ioh. Sibrand. ad Statut. Lub. c. p.1. ſect.11.n.18. & ib. alleg.* Cuiuſmodi caſus in mari, non inter † ſabbatinas, *quas definit Erneſt. Cothman. 1. conſ.46. num. 45.* ſed inter Domitianas quæſtiones, *de quibus dictum in præfat. num. 46.* referẽdi ſunt. Fere autem de iuriſdictione maritima cuiuſq; prouinciæ aut ciuitatis priuilegia pacta † ſtatuta & conſuetudines maritimæ extant, quæ quatenus rationabiles ſunt, potiſſimũ obſeruandæ, *l.3.§.4. de aq. cottid.* Angliæ iuriſdictio marina, quamuis in meridiem, ſeptentrionem & occaſum porrigatur, *Tacit. in Agric.*

41

42

43

44

45

46

gric. Cæsar lib. 5. de bell. Gall. tamen edicto Iacobi hodierni Regis certis finibus in mari circumscripta est, *Alber. Gentil. lib. aduocat. Hispan.* 8. Atque hanc iurisdictionē † Interpretes in vniuersalem & particularem diuidunt, atque illam, quæ potius superioritas siue ius maiestaticum dici debebat, Imperatori per vniuersum orbem tribuunt: hanc vicinis principibus & ciuitatibus. Imperator † enim habet iurisdictionem generalem totius mundi, nō specialē, *Bald. in c. adhoc, in 4. coll. de pac. iura. firm. in V. F.* habet dominiū vniuersale in omnibus rebus, sed non particulare, *Bart. in extrauag. ad reprimendum, verb. totius vrbis. Alex. cons. 76. vol. 2. Couar. in c. peccatum, cap. 9 n. 8. de R. I. Henning Gœd. cons. 30 n. 3. Lancellot de Imperat. li. 1. c. 1. §. 1. verbo orbem vniuersum, Caroll. d c. 26. n. 16. Matt. Stephan. lib. 1. de iurisd. p. 1. c. 7. n. 52. In eundem sensum Bald. in c. vn. quæ sunt regal.* quod in vniuersali omnia flumina † nauigabilia sint Imperatoris Rom. in particulari sint eorum principum vel ciuitatum, per quorum territorium transeunt flumina, *Gilman. lib. 2. decis. Cam. 33. n. 15. Addit. ad Guid. Pap. decis. 577. lit. A.* Nam vnum & idem est territorium, & quod emmet supra aquas, & quod immergitur aquis. *Ias. in l. quo minus, n. 39. de flumin. Alex. cons. 194. col. 2. vol. 2. Hieron. de Monte d. lo. c. 6. num. 6. Gilman. d decis. 33. num. 3 Boer. decis. 252. num.* 4. Idem de mari dicendum, quod licet in nullius sit dominio † *l. riparum, in fi. & ibi Bald. l. in tantum, de R. D. Decian. cons. 19. nu. 126. lib. 3.* sed commune sit, quoad vsum omnibus animantibus *Bald. in l. 2. de R. D.* tamen respectu iurisdictionis † est Cæsaris, *vt postea pluribus dicemus.* Ita Veneti † domini sunt maris Adriatici ac littorum eius in genere, non in specie, quia littora sunt ciuitatum adiacentium littori, *Bald. in l. pen. C. de cond. insert. Bart. in d. l. quo minus, q 2. & in l. sane, de iniur. Salicet. in l. 3. C. de naut. fœn. Boer. d. decis. 252. num. 5.* Quod tamen ipsis non omnino concedunt Genuenses, siue Ianuenses, *de quorum iure consuluit Angel. in cons. 290. quem refert Cardinal. Tuschus in conclus. pract. lit. V. concl. 70. numer. 23. & seq.* Referri huc possunt aliæ commendationes de suprema † Cæsaris iurisdictione, quod ab eo tanquam à fonte fluat omnis iurisdictio, & ad eundem tamquam ad mare refluat. *Bald in cap. 1. §. ad*

47 48 49 50 51 52

Y hoc

hoc, de pace iura firm. Tob. Paurmeist. l. b. 2. de iurisd. Imp. c. 4. M. Stepam
53 *lib. 2 de iurisd. p. 1 c. 1. & seqq.* Politici iura maiestatis † ac superioritatis vocant, *de quibus Bodin. lib. 1. de Rep. 8. Henning. Arnis. de iure maiest. Ioh. Borch Sixtinus & Dd. ad c. vn. quæ sunt regal. Et nos alibi in politicis egimus.* Cæterum de maris imperio mouetur quæstio, an
54 Imperator † id nunquam habuerit, vel etiamnum habeat? *Negant Dd. comm. per l. deprecatio, ad L. Rhod. de iact.* vbi Imp. se dominum mundi profitetur, non etiam maris. Quomodo ea verba interpretati sunt *Bald. ibi & Ioh. Igneus. Vasq. ill. q. cont. 20. numer. 29. Quos sequi videtur Regn. r Sixtin. de regal. cap. 5. numer.* 20. Pro quibus
55 facit, quod *Tacit. 1. annal.* sub Augusto Cæsare Rom. † Imperium tum florentissimum mari Oceani aut amnibus longinquis septum dicit. Et *Virg. 1. Æneid.*

Imperium Oceano, famam qui temperat astris.

Vnde Iustin. *in Nou. 7. cap. 1.* omnes quæcunque nostræ sunt terræ, inquit, nec non in occidente ab ipsa Seniore Roma vsque ad Oceanum. Quibus aliisque ex locis cum satis manifeste pateat, mare & Oceanum exclusiue terminos Rom. Imp. constitui, non potuit iurisdictio Cæsaris vltra illos porrigi, *arg. l. fin. de iurisd.* Sed
56 his opinioni plura & grauiora testimonia possunt, quæ sub generalitate orbis, siue πάσης τῆς οἰκουμένης, *vt vocauit D. Lucas cap. 2. in pr.* qui totus Imperatori est vnum territorium, *si credimus Abbati in*
57 *cons. 51. vol. 2.* etiam † maria complectuntur. Clarissime id explicat *Dion. Halicarn. lib. 1 antiq. Rom.* Respublica Romana, inquit, totius terræ, quæ non est deserta, sed ab hominibus incolitur, imperium habet, & totius maris est domina, non solum eius, quod est intra columnas Herculis, sed & Oceani, quacunque enauigari potest. Idem de Cæsare Augusto *Orosius l. 6. histor. 22. Cuius sententiam videtur Tribonianus in Nou. 26. c. 2. & Nou. 69. c. 1. fere ad verbum retulisse.* Nec dissimilis illa Iosephi ad Vespasianum Cæsarem: *lib. 3. de bell. Iudaic. 14.* Tu es dominus non mei solius, verum etiam ter-
58 ræ, marisque & generis humani. De Claudio, † qui etiam domiti Oceani insigne erexit *Sueton. in Claud. cap. 17. Seneca in Octauia Act. 1.*

cuius

—cuius imperio fuit
Subiectus orbis, paruit liber diu
Oceanus, & recepit inuitus rates.

De Theodosio Claudian. in 4. consul. Honor.

Sed Genitor laudes longe transgressus auitas,
Subdidit Oceanum sceptris & margine cœli
Clausit opes &c.

Iuuenal quoque sat. 4. Crispum introducit maria & terras, populosque regentem. Inde illa phrasis *in Nou. 24. in pr.* terra mariqueimperium augere. Id certum Romanos † mare classibus in sua pote- 59
state tenuisse, *ex Tacit. 1. & 2 annal.* quod maxime apparuit in bello maritimo à Pompeio cōtra piratas feliciter gesto, *de quo Appian. in Mithrid. Flor. in epit. lib. 3. c. 6.* Quas classes hinc inde † ad pacan- 60
dum mare in parato habuerunt, *rubr. & l. vn. C. de classib.* Ni enim id fiat, non possunt sub pedibus Cæsaris esse, qui maria tenent, *ait de Sext. Pomp. Plin lib. 9. nat. hist. 16.* multo minus iurisdictio exerceri, & quasi possessio maris retineri. *arg. leg. 49. in pr. de R. V.* Eoque pertinet indignatio Galgaci Britannorum Ducis *apud Tacit. in vita Agricolæ*: Nullæ vltra terræ, inquit, ac ne mare quidem securum, imminente nobis classe Romana. Raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terræ, & mare scrutantur. Quod ius P. R. per legem Regiam in Imper. translatum est. *leg. 1. de constit. princ.* Atque hæc detentio maris per classes quasi pro possessione habetur, quia is dicitur possidere † mare, qui habet 61
iurisdictionem in mari, *Capoll. lib 2. de seru. rust. 26. numer. 9.* Itaque vulgare Interpp. † commentum *ad d. l. deprecatio, ad L. Rhod.* 62
quasi Imperator maris imperium non habuerit, recte reiiciunt. *Alciatus & alij Quos sequitur Ioh. Dauth. in hypotyp. sect. 3.* Constat enim maris vsum priuatis ad † piscationes elocari solitum, *ex l. 13.* 63
§. fin. de iniur. item publicanis ad vectigal exigendum *d. leg. 9. ad L. Rhod.* sicuti maris rubri vectigal ipsis permissum, *teste Plin. lib. 12. nat. quæst. 14.* Atque hi reditus, cum regalibus annumerentur *in d. c. vn. quæ sint regal.* necesse est Imperatori iurisdictionem in 64
mari competere, quippe quæ per solutionem gabellarum &

vectigalium probatur, *Menoch.de retin.possess.rem.3.num.581.supra: cap.9.numer.32.Vnde gl.& Bald.in leg.2.de R.D.dicunt*, quod mare æque vt flumina publica, quantum ad iurisdictionem & proprietatem sunt Cæsaris. *Iacobi.de S.Georg.de feud.in verb.& cum piscat.n.1. Giphan.ad leg.50.de A.R.D.numer.4.Bodin.lib.1.de Rep.10.numer.169.*
65 Quæ omnia tamen non iudaice † intelligenda sunt, sed cum supradicta distinctione ac aliquo temperamento, ciuiliter, *vt dicitur in l.105.de solut.* Vt Imperator dominus maris dicatur, eo modo quo & mundi, *in d.l.9.ad L.Rhod.l.3.C.de quadr.præscript.infra ca.24.numer.71.* nempe à potiori eius parte. *arg.l.quæritur,& ibi Dd. de stat.hom.Vasq.in præfat.illust.controu.numer.25 & lib.1.cap.20.* Nam supra adducti poetæ nonnihil scenæ seruiunt, & magis panegy-
66 ristas, quam historicos agunt. Alioqui certum est, Romanos † totum orbem terrarum non ita debellasse, quin plurimi liberi populi & prouinciæ intactæ remãserint, *vt recte docent Dion.Goth: in l.1.C.de sum.Trinit.Bodin.1.de Rep.9.numer.128: Henning.Arnis.li.1. de iure maiest.2.Herman.Kirchner.disp.polit.2.th.5.arg.l.7.l.10.de capt.*
67 *& postlim.* Vnde ipsi Impp orbi vniuerso † taxatiuam particulam subiungunt, & ad orbem Romanum restringunt. *in l.5.l.11.C.de hæret.l.6.C.de apost.l.1.& ibi.Dd.C.de sum.Trinit.* Quod multo magis de mari dicendum. Id enim non totum, sed eius aliqui
68 tantũ sinus, † qui à vicina terra denominantur, *Plin.li.14.nat.hist.13.* sub potestate Romanorum fuerunt. Vnde *Gellius lib.10.N.A.7.* & ipse restrictionem addit: omnium fluminum, quæ in maria, qua Romanum imperium est, fluunt. Alioqui vastissimum Oceanum infinitum & in nullius dominio vel possessione esse sæpe
69 iam diximus. Hodie an eadem potestas Cæsaris in † mari duret, dubitari potest, ex quo classis Romana, *de qua est in d.l.vn.C.de class.& latius in Notit.Vtriusque Imp.* defecit. Sed dicendum est,
70 Imper. maris † imperium per Principes & ciuitates maritimas adhuc retinere. *arg.l.10.leg.18.de acquir.poss.* Quamuis illud cum veteri comparari nullo modo possit. Atque eatenus etiam insulæ marinæ propiores Oceani Germanici etiamnum sub vniuersali Imperio Cæsaris constitutæ sunt, quamuis intermedios princi-

principes ac magistratus agnoscant. Quod vero remotiores † in 71
sulas attinet, eas non ad vicinum continentis territorium, sed ad solius Cæsaris imperium pertinere, *volunt Bart. & Paulus de Castro ad d.l.9. de iudic.* Contra *Angel. in d.l.9.* etiam super illas principibus ac ciuitatibus maritimis iurisdictionem concedit, dummodo alij loco terrestri non sint magis propinquæ, *Sequitur Cæpoll. d.c.26. numer. 26.* Neutra opinio placet. Quia cum hæ insulæ nullius
sint † sed occupanti concedantur *l.7.§.3 de A.R.D* id non solum 72
quo ad proprietatem, sed etiam quoad iurisdictionem accipiendum, quia id proprie nullius est, cuius nulla pars potest alterius dici, *arg. l.25 de V.S. l.73. l.74. de leg.3. Qua de quæstione plura cap 21. nu.
79.* Neque distinguendum inter casuales † & naturales insulas, 73
cum Bald. in d. rubr. de rer. diu. Bart. in l. Cæsar. de publican. Quia sicuti inter illas nulla differentia quoad dominium, *supra c.10. numer.72.* ita nec quoad iurisdictionem facienda est. *arg. l.30.§.2. de A. R. D.*
Quod de propioribus marinis insulis dictum, idem etiam de † flu- 74
uialibus dicendum. Nam & hæ vt adiunctum suum subiectum sequuntur. Et ad eius iurisdictionem pertinent, cui ipsum flumen subiicitur *Hug. part.2. q. vlt. numer.2.* Et loca adiacentia præsumuntur de territorio ciuitatis *Menoch. lib.3. præsumt.100. num.11. Matth. Stephan. lib.2. p.2 de iurisd. cap.7. numer.62.* Idque maxime iure feudali, quo flumina & omnia in iis contenta, & sic etiam in-
sulæ ad regalia pertinent. Vlterius quæritur de † incremento in- 75
sularum, an per illud iurisdictio & territorium augeatur? Dd. vulgo inter casuales & naturales insulas distinguunt, quasi per illas quidem non augeatur iurisdictio, sed bene per istas, *Bossius in tit. de aquis & flum. & in tit. de princ. numer 277. Alex. cons.25. vol.7.* vbi distinguit inter mutationem factam per alluuionem vel aliter
per saltum. Quia saltus aquæ † nihil detrahit antiquis dominis 76
l.3.§ sed etsi, ff. de aqua cottid. Adde Bart. ad tit. de flumin. Fe in. in c. vlt. extra de constit. Bald. in rubr. de rer. diu. Casuales intelligunt secundi modi, quia primi modi cum naturalibus pari passu ambulant. Ita distinxit Cassius Longinus Iurisconsultus, *quem refert Aggenus Vrbicus in comment. ad Iulium Frontinum*, quidquid aqua lambendo

 abstulit,

abſtulit, id poſſeſſor amittat, quoniam ripam ſuam ſine detrimento alterius tueri debuerat. Si vero maiore vi decurrens alueum mutauit, ſuum quiſque modum agnoſcat, quia non poſſeſſoris negligentia, ſed tempeſtatis violentia abreptum apparet. *Refert Hieron. de Monte de fin. reg c. 24 n. 7.* Hæc quamuis plana & ve-
77 ra ſint, Dd. tamen ſe implicant, † & magis circa terminos, quam rem ipſam diſſentiunt. Hinc illa diſtinctio, vtrum intenſiue an
78 extenſiue augeatur iuriſdictio. Intenſiue augetur, † quo ad formã & eſſentiam ſuam, quod nullo incremento, neque alluuionis, neque aluei, neque inſularum fieri poteſt. Quomodo ſi ſentiunt recte ſentiunt *Bart. in Tyber. part. 3. verbo: ſtricta ratione, & in verb. noſtro, n. 5. & in verb. acquiritur, n. 6. Item in l. ſi conuenerit, 2. §. ſi modo, de pignor. Bald. in rubr. de rer. diu. verſ. ſed vlterius quæritur, Phil. Corneus in conſ. 322. vol. 1. Ioh. Bapt. Parmenſ. lib. 1. de alluu. 2. numer. 8. & ſeq. & lib. 2. cap. 6. num. 6. & 26. Coraſ. in centur. SCti Tholoſ. cap. 95. in fi. Ioh. Gœdd. in conſ. de alluu. mar. numer 155. Hieron. Treut. vol. 1. diſp. 3. th. 7. in fi. &*
79 *ib. alleg.* Et ratio eſt, quia forma, † cum det eſſe rei, indiuidua eſt, ita vt nihil ei vel addi vel detrahi poſſit, ſine corruptione ſui. *leg. 14. de V. S. l. 80. §. 1. ad L. Falcid. leg. 9. ad exhib. Gœdd. de contrah. ſtipul. c.*
80 *1. nu. 58. & c. 6. nu 299.* Extenſiue † augetur iuriſdictio quoad ſubiectum ſeu materiam, dum territorium ac vniuerſitas agrorum augetur. *l. 230. § 8 de V. S.* Atque hoc modo etiam res incorporales ac indiuiduæ augeri ac minui poſſunt, licet quo ad formam nõ poſſint, *arg. l. 2. l. 3. l. 4. l. ſtipulationes non diuid. de V. O. l. 5. de ſtip. ſeruo.*
81 *Gœdd. ad l. 2. §. 1. num. 21. de V. S.* Ita ius maieſtatis eſt † indiuiduum *Cynus in l. ſi omnia, C. de bon. matern. Bodin. lib. 2. de Rep. 1. Arniſ. lib. 2. de iure maieſt. 1.* Quo pertinet Cæſaris Conſtantij vox ad Gallum *apud Marcell. lib. 14.* Rempublicam nec diuidi poſſe, nec debere. Et tamen ſubiectum imperij, ipſæ nimirum prouinciæ, regna, ducatus & territoria, non ſolum minuuntur & augentur, ſed
82 & † diuiduntur, *§. firmiter, & ibi FF. 2. Feud 55. Boer. deciſ. 204. nu. 29.* Quod ſi ergo per alluuionem protendantur fines imperij, neceſ-
83 ſe eſt eatenus etiam iuriſdictionem augeri, *arg. l. 3. §. 2. de aqua cott. d.* quippe quæ territorium, vt vmbra corpus ſequitur. *d. l. 239. §. 8. de V. S.*

l. de V. S. supra nu. 3. ſicuti deminuto vi fluminis territorio, etiam iuriſdictio imminuitur, *arg. l. 7. §. 5. l. 30. §. 3. de A. R. D.* Neque tamẽ ita augetur iuriſdictio, vt proprietas quoque ipſi accedat, ſed ſaltem eatenus quatenus ipſum territorium, cui inhæret † ampli- 84
ficatur & extenditur. *l. 1. §. ſi tamen, de flum. n: l. fin. C. de alluu. Parmẽſ. d. lo. Gædd. d. lo. n.* 346. Quod verum eſt de iure ciuili, non de iure feudali, quo incrementum omne ad regalia pertinet. Tunc enim iuriſdictio cum dominio cõſolidatur, vt ſupra probatum. Quod ſi inſula in flumine vel vicino mari naſcatur, proprie nec iuriſdi-
ctio † nec territorium augetur, ſed mutatur tantum, ita vt vbi an- 85
tea iuriſdictio competebat in aqua, ibi nunc eadem competat in terra ac inſula. Vt hoc in caſu diſtinctio vniti & ſeparati incrementi ſit attendenda *ex l. 9. §. 4. de vſufr.* Idem dicendum de
iuriſdictione † Eccleſiaſtica, quia illa quoque ad inſulam porri- 86
gitur, ſub illa iuriſdictione natam, accreſcente ſimul parocho & antiſtiti, qui ſacramenta adminiſtrat, exactione decimarum. *c. cũ ad Apoſtolica, c. cum ſint, extra de decim. Coraſ. in d. cent. SCti Tholoſani.*
cap. 95. Quid autem, ſi fluuius diuerſa † territoria & iuriſdictio- 87
nes alluens, & medietate ſua diſcriminans, curſum ac alueum mutet, & per alium locum decurrat, an eo vſque etiam iuriſdictio ſequetur? Hanc ſponſam illã eſſe putamus, quã tot proci ambiũt, & propter quam Dd. tã infeſtis ſignis concurrant. Quæſtio ex Pa-
di volubilitate orta in Italia † inter Principes Gonzagas, Rudolphũ 88
& Franciſcũ fratres, cauſſam dedit Collegiis Papienſi & Ferrarienſi, vt cõtraria reſpõſa iuris darent, Papienſi affirmatiuã, *& cũ eo Curt. ſen. in conſ. 56. & 73. Bologn. in conſ.* 54. Ferrarieñſi vero negatiuã, *& cum eo Rimınald. ſen. in conſ. 64. lib. 1. Iaſon. in conſ. 146. lib. 2. Corneo in conſ. 322. li. 1. & conſ. 267. vol. 3. propugnantibus.* Quorum rationes dubitandi & decidendi examinant *Hieron. de Monte de fin. reg. c. 4. n. 6. Ioh. Bapt. Parmenſ. d. li. 2. de alluu. 6.* Ex quibus pauca libabimus, quædam altius repetendo. Et quidem prouinciæ fines plerumq; per
ſaltus, montes & flumina † diſtinguuntur, *l. 11. & ibi VVeſ. in parat.* 89
ff. fin. reg. l. 4. §. fin. l. 5. eod. gl. in c. cum cauſſam, extra de probat. Mynſ. 6. obſ. 20. n. 3. Petr. de Vbald. de ſociet. part. 5. q. 128. numer. 3. & 6. vbi dicit, fines

fines epiſcopatuum eſſe montes & flumina. Ita *Plin. lib. 2. nat. hiſt.*
90 *25.* Taurum † montem Aſiæ innumerarum gentium arbitrum & diſcriminatorem vocat. De Apennino Italiæ *Claud. in 6. conſul. Honor.*

Vtraque perpetuo diſcriminat æquora tractu.

Quod ipſum ita à Geographis obſeruari videmus, *Iul. Bellus in*
91 *Hermet. polit. fol. (mihi)* 51. Atque hi ſunt termini † naturales, quos Deus ipſe ſingulis regionibus ac prouinciis conſtituit, *pſal. 74. v. 17. l. 5. & ibi Dd. ff. de iuſt. & iure.* eoque immutabiles & perpetui. *arg. §. pen. Inſt. de I. N. G. & C.* Vt hanc naturæ legem immerito irrideat *Seneca in pr. lib. 2. de natur. quaeſt.* Vltra Iſtrum Dacus non exeat. Strymo Thracas includat. Parthis obſtet Euphrates. Danubius Sarmatica ac Romana diſterminet. Rhenus Germaniæ modum faciat &c. Vnde notabiliter dicit *Bald. in c. cum cauſſam. n.*
92 *3. de probat.* quod fines † territoriales, vt montes & flumina ſint inuariabiles, vel ſitu perpetuo, vel immutabili rerum natura. Ideo in iis optime vſurpatur *illud gl. in l. qui bona, §. ſi quis ſtipulatus. ff de damn. inf.* Semel verum, ſemper verum. Et in montibus, quod olim verum & iuſtum fuit, etiam hodie præſumitur eſſe tale, quia montes ſunt æterni, *Alciat. de præſumt. reg. 2. præſ. 13. n. 1. VVeſemb. in conſ. 34. numer. 57.* Et curſus fluuiorum peremnis eſt. *l. 1. §. 2. de*
93 *flumin.* Etſi enim & montes † quandoque loco moti, *Plin. lib. 2. c. 83.* Quod noſtro quoque tempore euentus verum fecit, mõte vrbem Pleurenſem in Heluetia opprimente fluminiſque alueum transponente: Et ſimile exemplum habet Thuan. lib. *82.* tamen quia rariſſime contingit, miraculi loco habendum eſt. *l. 3. & ſeq. de LL. ſupr. c. 9. numer. 12.* ſicuti ipſe Plinius inter terrarum por-
94 tenta idnumerat. Sed & flumina † quandoque areſcunt & exſiccantur. *l. 1 §. 2. de flum.* Cuiuſmodi mutatio, ſi rara & tempo-
95 ralis ſit † non perpetua, veterem locorum ſtatum non transformat. *d. l. 1. §. 2.* Simul ac enim aucto imbre fluuius ad priores ripas redierit, quaſi poſtliminio quodam omnia in priſtinum ſtatum reſtituuntur. *arg. l. 5. l. 19. in pr. de capt. & poſt.* Ita Rhenus aliquando ſiccatus, prodigij loco habitus eſt, tamquam Romanos amnes

quoque

quoque vetera imperij munimenta desererent. *Tacit. 4. hist.* Quod si perpetua sit fluminum † mutatio, videtur ipse Deus imperij & prouinciæ terminos mutatos velle, qui ob hanc caussam Moabitis minatur, fluuium ipsorum Nimrim exsiccatum iri. *Ierem. 48. v. 34. psal. 107. v. 33.* &c. Atque hoc experientia confirmat. *De qua Lucian. in Charon.* Atque vrbes tamquam homines, & quod magis est admirabile, etiam vniuersi fluuij † euanescunt. Inachi enim nullum Argis extat vestigium. *Seneca in Hercul. Oetaeo* 96 97

Mutetur orbis, vallibus currat nouis
Ister; nouasque Tanais accipiat vias.

Inde factum, cum ex fluminum † insolitis mutationibus præsagia sumerentur de mutationibus imperiorũ, vt flumina ipsa ab Ethnicis pro Diis colerentur, *v. Natal. Comit. lib. 1. mythol. 11. & pass.* Ita Nilus † in Ægypto pro Deo cultus. De cuius præsagiis *Seneca li. 4. nat. quæst. 2.* De Euphratis incremento diuersa auguria extant *apud Tacit. 6. annal.* Sed & Tyberis † Italiæ fluuius vates dictus, *Plin. lib. 3. nat. hist. 5.* ob cuius exundationes libri Sibyllini plerumque inspecti. *Tacit. 1. annal. & 1. hist.* Sed his fabulis missis in viam redeamus. Ecce Rhenus † ab antiquo terminus fuit imperij Romani, *supr. c. praeced. n. 54.* Vnde *P. in lib. 12. c. 12.* extremum marginẽ imperij vocat, qua Rhenus alluit. *Claudian.* 98 99 100 101

——Indoluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur iudice ripis.

Is autem postea alueum mutauit, & cum olim prope Lugdunum Batauorum in mare decurreret, nunc procul inde recessit. Cuiusmodi aluei mutationes † frequentes esse in Rheno *dictum cap. praeced. num. 59.* & attestatur de Hollandia & Selandia *Rutger. Ruland. de commiss. p. 2. lib. 3. cap. 4. num. 13.* Ergo vbicunque Rhenus est, ibi terminus imperij statuendus. Quo argumento potissimum vsus est Bologninus *in d. cons. 54. quem refert Parmens. d. c. 6. nu. 20.* Decisio quæstionis in aliam quæstionem incidit: An mutato flumine † idem vel nouum flumen dicatur? *De qua Cavolla lib. 2. de seru. rust. 32. num. 5.* Cum vero flumen ex tribus constet ex aqua, alueo & ripis, *cap. 11. num. 43.* singularum partium mu- 102 103

104 ratio † conſideranda erit. Nam ſi aqua fluminis tantum mutetur nullum eſt dubium, quin idem ſit fluuius Rheni ac Rhodani, qui fuit ante mille annos *ut eleg. Hotom. illuſt. quaſt. 8.* Cuius rei elegans ſimilitudo proponitur ab Alfeno ICto *in l. 76. de iudic. adde l. 83. §. 5. de V. O.* Neq; enim poteſt flumen non decurrere; cum hæc ſit i-
105 pſius † natura, vt perpetuo & irrequieto motu fluat *l. 1. §. 2. de flum. Eccl. ſ. 1. v. 7. cauſſam reddit Seneca li. 3. Nat. quaſt. 12. & 27.* Quamuis vero Philoſophi ſubtiliter diſputent, non eſſe eandem aquam numero, *vt Hermolaus Barbarus apud Alex. ab Alex. lib. 3. gen. al dier. 1.* Quo pertinet Heracliti ſententia, ποταμοῖς γὰρ τοῖς αὐτοῖς δὶς οὐκ ἀνεμ-
106 βαίνοις: in eundem fluuium † bis non ingredieris, *de qua Seneca in epiſt. 58. Cæl. Rhodig. lib. 27. lect. ant. 3. Forcat. in Necyom. dial. 85.* tamen nec
107 † ipſi Philoſophi: *Scalig. exerc. 51. vide Ariſt. 3. pol. 3. & 2. meteor. 3.* nec
108 Iuriſconſulti particularem hanc materiæ mutationem; † attendunt; quippe quę nouam ſpeciem non parit, *Hotom. d. q. 8.* Eadem ratio eſt ſi ripæ tantummodo mutentur. Quod pro diuerſo anni tempore contingit *d. l. 1. §. 2. de flum. l. 1. §. 5. ne quid in flum. publ.* Quo referri debet alluuio, quæ & ipſa; quia ripas ſubinde alterat, pro particulari tantum mutatione habenda eſt. *d. l. 76. de iudic.* At ſi al-
109 ueus † fluminis quoq; mutetur, hæc totalis ac vniuerſalis eſt mutatio *l. 7. §. 5. de A. R. D. l. 30. §. 3. eod.* Id quando fiat deſcripſit *Seneca lib. 3. nat. quaſt. 27. & pinguius Cæpolla lib. 2. de ſeru. ruſt. 4 n. 38.* quando
110 † deſinit eſſe prima forma amiſſa, & aqua ſic diſcurrit per alium locum, quod non currat per primum alueum, *late Parmenſ. lib. 1. de alluu. 13 n. 5.* Hoc autem fit vel ſenſim & pedetentim, per alluuio-
111 nem inquiunt, vel impetu. Atqui illam particularem tantũ † mutationem eſſe diximus, quæ cum non ita incurrat in oculos, in vſu iuris non attenditur, ſed, *vt Bald. dicit in rubr. ff. de rer. diu. n. 28.* idem eſt flumen & aqua fluens, etiamſi alueum mutâſſet, ſicut idẽ eſt vinum licet de dolio in dolium ſit transfuſum. *arg. l. 21. quibus mod. vſufr.* Itaque aucta ab vna parte ripa eatenus cenſebitur cũ proprietate quoque aucta iuriſdictio: ſicuti ab altera parte diminuta ripa etiam iuriſdictio diminuitur, *late Parmenſ. lib. 2. de alluu. 6. Petrus de Vbald. de ſociet. part. 5. q. 38. Hieron. de Monte ca. 24.* Flumina enim

na enim † censitorum vice funguntur, vt de vnius territorio partem alteri addicant *l.30.§.3.de A.R.D.* Vnde neque aquæ ductus 112
mutatur, † sed in veteri statu perdurat, quia idē est flumen. *l.3.§.2. de aqua cottid.gl.in d.l.30.§.alluuio, de A.R.D.Bart.in Tybir.part.1.col. 8.Azo in sum.Inst.de R.D.* At si impetu quodam mutetur alueus, & ex vno loco in alium perrumpat, sicuti hic casus in Frisia sæpe contigit in Fleuo, Dullarto, Amasi & Iada: tum quia alius fluuius † censetur à priori, iurisdictio flumen non sequitur, sed intra priores terminos manet, æque ac proprietas. *l.7.§.5.l 30 §.5. de A. R. D.l.3.§.2.de aqua cottid.Parmens.lib.1.c.11.n.10.& 11.* Quia à dominio ad iurisdictionem bene arguitur. *per supra dicta.* Quo ipso ad Bolognini contrarium argumentum responsum est. Itaque mutato alueo non mutatur † iurisdictio *Boss.in tit.de aquis & flum.n.11.* Sed attendendi sunt fines, qui fuerunt tempore datorum confinium, *Boss.in tit.de princ.n.277.Capoll.lib.2 de seru.rust.4. & c.34.* vbi ita inter modum naturalem & fortuitum distinguit. Et cum alius † fluuius à priori fiat, non poterit seruitus aquæ perdurare, *d.l.3.§.2.de aqua cottid.Capoll.d.c.4.n.35.& c.36.n.10.adde l.10.§.7.quibus mod. v-sufr.amit.& ad eam Hotom.ill.q.8.* Itaque noui † termini ponendi sunt illic, vbi consueuerat esse flumen diuidens. *Hieron. de Monte d.c.24.n.4.arg.l.11.fin. reg.* perinde vt inundatione confusi in veterem statum reponēdi sunt. *l.8.fin.reg.c.9.extra de præscript.* Quod in Nilo post annuas inundationes crebro fiebat. *Herod.li.2.* Quomodo Imp. gloriatur limites imperij in veterem statum restitutos. *in l.2.§.10.C.de off.P.P.Afric.* Idem statuendum putamus, si alueus † fluminis opera manuum siue facto hominum alio deflectatur. *Hieron.de Monte d.c.24.n.7.* quia hæc quoque mutatio violenta est, non naturalis, *supra c.8.in pr.* licet Parmens. *lib.1.de allun. c.9.* contrarium sentire videatur. Qua de re plura inferius. Quæ quia quotidiana † sunt, & de pane lucrando, *vt loquitur Eberb. in top.in lo.27.in fi.* ideo paulo diutius his immorati sumus.

113 114 115 116 117 118 119

CAPVT XV.

Explicatio Legis Insulæ. 9 ff. de iudic.

SVMMARIA.

1 *Veterum Interpretum error.*
2 *Barbosa Hispanus hanc legem non attigit.*
3 *Quid Vlpianus in lib. 9. ad edictum tractauerit?*
4 *Extra prouinciam abire nemo cogitur.*
5 *Tutela quatenus extra prouinciam suscipienda?*
6 *Italia aliis prouinciis opponitur.*
7 *Italiæ prærogatiua.*
8 *Explicatio legis 9. de iudic.*
9 *Insula cuiusque prouinciæ pars.*
10 *Interpretum veterum ἀνιστορία.*
11 *Accursii Glossatoris error.*
12 *Sicilia an pars Italiæ.*
13 *Prouincia vnde dicta?*
14 *Numerus prouinciarum.*
15 *Prouinciæ tripliciter distinguuntur.*
16 *Fines sunt vel iuris vel conuentionis.*
17 *Insulæ proximis prouinciis annumerata.*
18 *Insulæ Hispaniæ.*
19 *Insulæ Siciliæ.*
20 *Imperium maris & insularum Neptuno datum.*
21 *Henrici 2. confirmatio Benedicto Papæ facta.*
22 *Ciuilis prouinciarum distinctio quænam?*
23 *Ciuiles termini plerumque sequuntur naturales.*
24 *Fines arbitrio imperantium sæpe mutantur.*
25 *Italiæ fines diuersi.*

26 *Termini*

26 *Termini imperij Romani sæpe mutati.*
27 *Imperium non fluminibus, sed iurisdictione circumscribitur.*
28 *Imperium etiam longe dissitas insulas coniungit.*
29 *Insulæ Italiæ.*
30 *Præfecturæ vrbis termini.*
31 *Iuridica distinctio præualet geographicæ.*
32 *Sicilia Italicæ vicina.*
33 *Sicilia propria prouincia.*
34 *Sardinia & Corsica distincta prouincia.*
35 *Guidi Panciroli lapsus.*
36 *Continentes prouinciæ non sunt Italiæ partes.*
37 *Narbonensis prouinciæ prærogatiua.*
38 *Siciliæ prætores.*
39 *Sardinia an pars Italiæ fuerit?*
40 *Proximæ minores insulæ maiorum partes.*
41 *Lipara insula Siciliæ pars.*
42 *Cyprus Romanorum prouincia.*
43 *Cretæ prouinciæ oportunitas.*
44 *Plures insulæ vni prouinciæ subiectæ.*
45 *Insulæ Asiæ vicinæ.*
46 *Cyclades Asiæ insulæ.*
47 *Rhodus insularum Asiæ præcipua.*
48 *Baleares Africæ insulæ.*
49 *Insula imperiosa cæterarum caput.*
50 *Italia prouinciarum domina.*
51 *Imperium Romanum ad Germanos translatum.*
52 *Insulæ maximæ, vt plurimum continentis imperium agnoscunt.*
53 *Insulæ quandoque etiam terræ continentis dominæ.*
54 *In insula sedem Imperij constituere.*
55 *Tyri vrbis potentia.*
56 *Dania regnum ex multis insulis constat.*
57 *Temporis diuersitas attendenda.*
58 *Schoningia Danorum insula.*
59 *Orcadum insularum situs.*

60 *Orcades Angliæ olim subditæ.*
61 *Hodie Norvvegiæ.*
62 *Numerus Orcadum insularum.*
63 *Farria insula Heiliglandia dicta.*
64 *Olim Fastlandia.*
65 *Radbodi Frisiorum tyranni sedes.*
66 *Insula sancta olim Frisiæ annumerata.*
67 *Nunc Ducatus Holsatiæ pars.*
68 *Insulæ Romano imperio detractæ.*
69 *Hodierna imperij facies inspicienda.*
70 *Argumentum ab olim ad nunc non procedit.*
71 *Reuangatio mundi improbatur.*
72 *Insulæ quædam liberæ.*
73 *Liberi populi dupliciter dicti.*
74 *Fœderati liberi populi.*
75 *Municipes quodammodo liberi.*
76 *Batauorum libertas apud Romanos.*
77 *Liberæ insulæ publicanos non habebant.*
78 *Priuilegium immunitatis non tollit superioritatem.*
79 *Ecclesiastica prouinciarum distinctio.*
80 *Prouincia in iure canonico quæ dicatur?*
81 *Ciuitatis nota an ab Episcopo dependeat?*
82 *Archiepiscopi Bremensis iurisdictio.*
83 *Adalberti Archiepiscopi potentia.*
84 *Ecclesiastica distinctio prouinciarum imitatur politicam.*
85 *Ecclesiastica iurisdictio hodie fere expirauit.*

1 VM interpretes veteres in materia iurisdictionis † marinæ atque insularis, legem 9. ff. de iudiciis. in diuersum sensum trahant, eoque fragmento ad diuersas quæstiones, quæ Vlpiano ICto in mentem non venerunt, abutantur, operæ pretiũ erit, verum eius
2 intellectum enodare. Eo magis, quod Petrus † Barbosa Hispanus in commentariis suis ampliss. ad titulum ff. de iudiciis, hanc legem

legem intactam dimiserit, siue propter breuitatem contemsit, siue propter difficultatē refugit. Habet enim ea lex plus in recessu, quam prima fronte promittit. Et desumta est ex libro nono Vlpiani ad Edictum. In quo ICtus † de tutoribus ac procuratorib. 3
egisse videtur. De his triplex edictum extat, cuius primum caput est *in l. 8. § 3. ff. de procur.* Alterum *in l. 16. & 17.* tertium *in l. 31. §. 1. eod.* Hoc ergo in d. libro 9. persequitur Vlpianus, quousq; procurator dominum absentem defendere teneatur: Respondet, debere eum in eadem prouincia coram competente tribunali id facere. Cæterum cogi eum Roma in prouinciam abire, vel contra, vel ex vna in aliam prouinciam, durum est, *inquit in l. 35. § 2. de procur.* 4
Eodem modo constat, tutorem datum non teneri tutelam† extra 5
prouinciam vltra centesimū lapidē suscipere. *l. 21. §. 2 de excus. l. 1. de off. praef. Vrb.* nec si in Italia domiciliū habeat, administrationi rerum prouincialiū se immiscere. *l. 9 de excus. tut. l. 10. §. 4. eod l. 2. C. eod.* sed si tutela sit diffusa & negotiosa, *l. 7. in pr. de excus. l. 31. §. 4. eod.* vel per plures prouincias dispersa, *l. 27. de tut. dat.* possunt plures tutores tutelam diuidere, siue in partes, siue in regiones, *l. 4. de admin. tut quæ est ex lib. 9. ad edictum*: vt alius sit rerum Italicarum, alius Africanarum administrator. *d. leg. 31. §. 4. de excus.*
Opposuit ergo Iurisconsultus in dict. lib. nono Italiam† aliis pro- 6
uinciis Quod sæpe fit in iure nostro, *in l. 2. de seru. export. l. 15. in fin. de man. vind l. 35. de hered inst. l. 3. §. 9. de susp. tut. l. 190 de V. S.* sicuti etiam res Italicæ prouincialibus opponuntur *in leg. 16. §. 6. ad SC. Trebell. l. 78. in pr. de here. inst.* Ac Italicis prærogatiuam † aliquam 7
præ prouincialibus concessit, *de qua Gœdd. ad l. 27. n. 3. de V. S.* Quod ipsum quoq; frequens est in iure nostro, *pr. Inst. de excus. tut.* Quale est Claudij Cæsaris lex: vt relegatus ex prouincia aliqua Italia quoque submotus esset *Sueton. in Claud. cap. 23. l. 7. §. 13. de interd & releg. l. vlt. C si seru. export. ven. tate Vertran. de iure li. 1. 36.* Ea ergo occasione quæritur de insulis, quo loco illæ sint habendæ? Et dicit Vlp. *in d. lib. 9 ad edict.* Insulæ Italiæ, pars † Italiæ sunt, & cuiusque 8
prouinciæ. *d. l. 9 ff. d. iudic.* Vnde procurator dominū & in insula eius prouinciæ, si dies ipsi dicatur, defendere, & tutor tutelam

telam bonorum insulæ eius prouinciæ, in qua habitat, subire
9 compellitur *d d supra ll.* Contra quæcunque insula ad † Italiā vel sui præsidis prouinciam non pertinet, ea nec pars Italię vel cuiusque prouinciæ est, sed ad aliam & suam prouinciam refereda est. *d l. 9. de iudic.* Quę differentia cum in facto consistat, ex historiis &
10 Geographis petenda fuerat. Sed interpretes pro familiari ἀνιστορίας vitio, ad alias cogitationes prolapsi, quæstiones hic formant tales, ad quas sine captione responderi non possit. Inter alia quærunt, an d. l. 9. de minoribus saltē insulis Italię, vt de Ischia & Prochyta in sinu Puteolano, an etiam de maioribus, vt de Si-
11 cilia, Sardinia, Corsica, intelligenda sit? Et Accurs. † quidem *in d. l. 9.* omnes eodem loco haberi voluit, deceptus auctoritate Benedicti 12. Papæ *in c. vn. extrau. com. de censi.* vbi Siciliam, Sardiniā, Corsicam partes Italię facere videtur. Et faciunt huc aliorum quoque testimonia. Ita enim *Paulus Diacon. lib. 2. de gest. Longob.* 22. insulas has prouincias Italiæ, *Liu. lib. 1. dec. 3.* Italiæ imminētes vo-
12 cat *Vlpianus in l. 99. §. 1. de V. S. & Pompon. in l. 2. § 32. de O. I.* Siciliam † inter continentes prouincias refert. Sed hæc quam sint à mente Vlpiani ICti aliena, ex supradictis constat. Et magis constabit, si quis veterem prouinciarum formam ex historiis considerer. Eæ quomodo à Romanis constitutæ sint, *docent Interpp. in d. l.*
13 *99. vbi Alciatus dicit,* prouincias † dictas esse, quod procul ab Italia armis victæ essent. *Hieron. de Monte de fin. reg. c. 4. in pr.* De variis earum diuisionibus *vide Strab. lib. 17. Geogr. Sext. Ruf. in epitom. Notit Vtriusque Imp. & ibi Guid. Pancirol. in comment. Alex. ab Alex. lib.*
14 *2. genial dier. 27. Philip. Berter. 1. pithan. 4.* Numerum † earum descripsit *Velleius Patercul. lib. 2. hist. & latius Iustus Lipsius lib. 1. de magnit. Rom.* De distinctione prouinciarum continentium & transmarinarum *dictum ca. 4. num. 6.* Ad singularum partes agnoscendas
15 obseruandum est, prouincias † tripliciter distingui, vel φυσικῶς, vel ἐθνικῶς vel πολιτικῶς. *Strab. lib. 4. Geogr. Reinec. in meth. histor.* Ex quibus media consideratio parum ad nostrum institutum facit.
16 Cætera etiam Iurisconsulti approbant, dum alios fines † iuris, alios conuentionis constituūt, *Menoch. cons. 14.* Item pertinentias

vel

vel substantiales vel deputatas, *de quibus infra cap. 16. num. 22.* Ad physicam pertinet Geographorum distinctio, qua insulæ tā† flu- 17
uiales quam marinæ proximis prouinciis annumerantur. *ita Plin. lib. 18. nat. hist. 25* Legentes meminerint, inquit, breuitatis gratia, cum Attica nominata fuerit, simul intelligere Cycladas insulas, cum Ægyptus Phænicem Cyprum, cum Bœotia Locridem, Phocidem & finitimos semper tractus, cum Hellespontus Chersonesum, & continentias vsque ad Athon montem, cum Ionia Asiam & insulas &c. De Hispania† *idem Plin. lib. 3. c. 3.* Vniuersa prouin- 18
cia diuiditur in conuentus septem, quibus etiam insulæ accedūt. Item Carthaginem conueniunt populi 63. exceptis insularum incolis. Ita Illyrico accenset insulas eius sinus *lib 3. c 21 It. Gobelin. in Cosmod. at. 1. cap. 6.* Æoliæ insulæ sunt partes † Siciliæ, eædem et- 19
iam Vulcaniæ appellantur, & sunt nouem. *ita ex Ennio Lactant. lib. 1. c. 11.* Iupiter imperium † Neptuno dat maris, vt insulis omni- 20
bus & quæ loca sunt secundum mare , imperet. Ita Henricus 2. Imp. Benedicto Papæ confirmat donationem ciuitatis Romanæ 21
cum ducatu suo & suburbanis & territoriis eius montanis & maritimis, littoribus & portubus. Perusiam cum tribus insulis suis: ciuitatem Neapolitanam cum castellis, territoriis finibus & insulis sibi pertinentibus &c. *Extat inter constit. Goldast. tom. . fol. 227.* Ciuilis † siue politica distinctio prouinciarum est, qua territoria 22
pro constitutione imperiorum, regnorum , ducatuum &c. distinguuntur. *arg. l. 239. §. 8. de V. S. Knich. in velit. apol. n.* 107. Atque hæc distinctio, quamuis naturales † terminos vt plurimum se- 23
quatur: quia ars imitatur naturam, §. 4. *Inst. de adopt.* ita Augustus Cæsar in Europa & adiacentibus insulis decem præturas constituit, *de quibus Strab. lib. 17. Geogr. & ex eo Naucler. vol. 1. generat. vlt.* Ita in fœdere quod Philippus Rex Macedoniæ cum Hannibale icit, ita cautum erat: Quæ ciuitates continentis , quæ insulæ ad Macedoniam vergunt, eæ Philippi regnique eius essent. *Liu. lib. 3. dec. 3.* tamen illud perpetuum non est, quia fines † arbitrio im- 24
perantium sæpe mutantur. *l. 11. l. 12. fin. reg. l. 2. C. eod. Vnde Strabo lib. 5.* Commune est, omnibusque contingit regionibus, inquit , vt

& totæ & ſingulæ partes mutentur, pro imperio eius, qui rerum
potitur. Quod de Romano quoque imperio verum eſſe conſtat
25 *ex l.2. §.4. de off. P.P. Afri.* Italiæ finis † olim Rubicon fuit, nunc Ar-
ſia, *ait Plinius l.b.3 c.19.* Et Imperium vrbis Romanæ olim mœni-
bus concluſum, poſtea nec Italia contineri potuit, *Nou. 26. cap* 2.
26 Oruros ductu Pompeij † terminus Imperij. Auguſtus Rhenum,
Traianus Danubium conſtituit: Sed illum quoque transgreſſus
Germanicus, inter Albin & Viſurgin virgas & ſecures intulit. *Ta-
cit. 1. annal. & de moribus Germ.* Protulit, inquit, magnitudo P. R.
vltra Rhenum vltraque veteres terminos imperii reuerentiam,
*v. Strab. d. lib 17. Ioſeph. li. 17. antiq. Iud. 2. & lib. 3. bell. Iud. 16. Auguſtin.
lib. 4. de ciu. Dei 29. Philip. Berter. 1. pithan. 5.* Quo pertinet illa Pom-
27 peij ad Parthorum Regem reſponſum: Romanum † imperium
non fluminibus, ſed iuſtitia terminari. *Bodin. in meth. hiſt. c. 7.* Per-
tinet illa ciuium Rom. iactantia ad Frider. Imp *apud Othon. Friſin.*
Scis quod vrbs Roma, ex ſenatoriæ dignitatis ſapientia & ordi-
nis equeſtris virtute, à mari vſque ad mare palmites extendens,
non ſolum ad terminos orbis dilatauit, ſed etiam inſulas extra
vrbem poſitas rbio obiiciens, principatus eo propagines propa-
28 gauit &c. Hoc enim modo etiam remotiſſimæ inſulæ † imperio
alicuius ciuiliter ſubiici poſſunt. *Quo alludit Horat. 2. carm. 2.*

Latius regnes auidum domando
Spiritum, quam ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.

Itaque *d. l. 9 ff. de iudic.* ad hanc poſteriorē ſiue politicam pro-
uinciarum diſtinctionem, ad quam etiam illa præſidis ſententia:
illum prouincia illa, inſulisque eius relego *in l. 7. §. 17. de interd.*
non ad priorem naturalem ſiue Geographicam pertinet. Vnde
29 licet inſulæ † Italiæ φυσικῶς ad Italiam pertineant, cui etiã à Geo-
graphis annumerantur: vt Iſchia & Prochyta à *Ptolomæo lib. 3.
Strab lib. 6. Plin. lib. 3. Pomp. Mela lib. 2. Solin. c. 10. Et Varro lib. 3. de re
ruſtica.* Hoc ita fieri apparet in inſulis propinquis, Pontia, Palma-
ria Pãdetaria. De Palmaria cõſentit Gregorius Papa *in c. 5. cauſſa
20. q. 1.*

20.q.1. de Pontia *Plin.lib.3.c.6.* tamen si de imperij ac territorij iu-
re agatur, politica distinctio prouinciæ semper consideranda e-
rit, quia prouisio hominis tollit prouisionem legis. Ecce p̄fectu-
ra vrbis † Romæ prouincia quoq; est, cui iurisdictio criminalis in 30
tra Italiā concessa erat, *l.1. in pr. de off. præf. vrb.* sed vsq; ad centesi-
mum lapidē tantū ab vrbe Roma *d.l.1.§.4. eod.* Quod si quæ ergo
insula Italiæ vltra centesimum lapidem sita fuit, ea respectu præ-
fecturæ vrbicæ Italiæ pars dici non potuit. Idem de aliis prouin-
ciis dicendum, quibus proximæ insulæ ita demum accensendæ,
si ad earum quoque Imperium pertinerent. Vt sic in vsu iuris iu-
ridica hæc † distinctio Geographicam semper supprimat, licet 31
in schola Geographica fortasse contrarium dicendum *cū Strabone*
d.lib.4. De Sicilia † stultum fuisset ἐπέχειν, nisi Accursius cæteris 32
viam strauisset. Eā licet Cicero & Florus *l.2.c.2. & lib.1.c.19.* Sub-
urbanam prouinciā appellent, ꝓpter vicinitatem, cui Vlp. *in d.l.*
99. & alij accedunt, quia fretum Siculum inter Italiā & Siciliam
trium tantum miliariorum Italicorum latitudinis est. *Gobelin. in*
Cosmodrom. æt. 1. c. 5. non ideo tamen Italiæ † pars, sed propria pro- 33
uincia fuit, à Marcello Claudio primum constituta, *Velles. Paterc.*
lib.2. Nou.24. in pr. & à M. Leuino Pœnis iterum erepta, hac san-
ctione, vt esset non incolarum modo alimentis frugifera, sed vr-
bis Romę quoq; & Italiæ annonam leuaret *Liu. lib.6. dec.3.* Atque
ita Sicilia sub Pōtifice Rom. māsit prouincia *c.1 dist.94. infra c.24.*
n.46. Eamq; vt & omnes insulas Italię ab Italia exclusit Antharis
Longobardorum Rex qui Regij columna in mari posita ex equo
cuspide tacta dixit, vsque huc erunt Longobardorum fines. *Paul.*
Diac. lib.3. de gestis Long. 32. Eodem modo & Sardinia † & Corsica 34
propriæ ꝓuincię fuerunt, illa ductu T. Manlij Consulis deuicta,
Vellei. d.lib.2. Liu. dec.3. lib.3. ac primo prætoria, *l.2.§.32. de O. I.* postea
consularis facta *Liu. lib 1. dec.5.* Hæc à C. Cicereio subacta *Liu. d.*
dec.5. lib.2. Quæ insulæ cū ambæ primo ab vno regerentur p̄side,
sub Cōstantino M. binos receperunt. *Apparet id ex rubr. l.3. C. Theo.*
de pœn. l.2. C. Theo. de temp. curs. Pancirol in Comment. ad Notit. V. I. p.2.
c.56. itaque incaute & inaduertenter idem † Pācirolus, licet an- 35

 tiquita-

tiquitatum Rom. diligens obseruator *in ca. praced. 53. secutus errorem Castrensis & aliorum interpretum ad d l. 9. de iud.* tres hasce pro-
36 uincias Italiæ partes statuit. Nec enim qu ia continens † prouincia fuit Sicilia, ideo Italiæ pars dici potest, non magis, quam Nar
37 bonensis † Galliæ prouincia Italiæ pars, licet & ipsa continens & vicina. *Tacit. 1. histor. Paul.. Diaconus lib. 2. de gest. Long. 23. l. 99. §. 1. de V. S. l. 2. §. 32. de O. I. l. 35. §. 3. de hered. instit.* Hæ enim duæ prouinciæ, quia Italiæ viciniores, ideo præ aliis priuilegiatæ. *Cuiusmodi est illud*
38 *apud Cuiac. 6. obs. 35* Et Sicilia vt propria prouincia fuit, ita † proprium prætorem habuit *d. l. 2. §. 32.* quorum primus fuit C. Flaminius, *Solin. lib. 1. c. 12.* & post alios Ciceronis antecessor C. Verres, satis notus exactionibus Verrinis, *v. Pancirol. d c. 53. & seq* Prouinciæ autem Italiæ opponitur *in d. l. 9. de iudic.* Ergo insulæ alterius prouinciæ, insulæ Italiæ non fuerunt. Magis aberrat Bart.
39 *in d. l. 9* qui ideo Sardiniam † quoque partem Italiæ facit, quod Corsicæ, quæ modicum ab Italia distat (nempe 62. miliariis *Plin. lib. 3. c. 6.*) sit propinqua. Sic enim omnes eius maris insulæ se inuicem excipientes, Italiæ partes statuendæ essent. Quod absurdum. Circa maiores insulas idem plerumque obseruatur, quod in continente, ita vt ipsæ rationem continentis habeant, & mi-
40 nores insulæ proximæ maiorum sint partes & accessiones. Quæ tamen sæpe mutantur, & pro conditione temporis ac imperij al-
41 teri prouinciæ adiiciuntur. Ita Lipara † insula 12. tantum miliariis ab Italia discreta: *Plin. l b. 2. nat. hist 9.* non tamen Italiæ, sed Siciliæ pars fuit, *teste Plin. d. lib. 2. cap. 8.* sub prætoris Siculi imperio constituta, *Cicer. Verrin 5.* vbi dicit, eam insulam incultam atque à Sicilia seiunctam à Verre cuidam suorum sodalium condonatã. Quod si illinc diuelleretur ac Italiæ iurisdictioni coniungeretur, tum demum Italiæ pars dicenda esset, *iuxta d. l. 9. de iudic.* Ita Cy-
42 prus † à Catone prouincia facta *Vellei. d. lib. 2.* suum habuit præsidẽ: *Pancirol. ad Not. V. I. p. 1. cap. 109.* quæ tamen postea quæstori subie-
43 cta est, *Nou. 41. & 50.* Ita Creta † à Metello in potestatem redacta, *Velle. d. lo.* proconsuli suo paruit. *l. 14. ad Senatusconsultum Turpil. Pancirol. d. p. 1. c. 136.* Quam insulam Aristoteles ita commode sitam affir-

affirmat, vt ad Imperium totius Græciæ nata videatur. 2. *po it. 8. & ibi Gyphan. Cæ'. Rhodig. l. b.* 18. *lect. ant.* 26. Vtraque prouincia suas habuit coniunctas insulas proximas. Quæ vt suæ prouinciæ siue maioris insulæ partes recte dicuntur: ita neutra prouincia vel pars continentis, vel alterius accessio dici potest. Quandoque plures insulę † vnam prouinciam constituunt. Quo pertinet 44
phrasis Homero familiaris *Iliad. β. & pass.* πολλῇσιν νήσοισι ἀνάσσειν multis insulis imperare. Tales olim insulæ Asię, † quorum vnus 45
præses fuit. *leg. pen. C. vbi causs. stat. leg. 6. C. de nauicul. lib.* 11. *Nou.* 163. *cap.* 2. Quæ prouincia quandoque absolute insulæ, quandoque Asiæ insulæ dicitur, Asiæ coniungitur. *Tacit.* 2. *histor.* Asia & cæterę prouinciæ nec virorum inopes, & pecuniæ opulentæ, quantum insularum mari cingitur, &c. Earum septendecim numerauit Ptolomęus, *plures Plinius lib.* 4. *c.* 12. *sed Gobelin. in Cosmodr. at.* 1. *cap.* 6. omnes Cyclades † Græciæ insulas vo- 46
cat numero 53. sicuti etiam Iustinianus *in Nou.* 41. & 50. *in rubr.* ab iis tamquam potioribus prouinciam hanc denominauit: Nam alioqui Cyclades insulæ partem tantum huius prouinciæ faciebant, non totam constituebant. Et quia maior & celebrior insula plerumque caput prouinciæ, *l.* 7. *in pr. de off. procons.* & quasi metropolis inter ciuitates erat, *l.* 4. § 5. *cod. l.* 6. § 2. *de excus.* in qua præses vt plurimum residere solebat, *Pancirol. d. p.* 1. *ca.* 98. ideo cæteræ insulæ eius imperio accedebant. Ita Rhodus † caput & vt Go- 47
belinus vocat, metropolis insularum Asiæ erat; vna ex quinque ciuitatibus, in quibus succedentibus tempp. Præfecti Prætorio per vices residebant. *l.* 6. *C. de off. rect. prou. Pancirol. d. part.* 1. *cap.* 102. idem circa Baleares † Africæ insulas obseruatum, vt Minorica 48
Maioricæ pars & accessio esset. *Pancirol. part.* 2. *cap.* 67. Quo casu in superioris arbitrio est, vtram alterius accessionem esse velit. *arg. l.* 20. *in fi. l.* 32. § 5 *de aur. arg. leg.* Alioqui quæ imperii † sedes est, illi 49
cæteræ quasi partes accedunt. ita quamuis olim † Italia cætera- 50
rum prouinciarum domina esset; *Plin. lib.* 3. *nat. hist.* 5. *glos. in auth. quæ in prouinciis, C. vbi de crim. ag.* tamen imperio ad Germanos † 51
translato propter ipsorum virtutem, *teste gl. in c. ego Ludouicus, dist.*

Petrus de Andlo lib.1.de Imp. Rom.13.in fi. ita vt duæ essent Romani
imperij partes, *Menoch.in respons.F.nar.1. nu. 3.p.r c.1.§.firmiter, de
prohib.feud.alie.per Frid 2 F.53.c.vn.de allod.Ioh.Dauth.in hypotyp.sect.*
52 *2.* Italia † accessio Regni Germanici facta est, non contra, *Ludolph à Babenb.de iure regni.c 5.* quia ibi Roma est, vbi est curia Imperatoris, *Heig.p.1.quæst.2.nu.31.* quidquid de Italię dominatu, quod mutari non possit, glorientur Itali, *Hieron.de Monte de fin.reg.c.4.
n.7.* Quamuis ergo plerumque contingat, quod vicinæ insulæ †
53 continentis imperium agnoscant: ita de septentrionalibus insulis ad Regnũ Daniæ & Sueciæ spectantibus *Adam Bremens. in hist. Eccles.223.* Item de Daniæ regno aliquando inter tres fratres diuiso, assignatis insulis pro cuiusq; oportunitate: *Helmold.lib.1.chron.
54 Slau.81.* tamẽ sæpe vsu venit insulam etiam † minorẽ imperiũ in continentes terras proferre, tum diuina prouidentia, tũ etiã insulanorum virtute. Quo casu insula imperiosa ationem principalis obtinet, cui cœteræ Imperij partes accedunt, contra quã *in d.l. 9.de iudic.* sancitur. Sæpe etiã propter commoditatẽ in insula se-
55 des imperii † collocatur, sicuti Constans Imp. in Siciliã sedẽ Imperii transferre voluit *Cedren.in compend. hist. ad A.668.* Ita Tyrus
56 vrbs † & insula, non in mari solũ, sed etiã in vicino continẽti ante Alex. M. aduentũ longe lateq; dominata est, *de qua Ezech.26.&27.* De Rhodo idẽ *ex Liu.lib.5.dec.5.* colligas. De Venetiarum Impe-
57 rio dictũ *c.3.n.25. & plura dicemus c.20 n.65.* Ita Daniæ † regnũ ex pluribus insulis constat, *supra c.3.n.28* cui etiam continentes terræ cohærent, *de quibus Helmold.lib.2.c.13.Chytra.lib.4. Saxon.* constituta sede regia in Hafnia insula continenti Selandiæ & Amaciæ interposita, quam Christophorus Rex permutatione acquisiuit, *Chytr.d.lib.4.supra d.c.3.n.61.* Neq; tantum vetus imperii
58 status considerandus, sed simul etiam † temporis diuersitas, qua plerumque prouinciæ mutantur, aliamq; formam Imperii indu-
59 unt *Dan.2.v.12.* Schoningia † insula, an ad Regnum Daniæ vel Sueciæ ptineat, frustra post tãti tẽporis lapsum disputat *Ioh. Magn. li.8.hist.Goth.25.* cum ipse fateatur, à Scinone Rege Danię Gothis ademtã, nequicquã repetente Heroto Sueco *Ioh. Magn.lib.17.ca.
5.* Orca-

5. Orcades insulæ † inter Norwegiam Angliam & Hiberniam æ- 60
quali fere distantia sitæ, *teste Adam. Brem. c. 242.* vt vtri illarum an-
numerandę sint ex doctrina Dd. *in d. l. 9. de iudic.* exitum nullũ in-
uenias. Eas Britanniç † olim coniunctas fuisse, quas sub Claudio 61
Imp. Romana classis inuenit domuitq; constat *ex Tacit. in vita A-
gric. Suet. in Claud. c.* 17 Postea † Norwegię accesserunt, *Munster.* 62
li. 4. ita vt proprium Regem nomine Ninam receperint. *Sigebert.
Gembl. ad A.* 11.68. Hinc iterum auulsas accessisse Hibernię *tangit
Ioh. Magn. li. 7. hist. Goth. 16.* Eoq; nomine Angliæ Reges fiduciari-
os esse regni Norwegię *scr b. t Bodin. lib. 1. de Rep. 9.* quia alias Nord-
mannorũ ditioni omnes subiacent. *teste Adam. Brem. d. c. 42.* Sunt
autem † Orcades ac Hemodes dispari numero, de quo inter scri- 63
ptores non conuenit, *v. Pomp. Melam lib. 3. c. 3. Plin. li. 4. c. 16. Iornād.
in hist. Goth.* ita dictę, q, Cycladũ instar per Oceanũ sunt dispersæ,
Adam. Brem. c. 240. vbi quadraginta numerat, quarũ dimidia tantũ
pars inhabitetur ab hominibus. Inter illas quoque Faren nomi-
nat Munsterus *d. lo.* quę fortean est Farria † insula in ostio Albis 64
longo recessu in Oceano latens, ab Eilberto Episcopo Finnensi
primũ monasterio ornata. Vnde nautis & piratis venerabilis facta
nomẽ insulę Sanctę, siue Heilige landię accepit cũ olim Fosetis-
land † diceretur. *Ita A. Bre. c. 210.* Intell gim⁹ Fastlād ita dictā, à ter- 65
ra firma, quia scopulis asperrimis inclusa, vnico tantũ aditu pa-
tet. Quod magis placet, quā à Vesta Dea hic ab Ethnicis culta eā
denominari. Dicitur hic habitasse Radbodus Frisiorum † tyran- 66
nus, *de quo M. Chron Belg. Quod tamen non placet Emmio li. 1. rer. Frisi.
Chytr. l. b. 4.* hanc vnā esse ex Saxonum insulis apud Ptolomęum
opinatur. Ea autem modo Danorũ, modo Frisiorũ † imperio ac- 67
cessit, quia in vtr usq; confinio sita. *Adam d. c. 210.* Vnde olim terri-
torii Ieuerani pars fuit, *quod Hamelm. in antiquo Chronico se legisse te-
statur in Chron. Oldenb. fol. 454.* Quę nunc Ducatui † Holsatię ac- 68
censetur. Quam paucę insulæ hodie aquila nimium depluma-
ta, Imperii Romano-Germanici † maiestatem agnoscunt, quę 69
olim ad vtrumq; imperiũ orientis & occidentis magno numero
pertinuerũt? Quorũ nomenclaturā petere licet *ex N. V. Imp.* Vt
de om-

de omnibus nobis nihil † restet, nisi lamentari, & cum Comico *in Rudent. A. 5. Sc. 2.* ingeminare: istud quidem verbum habuisse & nihil habere, miserum est & pessimum. *Muretus lib. 19. var. lect. 3.* vbi ἐξαρ dicit simile Catulliano: sed hæc prius fuere. Falluntur ergo & fallunt Dd. qui ex veteri Romani Imperij, & sæpe vnius

69 Imperatoris statu, hodierna † tempora æstimant, cum prouinciæ ac insulę aliquoties dominos mutarint. Multum autem interest, inter illud quod fuit, † & quod nunc est, *l. quæres, 98. §. aream, de solut. Hieron. de Laurent. decis. 145. num. 16.* vsque adeo vt argumen-

70 tum sumere † ab eo quod olim fuit in vsu, ad id quod nunc est, nihil aliud sit, quam laterem lauare. *Alex. Raudens. in tract. de anal. cap. 30. num. 10. Knich. in velit. apolog. numer. 108.* Imo id esset, to-

71 tum mundum † reuangare, cuiusmodi argumentatio tamquam absurda reiicitur *Knich. d. iubilum. & regio territ. iure Bernhard. Zirix. de prærog. princip.* Quod autem de forma prouinciarum iisq; annexis insulis ex historiis Romanis *ad explicationem d. leg. 9.* dictum

72 est, illi obstare videtur, quod insulæ quædam liberæ † ac sui iuris fuisse leguntur. Ita Cephalenia & Zacynthus vtræq; liberæ. *Plin. lib. 4. nat. hist. 12.* Ægina liberæ conditionis. *Plin. d. lo.* Gnidus libera *Plin. lib. 5. cap. 29.* Samus libera. Chios cum oppido libera. Libera Mytilene annis 500. potens. *Plin lib. 5. cap. 31.* Ebusus vtraque ciuitate fæderata *Plin. lib. 3 cap. 5.* Rhodiis libertas ademta sæpe aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant. *Tacit. 12. annal. & c.* Quod si ergo liberæ fuerunt insulæ quædam, oportet illas vel exceptas esse à dispositione *d. l. 9. de iudic.* vel potius eam ad insulas liberas nō pertinere. *arg eorum quæ habet Knich. in velit. apolog. n. 26. & seqq.* Nisi forte φυσικῶς intelligenda esset *d. l. 9. quod supra negauimus.*

73 Sed respondetur, Romanis liberos † populos dupliciter dictos, vel absolute vel secundum quid. Absolute illos, qui Romanum Imp. vel nullo modo, vel comiter saltem agnoscebant. *l. 7 de capt. & postlim. reu.* Ita de Mardis *dicit Plin. lib. 6. cap. 16.* quod sui iuris fuerint. *Et lib. 7. cap. 27.* Babylonia, quod sit sui iuris Macedonum moris ac liberę feritatis. Quomodo & Rhodiis ali-

quando

quando responsum, vt nec hostes fierent, nec socij permanerent. *Liu.lib.5.dec.5.* Eadem libertate vtebantur fœderati † illi, *de quibus d.l.7. & plenius Bodin.lib.1.de Rep.9.Tholos.lib.11.de Rep.11. agunt.* 74
Secundum quid & certo respectu liberi dicebantur, qui licet subditi Romanorum essent, suis tamen legibus & magistratibus gubernabantur: veluti † municipes, *l.1. & H.ad munic.de quibus vide* 75
Arnisa.lib.1.polit.6.Plin.lib.2.c.21 vbi de Hispaniæ ciuitatibus agit. Nihilominus enim huiusmodi insulæ liberæ partes erant eius prouinciæ, cui annumerabantur. *d.l.9.de iudic.* Ita Tyriorum colonia, in Tyrum ab Alexandro magno interpolatam insulam deducta, licet iure Italico censibus exemta esset, prouinciæ tamen Syriæ pars fuit *L.1.in pr.de censib.* De † Batauis *Tacit.de morib. Germ.* Manet honos & antiquæ societatis insigne. Nam nec tributis conteruntur, nec publicanus atterit. Exemti oneribus & collationibus, & tantum in vsum præliorum sepositi, velut tela atque arma bello reseruantur. Neque enim erant in † insulis liberis publicani, vt in Cycladibus *l.9.ad L.Rhod.* Quia vbi publicani, ibi ius publicum vanum est ait Tacit. Quale priuilegium † libertatis ac immunitatis, sicuti paucis & nõ nisi benemeritis insulis oppidisque dabatur, ita eas nec Romano Imperio nec præsidis iurisdictioni eximebat. *arg.l.1 l.4.in pr.de damn.inf. l.26 ad munic.* Quia in omni concessione superioritas semper excepta intelligitur. *Kirch de iure territ.cap 1 n.318.& c.3.n.305 & lib.2.de pact. inuest.5.n.237.* Paulatim deinde de decrescente imperio Romano, ac inualescente Pontificum Rom. potentia, inualuit alia distinctio † prouinciarum Ecclesiastica, *licet altius eam repetat Philip. Berter dial 2.pithan.6.* pertinens ad diœceses cuiusque Ecclesiæ. Et iuxta hanc dicitur † prouincia in iure Canonico, quæ habet decem vel plures ciuitates, vnum Regem & metropolitanum, & totidem minores potestates & Episcopos, *c.scitote,6.q.3.* Quo sensu nulla ciuitas dicetur, nisi † proprium Episcopum habeat. *Bart.in l.vrbis,in fi.de V.S.quod tamen Legistæ non agnoscunt, Alciat. in leg.2 & l.239.§.6.de V.S.Guid.Pancir.in comment. ad N.V.I.p.1.c.98.* Hoc respectu insulæ etiam remotiores partes illius prouinciæ e-

76 77 78 79 80 81

erunt, cuius metropolitano siue Archiepiscopo subsunt *arg. d. l. 9.*
82 *de iudic.* Ita cum Archiepiscopus † Hamburgensis metropolitanus esset regnorum Borealium, illa omnia cum cohærentibus & vicinis insulis Hamburgensis diœceseos partes fuerunt, *Ioh. Mes-*
83 *sen. in Chron. Episc. Suec. a c. 2.* Initium factum ab Adalberto † Archiepiscopo, qui legationem illuc instituens, viam suam ita disposuit, vt circuens latitudinem Septentrionis, hoc est Daniam, Sueciam & Norwegiam pertransiens, inde ad Orcades extremamque orbis partem Islandiam posset pertingere. *Adam Brem. d. cap. 201. & 206.* vbi vide sedes Episcopales, quas illic instituerit Atque
84 hæc Ecclesiastica distinctio † prouinciarum, plerumque (non semper) politicam sequitur. *Philip. Bert. d. c. 6.* Ita Orcades cū prius ab Anglorum & Scotorum Episcopis regerentur, postea imperio politico ad Danos translato ad metropolim Hamburgensem pertinere cœperunt, *Adam d. c. 242.* Quæ distinctio Ecclesiasti-
85 ca † prouinciarum, cum apud nos, collapsa hierarchia Pontificia euanuerit, ac ad principes seculares, quasi postliminio redierit, de ea copiosius agere, superuacuum putamus. *Fuitratis V. fq. 2. ill. contr. 51. n. 40.* Sufficiant hæc ad explicationem *d. l. 9. de iudic.* In qua alius latissimus commentandi campus Historico patet.

CAPVT XVI.

De deportatione in Insulas.

SVMMARIA.

1 *Deportationis pœna Romanis frequens.*
2 *Deportatio vnde dicta?*
3 *Qualis pœna fuerit?*
4 *Æterna deportatio.*
5 *Deportatio ostracismo Græcorum similis.*
6 *Ostracismi differentia.*
7 *Deportatio propter noxios inuenta.*

8 *Depor-*

8 *Deportationis abusus.*
9 *Ciues Romani Lege Portia à morte exemti.*
10 *Postea etiam prouinciales.*
11 *Aqua & ignis interdictio.*
12 Vogelfrey *quinam?*
13 *Interdicti aqua & igni an libertatem retinuerunt?*
14 *Proscriptio à Sylla inuenta.*
15 *Ab Augusto Cæsare in deportationem permutata.*
16 *Exilium quomodo pœna facta.*
17 *Augusti Cæsaris arcanum.*
18 *Seruitus deportatione durior.*
19 *Deportatis vires subtractæ.*
20 *Deportatis seruos habere prohibitum.*
21 *Restitutionis spes deportatis relicta.*
22 *Deportationis metus feroces animos fregit.*
23 *Deportati occisi.*
24 *Fortuna multis in pœnam parcit.*
25 *Deportatio morte miserior.*
26 *Mors vita ærumnosa melior.*
27 *Deportati tria amittebant.*
28 *Ciuile caput in vita beata consistit.*
29 *Deportatio morti comparatur.*
30 *Deportatorum priuationes.*
31 *Iuris Gentium vsus deportatis relictus.*
32 *Insulæ desertæ morti propiores.*
33 *Loca deserta insulis æquiparantur:*
34 *Cyrene Cypri desertum.*
35 *Relegatio in Oasin AEgypti.*
36 *Oasis præfectura AEgypti.*
37 *Insulæ asperiores deportationi destinatæ.*
38 *Gyarus insula petrosa.*
39 *Exempla deportatorum.*
40 *Seneca in Corsicum pulsus.*
41 *Iohannes Euangelista in Pathmum relegatus.*

42 Bras Dalmatiae insula.
43 Pœna metalli insulis quandoque coniuncta.
44 Pœna metalli omnium durissima.
45 Pistrini pœna comparatur metallo.
46 Deportationi aquae & ignis interdictio quandoque addita.
47 Insulae quandoque mutatae.
48 Insulae diuersimode deportatis assignatae.
49 Delatorum pœna exasperata.
50 Tiberij Caesaris simulata clementia.
51 Insularum propinquitas pœnam mitigat.
52 Insularum Italiae commoditas.
53 Capreae insulae Tiberij Caesaris domicilium.
54 In insulas Italiae Caesarum filiae relegatae.
55 Relegatio deportatione leuior.
56 Certo loco includere.
57 Praeses prouinciae an deportare in insulam possit.
58 Limenarchae magistratus maritimi.
59 Sub imperio praesidum constituti.
60 Vicarius portus quisnam?
61 Praesidis officium prouinciam malis hominibus purgare.
62 Praeses habuit iurisdictionem maritimam.
63 Praetores Romani deportare potuerunt.
64 Praeses in metallum damnare potuit.
65 Praesides quidam insulas non habentes.
66 Deportatio extra prouinciam praesidis non valet.
67 Pro qualitate delicti remotiores insulae assignandae.
68 Ioan. Corasius sibi contrarius.
69 Proconsul deportare potuit.
70 Praefectus urbi an deportare possit?
71 Praefectus urbi in insulas Italiae deportare potuit.
72 Solita regiones quaenam?
73 Praefectus V. in remotiores insulas deportare non potuit.
74 Pœna deportationis paulatim abrogata.
75 Detrusio in monasterium.

76 *A clericis ad seculares translata.*
77 *Childericus Rex Galliæ in monasterium detrusus.*
78 *Monasterium insulæ comparatur.*
79 *In monasterium detrusi pro monachis habentur.*
80 *Capite minuuntur.*
81 *Habentur pro mortuis.*
82 *Æquiparantur seruis.*
83 *Marchia ab iniuria vindicata.*
84 *Monastica vita in insulis durior.*
85 *Detrusio in monasterium & insulam simul.*
86 *Tassilo Dux Bauariæ in monasterium detrusus.*
87 *Laureacum monasterium.*
88 *Proscriptio hodie pro deportatione recepta.*

SVBIVNGAMVS hic aliquid, propter cognatam iurisdictionis materiam, de deportatione in insulas. Quæ pœna quia apud Romanos admodum † frequēs 1 erat, *l. 5. & seq. de interd. & rel. l. 28. §. 13. de pœn.* atque ita quidem, vt quandoque modum excederet, *conquerente Tacito 1. histor.* plenum esse exiliis mare, infectosque cædibus scopulos: ideo eius quoque crebra in iure nostro fit mentio *in l. 42. solut. matr. l. 121. §. 2. de V. O. l. 77 §. 4. de leg. 2. l. 97. de reg. iur. & pass.* Nomen vnde † ortum sit, coniectat *Turneb. lib. 20. aduers. 16. appro-* 2 *bante Vulteio in discept. schol 12.* Quod nobis non placet, cum sit exercipsa natum. Nec enim eo tempore cœpit, quo Turnebus voluit, sed diu post. Erat autem deportatio genus pœnæ † qua 3 ciues Rom. ob maleficium aliquod, libertate, dignitate ac bonorum maxima parte exuti in certam insulam transmarinam in perpetuum amandabantur ac proscribebantur, *arg. l. 1. §. 3. de l. 3. l. 17. §. 1. de pœn. §. 2. Inst. de cap. min. l. 1. C. de his qui se def. l. 18. de inter. & rele.* Inde pœna insularis Marcellino, perpetuitas exilij, *in l. vn. C. de monop.* æterna † deportatio. *in l. 6. in fi. C. vnde vi.* insulæ vinculū; 4 *in l. 5. de inter. & rel. Senec. in consol. ad Heluiam c. 6.* dicitur. Nimirum quia damnato insula assignata egredi in perpetuum non licebat.

Vsque adeo, vt ne quidem captus à latrunculis & redêtus ea pœ-
na liberaretur. *leg. 6. l. 12. §. 5 de capt. & postlim. reu. quam explicat Al-*
5 *ber. Gentil. lib. 2. aduoc. Hisp. 12.* Quod genus pœnæ † vt multa alia, à
Græcorum ostracismo profectum videtur, *de quo Arist 3. polit 9. &*
5. polit. 3. Arnold. Clapmar. lib. 4 de arcan. Rerump 17. Plut. in Arist. &
Themist. Bude. in annot. post. ad ff. Hadr. Iuni. lib. 2 anniuers. 5. & lib. 5. c.
18. Tholos. lib. 31. syntagm. 6. n. 6. Nisi quod illi ad æqualitatem de-
6 mocraticam † conseruandam excellentes viros domo pellerent,
vti Hermodoro Epheso contigit, ob cuius exilium Heraclitus
Physicus vniuersos Ephesios morte multandos pronunciauit,
Cic. 5. Tuscul. quæst. prope fin. cum contra Romani, non nisi malos †
7 ac facinorosos Repub. exesse vellent, quippe quibus purgari nō
solum vrbem, sed & prouincias expedit. *l. 3. in fi. de off. præs. Ita Cic.*
Ver. 3. Verrem portentum in vltimas terras exportandum dicit.
Et Catull. lib. 1. Vibennio patri & filio imprecatur: Cur non exi-
lium malasque in oras itis. Interim apud hos quoque sub hoc
8 prætextu maximæ nonnunquam † virtutes, quasi grauissima de-
licta punita, vt sunt exempla *apud Valer. Max. lib. 5. cap. 3. Cicer. 3.*
Tuscul. quæst. Plin. lib. 7 nat. hist. 43. Datum autem est hoc singu-
9 lari † prærogatiuæ ciuium, vt si peccassent, exilio mortis pœnam
redimerent, *Cic. pro Balb. pro Rabir. Verrin. 7. & pass. Salust. in Catil.*
Paul. 5. sent. 28. Ex salubri lege Portia à Portio Catone lata, *de qual.*
2. §. exsectis, & ibi Coras. num. 14. de O. I. Quam Festus Pompeius
pro scapulis, *Liuius lib. 10.* pro tergo , *Plin. lib. 7. d. cap. 23.* ius vir-
garum appellat. Ad quod sæpe prouocabant ciues Rom. *Clap-*
10 *mar. lib. 3. arcan. 23.* Extensum postea etiam † ad prouinciales. *Act.*
22. v. 25 maxime post constitutionem Antonini Imp. *in leg. 7. de*
stat. hom Primus externorum, atque etiam in Oceano genitorum
Balbus Cornelius consul accusatus, ex sententia iudicum vsus
illo honore, quem maiores Latio quoque negauerant, *Plin. d. ca.*
11 *43. v Fabr lib. 2. semest. 5 & 6.* Et antea quidem, aqua † & igni
ipsis interdicebatur, quod his duobus elementis vitam huma-
nam maxime constare crederent, *e leg. Lactant. lib 2. diuin. Instit. 0.*
Ou . 4. fast. Formula extat in orat. Cicer. pro domo: Vt M. Tullio aqua
& igni

& igni interdicatur: πυρὸς καὶ ὕδατος εἴργεσθαι. Vnde sacri dicebantur, quod eorum capita Diti deuota essent, *Buds. in annot. ad ff. leg. 2. de pœn.* Quod hodie vocamus † Vogelfrey. *And. Gail. lib.* 12
2. de pac. publ. 1. Vt mirum si libertatem † retinuerint. Quod 13
incaute scripsit Tribon. *in §. 2. Inst. de cap. min.* cum longe aliud ex Callistrati responso pareat, *in l. 5. de extra. cognit.* Quidquid huncsingularem esse velit *Cuiac. 3. obs. 10. vide Goth. in leg. 1. §. 3. de leg. 3. Borch. in d. §. 2. Inst. de cap. min. Reuard. lib. 3. varior. 5. quem refutat Vult. discept. schol. 12.* Vulgo proscriptio dicebatur, à Sylla † primum regio more exercita. Quæ pœna cum nimis 14
dura & aspera videretur, in deportationem permutata est. *l. 2. §. 1. de pœn. Goth. in leg. 1. §. 2. de leg. 3. Borch. d. lo leg. 3 ad L. Iul. pecul.* Ex instituto Augusti † Cæsaris, sancientis: μήδενα πυρὸς καὶ ὕδατος εἴργεσθαι ἐν ἠπείρῳ διατρίβειν *Dion. lib. 56. Cuiac. 6. obs. quem solens refert & sequitur Borchols. de reg. l. numer. 82.* Ab eo tempore † exilium 16
facta est pœna, *leg. 6. in fi. de pœn.* cum antea supplicium non esset, sed profugium portusque supplicij, *teste Cicer. pro Cæcinna.* eo quod sontes in insulas profugerent, vt hic ab iniuria hominum tuti latitarent. Vnde Siciliam proscriptorum profugium vocat *Valer. Max. lib. 7. cap. 3.* Atque hoc instituto, licet clementiæ gloriam affectasse videatur Augustus † eo quod prior pœna 17
seruitutem ac vitæ periculum induceret, quam posterior relinquebat, *§. 2. Inst. de capit. min. leg. 7. §. 6. ad Senatusconsultum Trebell. l. 59. de cond. & demon.* Ex quo discrepantia quædam in ius nostrum irrepsit, vt seruitus magis quam deportatio † morti assimuletur, *d. leg. 59. de cond. & demon.* Cuius rationem reddit *Cuiac. ad leg. 121. §. 2. de V. O. & lib. 3. obs. 10.* tamen eo arcano, sibi ac securitati suæ magis consulere voluit Cæsar, quam ipsis damnatis, dum factiosos & potentes ciues, Cæsarianis partibus minus æquos, in insulas longe dissitas concludi vellet, libera † 19
vagandi & prouincias turbandi facultate ablata, ac viribus maximam partem detractis, iuxta *consilium Aristot. 5. pol. 11.* Quod Tacitus non dissimulat, *1. annal. inpr. Et clarius exprimit Dion Cass. d. lib. 56. vbi scribit*, prohibuisse Augustum deportatos

incon-

in continenti & in insulis, quæ 50. minus stadiis à continenti abessent, morari. Exceptis Co, Rhodo, Sardinia & Lesbo, in quibus hæc interualli ratio non obseruata *Cui. c 7. obs. 39.* Ideo scilicet, ne res nouas molirentur, bonis certa parte, pro arbitrio principis exuti. *l. 1. in pr. si pend. appell.* Et naues quidem additæ quandoque
20 doque † quæ deportatos in insulas assignatas auehcrent, *Vult. d. discept. 12.* Sicuti Octauia deportanda conqueritur *apud Senecam Tragœd. act. vlt.*

—Hæc est, cuius vecta carina
Quondam genetrix, nunc & thalamis
Expulsa, soror miseranda vehar.

Sed ipsis deportatis naues onerarias & longas parare non licebat. *Dion. d. lib. 56.* Ne scilicet in continentem pateret aditus.
21 Neque est, quod nos moueat restitutionis † spes, quæ deportatis in clementia principis relicta erat. *l. 59. de cond. & dem. l. 23. fam. hercis.* quia hanc quoque callidus Imp. sibi reseruare voluit, *§. 2. Inst. quib. mod. patr. pot. l. 46. de manu. test l. 2. de sent. pass. l. 3. C. de gener.*
22 *abol.* vt deportati, quanto † quis seruitio promtior, ad veterem statum promouerentur, ac nouis ex rebus & venia aucti, tuta & præsentia, quam vetera & periculosa mallent. *Tacit. 1. annal.* Cæteroquin quid Sempronio Graccho profuit ab Augusto Cercinā in Africi maris insulam amoueri, nisi vt à Tiberio post 14. anno-
23 rum exilium † occisus, quasi secundo moreretur? *Tacit. 1. annal.* Quid M. Fidustio Senatori restitutio, nisi vt denuo proscriberetur, hac sola de caussa, quod semel proscriptus esset? *Plin. d. ca. 45.* Sed & Sylla & Plautus in exilio trucidati, ne quid ab iis metuere-
24 tur, *Tacit. 14. annal. Senec. in Octau. A. 2.* Nimirum, quia fortuna † multis parcere in pœnam solet, vt habet versus P. Laberii, paulo aliter relatus *à Plinio d. lo.* Vt male mereatur Princeps de huiusmodi deportato, dum ei vitam producit ad miseriā, *verbo Plauti in Trinum.* Itaque cordati facile intellexerunt, deportationem
25 † morte etiam miseriorem esse. *Quod Philo in libro de Abrahamo deduxit,* mortem calamitatum finem esse, exilium vero malorum

nouorum

nouorum initium. *Et Tacit. 12. annal.* Inopi quanto longiorem vitam, † tanto plus supplicii. Item Pætus Thrascas *apud Tacit. 14. annal.* Quin insula, inquit, publicatis bonis, quo longius sontem vitam traxisset, eo priuatim miserior, & publicæ clementiæ exemplum futurum. Magnitudo huius pœnæ ex effectu colligitur. 26
Per eam † enim tria maxima exules amittebant: Ciuitatem Romanam, quæ magni æstimabatur. *Act. 22.* Vnde ἀπόλιδες dicuntur, *in l. 1. § 2. de leg. 3 l. 17. de pœn.* hoc est à ciuilitate extorres: *l. 12. § 5. C. de ædif. priu.* dignitatem & existimationem: *l. 5 § 2. & 3. de extraord. cognit.* ac denique bona *l. 14. § 1. leg. 15. leg. vlt. de interd. & releg. Hering. de fideiuss. c. 10 § 14. num. 29. Tholos. lib. 31. syntag. 6.* modica pecuniæ summa ad alimenta relicta, *de qua Lipsius ad lib. 6. annal. Tacit.* Ita Lolliæ exsuli ex immensis opibus quinquagies sestertium relictum, *Tacit. 12. annal.* vbi Claudius Imp. dicit: materiam sceleri detrahendam, *ex Horat. 3. carm. 24.* In quibus omnibus cum vita beata consistat, quod ciuile † caput vocant Iurisconsulti, *in l. vlt. de cap. min.* non mirum, si exules ciuili-ter mori dicerentur, *in l. 63. § 10 pro socio* atque ipsa deportatio † morti compararetur. *§. 1. Inst. quib. mod. pat. pot. d. l. 63. §. 10 le. 65. §. 12. pro socio leg. 1. §. 8. de b. p. contra tab. leg. 4. §. 2. de bon. libert. leg. 29. §. 5. de lib. & posth. Vult. lib. 1. de I. R.* 27 28 29
Hinc erat, quod deportatus † amittebat, non ciuitatis solum, sed & huic annexa familiæ iura hereditaria, *l. 3. ad L. Iul. pecul.* cognationem, *l. 4. §. vlt. de grad. & affin. Cuiac. 3. obs. 10.* testamenti factionē tam actiuam, quam passiuam, *l. 8 qui test. fac. poss.* hereditatis ac legati capionem, *l. 15. de int. & releg.* nec in iudicio comparere poterat, *l. 2. leg 7. de cap. min.* neque iuris ciuilis beneficio frui, *d. l. 5. eod.* 30
Tantum ea, quæ iure † Gentium cuiuis etiam seruis competebāt *l. 32. de R. I.* ex misericordia relinquebantur, *l. 7. §. 1. de pœn. d. l. 15. ea.* & si quæ postea acquirebat, non adimebantur, *l. 22. § 5. mand.* In eumque vsum dominium remotiorum insularum occupantibus relictum videtur, *in l. 7. §. 3. de A. R. D* vt haberent exsules, vbi pedem figere, ac nouam quasi fortunarum sedē collocare possent. *supra c. 10. n. 17.* Itaque ipsis mors quasi solatium, vita supplicium fuisse videtur, *ex l. 5. C. ad L. Iul. Maiest. Senec. in Hercul. Oetheo.* 31

Mortis habet vices, lente cum trahitur vita gementibus *v. Senec. in consol. ad Helu. c.* 28. Quod maxime verum erat in insulis deser-
32 tis, † ac omni rerum necessariarum vsu destitutis, in quibus deportatos fame & inedia etiam consumi oportebat. Vnde in eas portenta & prodigiosi partus expositi, ex sanctione Romuli *apud Halicarn. lib. 2. Plin. lib. 7. nat. hist. 4.* Itaque sententiam, Sereno dictam vt Gyaro aut Donusa clauderetur, Tiberius Cæsar mitigauit, egenam aquæ vtrumque insulam referens, dandosque vitæ vsus, cui vita concederetur, *Tacit. 4. annal.* Antoninum quoque Pium commendat Capitol. quod vsque adeo nullus sub eo percussus sit Senator, vt etiam parricida confessus, in insula deserta poneretur, quia viuere illi naturæ legibus non licebat. Inde fa-
33 ctum, vt loca deserta † pro insulis accipiantur, *l. 7. §. 9. de interd. & rel.* quos Romanos loca quoque insolita dixisse, vbi nulla exerceri cultura poterat, *annotat Hieron. de Monte de fin. reg. c. 14. num 6.*
34 Cuiusmodi Cyrenem † Cypri describit *Plaut. in Rudente Actu 1. Scen. 3.*

Hic saxa sunt, hic mare sonat, neque quisquam homo mihi obuiam venit,
Quæ mihi spes est, qua me nunc viuere velim,
Neque prope vlquam hic quidem cultum agrũ conspicor,
Neque magis solæ terræ sunt, quam hęc loca atq; hæ regiones.

Idem in Mostell. act. 4. Sc. 3. Et Ariadne apud Catull. lib. 1. de Creta.

Præterea nullo littus, sola insula, tecto,
Omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.

35 In horum numero habenda est relegatio in † Oasin Ægypti in *d. l. 7. §. 5. de interd. & releg. l. vlt. §. 2. & ibi Goth. C. de pœn.* Quæ non insula fuit, sed locus infestus culicibus & muscis grandioribus, sæpe mortis caussam afferentibus, *Cuiac. 8. obs. 27.* Forte ex Moisis imprecatione reliquis. *Exod. 8.* Vnde etiam Oetæ Herculem Canopicum, ne prouinciam culicibus infestaret, venerati sunt, *Alex. ab Alex. lib. 1. genial. dier. 13.* Quamquam & de Africa simile quid prodidit *Pomp. Mela. lib. 1. Meminit Herod. lib. 3.* vrbis Oasis in loco arenoso, quem incolæ μακάρων νῆσον vocent. Forte notatione à contra-

à contrario. *Et Plin. lib. 5. c. 9.* inter *vluos* seu præfecturas Ægypti † 36
etiam duas Oeasitas refert. *De his Socrat. lib. 2. hist. Eccles.* 28. Gregorius Arrianus quosdam catholicos relegauit in magnam Oasin. *& lib. 1. cap. 7.* Nestorius edicto Theodosii in Oasim, quam & Ibin vocant, relegatus est. *Hieron. in vita S. Antonii:* De Bruchio per inuiam solitudinem intrauit Oasan. *v. plura apud Duar. li. 2. anniu.* 39. Proximi his sunt scopuli & petræ, in quibus propter cultus † asperitatem rari incolæ. Eoque deportationi magis, quam 37
aliæ insulæ destinatæ. Tales apud Romanos fuerunt, Cycladum & Sporadum insulæ asperrimæ, vt Gyarus, Scyrus, Sciathus, Seriphus & Cosyra, quarum miserrimam conditionem describens *Senec. in consol. ad Helu. c. 6.* dicit, plures illic peregrinos, quam ciues id est plures deportatos, quam incolas consistere. De his accipiendi sunt versus *Iuuen. sat. 13. in fi.*

—nigri patietur carceris vncum,
Aut maris Ægei rupem, scopulosque frequentes
Exsulibus magnis &c.

Item sat. 10. vbi de Alex. Magno agit.

Æstuat infelix angusto limite mundi,
Vt Gyaræ clausus scopulis, paruáque Seripho.

Maxime nobilitata exiliis fuit † Gyarus, in quam etiam Musonius Philosophus à Nerone proiectus, *Philostr. lib. 7.* Vt in prouerbium transierit apud *Iuuen. sat. 1.* 38

Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquid &c.

Ita Vistilia propter impudicitiam † in insulam Seriphon ab- 39
dita est. *Tacit. 2. annal.* Vibius Serenus in Amorgum, vnam ex Sporadibus *Tacit. 3. annal.* Suillius in Baleares insulas *Tacit. 3. annal.* Seneca à Claudio † in Corsicam deportatus, ab Agrippina vero re- 40
stitutus. *Tacit. 12. annal. & ibi Lips.* Ex qua consolationem ad Heluiam matrem scripsit, *vt ex cap. 6. apparet*, qui eam etiam vt incultam deplorat *cap. 9.* Meminit deportationis huius personatus Seneca *in Octau. A. 2.*

Melius latebam procul ab inuidiæ malis
Remotus inter Corsici maris rupes.

41 Ita Iohannes † Euangelista in Pathmum vnam ex Cycladibus relegatus est à Domitiano, vbi etiam apocalypsin scripsisse creditur. *Irenæ. lib. 5. c. 5. Euseb. li. 3. hist. Eccl. c. 16. arg. Apocal. 1. v. 9.* De exiliis aliorum Christianorum videantur annales Cęsaris Baronij.

42 In illarum locorum, sub Græcis Impp. successit † Boas Dalmatiæ insula, *de qua Marcell. lib. 22. & ibi Lindenb. in notis fol. 106.* Quibusdam insulis metalli fodinæ & lapidicinę inerant, in quarum ope-

43 ras † serui ac fex plebis duplici quasi pœna condemnabantur: *arg. l. 8. §. 4. de pœn. l. 17. eo. Tholos. lib. 3. synt. 10. n. 17.* Talis erat Proconesus vna Sporadum: *Nou. 22. c. 8.* Gypsus Ægypti insula. *l. vlt. C. de pœn. d. Nou. 22. c. 8. Nou. 142. c. 1. Cuiac. 8. obs. 27.* Cuiusmodi pœna

44 † metalli, quam fuerit diuturna & luctuosa, collige ex querelis *Tertull. in lib. de cultu fami.* Eius varia genera & exempla *vide apud Plin. lib. 23. nat. hist. 4. Cal. Rhodig. li. 10. antiq. lect. 5. Lips. lib. 2. de admiran. 5. Pancirol. in comment. ad N. V. Imp. &c.* Vnde Plautus etiam

45 pistrina † insulis comparat, quod in iis nequam serui circumagendis molis torquerentur, non minus quam in metallo, *in Asin. Act. 1. Scen. 1.*

Apud fustitudinas ferricrepidines insulas,
Vbi viuos homines mortui incursant boues.

46 Quamuis vero ex instituto Augusti, deportati † exilio aquæ & ignis priuationem euadere deberent, tamen id à posterioribus Impp. susque deque habitum esse oportet, quando deportatis quibusdam etiam hæc pœna addita. Ita Antistio Veteri ex Macedonia aqua & igni interdictum, appositumque, vt teneret insulas, neque Macedoniæ, neque Thraciæ oportunas, *Tacit. 3. ann. & lib. 6.* accusatores quidam in insulas interdicto aqua & igni dimoti sunt. Nisi credere velis, huiusmodi damnatis certam insulam assignatam non fuisse, sed aqua & igni interdictum ob gra-

47 uitatem delicti. Quin sæpe ex vna insula in aliam † incommodiorem pellebantur deportati, iteratis delictis. Ita Cassius Seuerus exul, in Creta eadem actitando, bonis exutus, interdicto igni

& aqua,

& aqua, Saxo Seriphio consenuit. *Tacit. 4. annal.* Sicuti ergo insulæ quoad situm, cultum & fertilitatem inter † se multum dif- 48 ferunt: ita pro qualitate delicti, conditione personarum & quæ cæteris præualebat, gratia Principis, damnatis vel commodiores & propiores, vel incommodiores & remotiores assignabantur, *arg. l. 1. §. 3. de leg. 3.* Quæ assignatio vt & multatio bonorum potissimum in arbitrio Principis consistebat. Sicuti in distributione agrorum assignatio eorundem penes Principem erat, partitio penes agrimensorem; *ex Aggen. Vrb. Parmens. lib. 1. de alluu. 16.* Ita Vespasianus pœnam exasperans, † delatores partim subiici in ser- 49 uos, partim in asperrimas insularũ auehi præcepit. *Sueton. in Vesp. c. 8.* Contra Tiberius † clementiæ laudem affectans, *apud Tacit. 3.* 50 *annal.* sentẽtiam in Silanũ datam ita mitigarit, insulam Gyarum immitem esse; & sine cultu hominum. Darent Iuniæ familiæ, & viro quondam eiusdem ordinis Cytheram potius concederent. Insularum quoque † propinquitas pœnam mitigat, *iuxta Ouid. in* 51 *Ponto id expertum 2. de pont. 2.*

Mitius exsilium faciunt loca.

Ideo in insulas Italiæ leue exilium † vocat *Sueton. in Augusl. c. 51.* 52 vt etiam huiusmodi insulam habitationi vrbis obscuriori præferat *Iuuenal. sat. 3. in pr.*

— ego vel Prochytam præpono Saburræ:

Et constat Tiberium Cæsarem † animi gratia in insulam Ca- 53 preas aliquandiu succeßisse, & seipsum quasi deportasse: *P in. l. b. 3. nat. hist. 6.* Delectatum ea maxime, quod vno saltem paruoque littore adiretur. *Suet. in Tiber. c. 40.* Vnde *Iuuen. sat. 10.* principem appellat, angusta Caprearum in rupe sedentem. Quamquam veram caussam non dissimulat *Tacitus 4. annal. & 6. in pr.* eũ saxa & solitudinem maris repetiisse pudore scelerum & libidinũ. Ita Iulia propter adulteria à patre Augusto † in Pandateriam in- 54 sulam in sinu Puteolano clausa; *Tacit. 1. annal.* In quam Tiberius etiam Agrippinam nurum relegauit. *Suet. cap. 53.* Nero Octauiam vxorem: *De qua Tacit. 14. annal.* Non alia vxor visentium oculos maiore misericordia affecit. Meminerunt adhuc quidam Agrip-

pinæ à Tiberio: Iuliæ à Claudio pulsæ &c. *Atque ita Octauiam Seneca corrigit Iustus Lips. in comment. Tacit.* Ita Iulia neptis Augusti in insulam Trimorum haut procul Apulis littoribus proiecta, vbi 20. annis exsilium tolerauit, Augustę ope sustẽtata. *Tacit. 4. annal.* Agrippa in Planasiam proiectus. *Tacit 1. annal.* Quod si cum ali-
55 quo mitissime ageretur, saltem relegabatur † in insulam, sicuti de se gloriatur Ouidius, *vt in l. 8. de pollicit. l. 40. de pœn. & pass.* Hæc enim pœna deportatione multo leuior erat. *leg 14. §. 1. de interd. & rel. leg. 18. eo. §. 2. quib. mod. pat. pot. & ibi Dd.* Sicuti mitis quoque pœna erat relegare 20. vltra lapidem in oram Campaniæ. *Tacit.*
56 *13. annal.* aut † certæ regioni vrbique includere. *l. 9. de pœn. l. 7. §. 8. de inter. & releg.* Quod primus Romæ fecit Claudius Imp. *Suet. ca. 23. Tacit. 13.* eamque speciem seruitutis dixit Iurisconsultus *in l. 2. de hom. liber.* De potestate deportandi quæritur à Dd. an soli Prin-
57 cipi ius deportandi in † insulam competat, an etiam præsidibus prouinciarum? Negant posterius *Treut. li. 1 select. disp. 31. th. 6. & ib. alleg. arg. l. 2 §. 1. de pœn. l. 6 §. 1. de interd. & releg. l. 1. quãd. appell. ex qua desumtum est c. biduum, 2. q. 6. leg. 1. §. 3. de leg. 3. l 3. §. 6. de iniust. rupt.* Quæ opinio iuuatur, eo, quod præsides iurisdictionem maritimam habuisse non videntur, quippe cum eum in vsum proprius
58 magistratus constitutus fuerit, quem Limenarcham † dixerunt, quasi portuum maritimorum custodem. *De quo est in l. 4. de fugit. l. 18. §. 10. de mun. & hon. l. 38. C. de liber. caus.* Quibus etiam stationarij milites adiuncti, *d. l. 4. de fugit.* Ab Augusto Cæsare primum constituti, *Suet. in Aug. c. 32. & à Tiberio aucti. Suet. in Tiber c. 37.* Ergo nec in insulas deportare potuerunt, quia extra territorium iurisdictio non progreditur. *l. 7. §. 6. de interd. l. fin. de iurisd.* Sed hoc
59 iurisdictionem † præsidum maritimam magis adstruit, quam eneruat, cum illi Limenarchas sub se habuerunt, quousque hoc officium proprium Comitem sortiretur, sub dispositione P. P. constitutum, *Pancirol. ad N. V. I. lib. 2. c. 9. & 18. l. 2. §. 2. C. de off. P. P.*
60 *Afric.* Qui postea † vicarius, item Centenarius portus. *Cassiod.*
61 *lib. 7. var. tor.* Sicut enim præses † prouinciam malis hominibus per terram purgare debet; *l. congruit, 13. de off. præs.* ita & per aquam

& mare

& mare prouinciæ proximum. *l. vn. C de class. lib. 11. Corset. in singul. verb. iurisdictio. per rationem in l. 3. §. 2. de incend. rui. naufr.* Quo iure præsidem de naufragiis cognouisse constat *ex l. 7. de incend. rui. l. 2. C. de naufr.* Si ergo præses iurisdictionem in mari habet, *de qua Bar. in leg. Cæsar. de public. & ibi Alex. de imo. in addit. Felin. in c. Rodolphus, extra de rescript.* necessario † etiā in insulis habebit, quæ sunt in dicto mari. *Bart. in tract. de insul. verb. nullius, Capoll. lib. 2. de seru. rust. 26. numer. 12. supra cap. 14. num. 18.* Vt nulla sit ratio impeditiua, quare in insulas suæ prouinciæ adiacentes deportare non potuerit præses *l. 7. §. 7. l. 15. §. 1. de interd. & releg. l. 6. §. fin. de pœn.* Nisi in aliquas specialiter deportare vetitum, *vt in l. vlt. C. de pœn.* Quæ exceptio arguit regulam esse in contrarium *d. l. vlt. §. 2. ibi vel si iussa excesserint præsidum miserunt. C. eo.* Et quare ius deportandi † non habuisset præses in prouincia sua, cum potuerit in metalla damnare, *leg. 8 § 4. de pœn.* quæ sæpe in insulis erant: imo gladij potestatem habuerit, quæ pœna multo grauior? *l. 7. & seq. de off. procons. l. 6. §. 8 de offic. præs. Forcat. dial. 210. num. 1.* cum etiam iudices ac † prætores Romæ id habuerint? Ita enim Cassius Seuerus iudicio iurati Senatus in Cretam amotus, *Tacit. 4 annal.* Et prætoribus sub Tiberio spectantium immodestiam exsilio multandi potestas concessa. *Tacit. 1. annal. in fi.* Quod de deportatione accipiendum ex supradictis constat. Responsionem vulgatam Dd. ad hoc argumentum à maiori ad minus non recipimus. Quia nulla lex expressa repugnat, si modo recte intelligatur. *Nam d. l 2. §. 1. de pœn. & alia* non generaliter de quouis † præside accipiendæ sunt, sed de illo tantum, qui insulam vel nullam habuit ad suæ prouinciæ formam pertinentem, *l. 7. §. 1. de interd.* vel non satis iusto interuallo à continenti distantē, *de quo supra ex Dion. lib. 56. dictum.* Itaque cū ipsius iurisdictio ad † alienā prouinciam se non extenderet, *l. 1. de off. procons. l. 3. de off. præs.* ideo enim Pompeij in Cypro præfectus tamquā in aliena prouincia irrisus fuit. *Flor in epit. lib. 3. c. 7.* necesse habuit pręses, assignationem insularum Principi in omnes pari iure vtenti reseruare. *d. l. 2. §. 1. de pœn. l 6. §. 1. de interd.* Quod fortean etiā tum obtinuit, si delicti qualitas remotiores & 67

asperio-

asperiores insulas exigeret, vel reus natura turbulentior, nō nisi in longe dissitis insulis quieturus videretur. Nam & tunc quoq; assignatio ad principem deferenda fuit. *d.l.6.§.1.eo.* Atq; ita quoque hunc nodum soluere videtur † *Coras. in l. illicitas, 6. §. 8. infi. de off. praes.* qui tamen *in l. 1. in pr. n. 15. de off. rect. v. r.* praesidi ius relegandi in insulas concedit, non vero deportandi. *Aliter Buda. lib. 5. de*
69 *ass.* proconsulem † deportare potuisse concedit, non vero praesidem, eo quod maius imperium haberet ille, quam hic, *l. 7. §. fin. l. 8. de off. procons. sequitur Pancirol. in comment. ad lib. N. V. I. 100. vide plura apud Dyn. in c. cui licet de R. I. in 6. n. 4. Hotom. 3. obs. 12. Duar. 1. disp. 8. Cuiac. in parat. de off. praes. & in N. 18. Muscorn. de iurisd. num. 99. Vult. I. I. R. 12. n. 27. Broncherst. 1. assert. 7. & 12.* Quamquam tutius fortasse fuerit, dicere, non omnibus praesidibus iure magistratus id competiisse, sed quibusdam lege SCto vel constit. principum concessum fuisse, *l. 1. in pr. de off. eius cui mand.* q; deportare in insulas vel illis interdicere possent. *l. 7. §. 14. de interd. & releg.* De praefecto vr-
70 bi †, eadem occurrit dubitatio, an is quoque ius deportandi habuerit: Quod licet expresse ipsi tribuatur *in l. 2. §. 1. de poen. l. 6. §. 1. de inter d. & rel.* tamen *in l. 1. §. 3. de off. praef. vrb.* hoc ita limitatur, vt non aliter relegare vel deportare possit, quā si insulam princeps assignauerit. Quod perinde est, ac si in effectu hoc ius ipsi auferas. Itaque id ita temperandum putamus vt in praeside: si delictū pro-
71 piores † insulas requireret, quod tū P. V. sine assignatione Principis reum illuc amandare potuerit, non minus ac in metallum damnare. *l. 8. §. 5. de poen. Quidquid contra sentiant Couean. ad l. 3. de iurisd. n. 24. Paurmeist. lib. 1. de iurisd. 11. n. 20.* Habuit enim insulas Italiae intra centesimum lapidem sub sua iurisdictione. *d. l. 1. §. 4. de*
72 *off. praef. vrb. supra c. 15. n. 30.* Quas sub nomine † solitarum regionum comprehendit *Vlp. in d. l. 1. §. 13.* sicuti de suburbicariis intelligunt *Cuiac. 2. obs. 14. Phil. p. Ber. er. lib. 1. pithan. 3.* At si delictum
73 remotiores insulas postularet, non minus praefecto vrbi † quam praesidi assignatio eius Principi relinquenda fuit, *d. l. 1. §. 3. eod.* ne notionem vltra centesimum lapidem egrederetur. *d. l. 1. §. 4. eod.* Interim citius crederemus, minus huic potestatis circa deportationem

tionem competiisse in vrbe Roma & Italia præsente Principe,
quam præsidi in prouincia, ex qua Principem de assignatione in-
sulæ ex prouinciis transmarinis consulere nimis longum foret,
contra rationem l.8.§.9. de pœn. Cæterum hæc deportationis † pœ- 74
na, vno cum ipso statu Reip. Rom paulatim abolita vel interpo-
lata est. Successit à temporibus Impp. Christianorum detrusio † 75
in monasterium, qua ob delictum mulieres velatæ, viri vero de-
tonsi in certo claustro monasticam vitam agere condemnaban-
tur, bonis vel confiscatis, vel certa parte monasterio assignatis.
Tholos. lib.3. synt.32. Quæ primo in † clericos vsurpata *c. sacerdos* 76
7. dist.81 c. de lapsis, 16. q. 6. c. 4. extra de excess. prælat. c. 6. de pœn. d. 14. & i-
bi auth. si quis, C. de episc. & cler. postea etiam ad seculares transiit,
auth. sed hodie, C. ad L. Iul. de adult. Maxime apud Reges Francorum
inualuit hæc pœna in eos, qui regii sanguinis essent. Ita Chil-
dericus † 3. Rex Francorum consilio Zachariæ Papæ depositus & 77
in monasteriũ detrususest. *c. alius, 15. q. 6. Ado Vien. æt. 6. Paul. AEmilius*
li.2. Aimon. lib.4. de reb. gest. Franc. 61. Ita ex factione Ebroin Magi-
stri equitum Theodoricus minor frater Childerico Australiæ
Regi rebellis ad cænobium D. Dionysii comam ponere cogitur,
Ebroinus in Burgundiam ad Luxoniense cœnobium tondendus
ablegatur. *Paul. AEmil. li. 1.* Ita Erchingerus in monasterium de-
trusus *Goldast. tom. 1. constit. fol. 210.* Et Carolus M. Pipinum filium
naturalem propter insidias sibi structas hac pœna affecit,

—tonsoque monasteriali
Proposito purgare scelus iussit meditatum

iuxta poetam Anony. lib.3. Et sane non est hęc pœna deportationi in
insulas absimilis, quia † claustro ita includuntur, damnati, vt exi- 78
re sine licentia superioris illinc non liceat. *c. luminoso, 18. q. 2. c. 1. ex*
tra de vsur. Vndelicet † monachi non fiant, *gl. in auth. sed hodie, verb.* 79
habitu, C. ad L. Iul. de adult. tamen vna cum monachis tristes & soli-
tarii viuere coguntur. *c. placuit, 16. q. 1. c. si cupis, eod.* Capitis dimi-
nutionem † patiuntur, *per ea quæ tradunt gl. in l. si ex caussa, §. Pompo-* 80
nius, ff. de minor. Couar. in c. quia nos, extra de testib. Eberh. in top. in lo. 24.
Gail. 2. obs. 131. num. 7. & 11. Fachin. lib. 6. contr. 12. & 14. Habentur pro

81 mortuis, *d. c. placuit, 16. q. 1. l. 56 in pr. C. de episc. & cler.* ac seruis † æqui-
82 parantur *gl. in l. Pedius, ff. de arbitr. Eberh. in d. lo. 24.* Eoque Monachus quidam in Marchia amico monasticam vitam dissuasurus, eam relegationi in insulam comparat:

Non venias ad nos, quia nos tenet insula Pathmos.

83 Quod *Enzel. in chron. vet.* † *March. cap. 4.* male de ipsa regione
84 intelligit. Atque hoc maxime obtinet † in monasteriis in insulis sitis, quia duplici vinculo & legali & naturali mundo subtrahuntur. Vt merito dicat Gregorius *in c. quia autem, 20. q. 1. c. 6. extra de regular.* in insulis duram esse congregationem Monacho-
85 rum. Ob quam caussam in huiusmodi † monasteria detrusi etiam reuera in insulas deportati sunt. Ita Constantius Leonis filius Romanum vitricum cum duobus filiis tonsos in proximam insulam, vbi multitudo erat philosophantiũ monachorum misit, *Luitpr. Ticinens. lib. 3. de reb. gest. per Europ. 9. & 10.* Et Carolus M.
86 Tassilonem † Bauariæ Ducem propter rebellionem hac pœna affecit. *De quo Goldast. tom. 1. constit fol. 18.* ille se in contuberniomonachorum omnem ætatem acturum, scelera sua deprecaturum, si vita donetur, respondet. Carolus igitur ipsum tonderi more religiosorum iubet, in monasterium D. Nazarij in Bergostrassa,
87 Wormatiensium agro situm, † Laureacum vocant, relegat &c. *Otto Frising. lib. 5. Chron. 25.* Id autem situm est, in insula Aldemunster. super fl. Wisgoz, hodie Lorsch. *vide chron. Laurish. Freher. lib. 1. de orig. Palat. 6. & ibi in append. Huberti Thomæ Leod. fol. 8. Munster. lib. 3. Cosmogr.* Sed hęc quoque pœna hodie minus frequenta-
88 tur, † inualuitque iterum proscriptio, quam bannum vulgo dicimus, *de quo Gail. lib. 2. de pac. publ. 1.* Hæc de ingrata deportationis pœna ad cognitionem iuris ciuilis latius deducere visum fuit.

CAP.

CAPVT XVII.

De diuisione Insulæ.

SVMMARIA.

1 De diuisione insularum lites frequentes.
2 Litis etymologia.
3 Iurgium vicinorum proprium.
4 Propter terminos duo fratres terra obruti.
5 Insulæ ad regalia pertinentes non omnino tollunt lites.
6 Principum controuersiæ de finibus grauiores.
7 Regalibus tam dominium quam iurisdictio inest.
8 Communio rerum iure naturali primæuo obtinuit.
9 Distinctio dominiorum à iure Gent. introducta.
10 Communio Platonica improbatur.
11 Publicum iuris Gentium & ciuilis.
12 Germania in pagos distincta.
13 Germanorum veterum indistincta possessio.
14 Incrementa vniuersitati agrorum accedentia.
15 Latitudo agrorum facilitatem partiendi præbet.
16 Ius Saxonicum cum iure ciuili concordat.
17 Iuri Saxonico multa ex iure ciuili addita.
18 Reliquiæ veteris Germanorum moris.
19 Frisiorum veterum consuetudo.
20 Lites vniuersitatum de finibus insularum.
21 Historia de controuersia insulæ.
22 Ernerenses sententiam Frisiorum iniquitatis arguunt.
23 Communio parit discordiam.
24 Commune à singulis negligitur.
25 Proportio Geometrica obseruanda.
26 Harmonica proportio iniquitati occurrit.
27 Res communis pro diuiso quanam?

28 *Res communis est res mea.*
29 *Res communis pro diuiso quaenam?*
30 *Res incorporales indiuidua.*
31 *Materia diuidu: ardua.*
32 *Res indiuisa quomodo pro diuiso communis sit?*
33 *Pars pro diuiso, quaenam.*
34 *Pars diuisa totius instar est.*
35 *Locus Ciceronis & Martialis.*
36 *Partes rei pro indiuiso incerta.*
37 *Nemo inuitus in communione retinetur.*
38 *Propter lites ad diuisionem peruenitur.*
39 *Limites agrorum lites dirimunt.*
40 *Fines adhibitis Geometriæ peritis distinguendi.*
41 *Tres agrimensores iurati adhibendi.*
42 *Diuisio fit quandoque per rusticos.*
43 *Rusticorum auctoritas.*
44 *Rustici apices iuris non attendunt.*
45 *In rebus grauioribus artifices adhibendi.*
46 *Artifici in sua arte creditur.*
47 *In casibus medicorum statur eorum testimonio.*
48 *Ignobiles mechanici à testimonio repelluntur.*
49 *Geometræ honorabiles.*
50 *Geometria & Geodæsia diuersitas.*
51 *Geodæsia mensuram agrorum inquirit.*
52 *Instrumentorum diuersitas.*
53 *Linea diuisoria.*
54 *Pertica, decempeda.*
55 *Geometræ primario diuidendis insulis adhibendi.*
56 *Secundario etiam mensores.*
57 *Diuisoris partes potiores quam mensoris.*
58 *Agrimensorum auctoritas.*
59 *Facti quaestio ad ICtos non pertinet.*
60 *ICti quandoque Geometræ.*
61 *Bart*

63 *Mathe-*

62 *Geometricorum praeceptorum diuersitas.*
63 *Mathematicorum dissensus.*
64 *Baldus quandoque in aere volauit.*
65 *Auctores qui de diuidendis insulis scripserunt.*
66 *Agrimensor iuxta formam artis procedens innoxius est.*
67 *Iudex secundum communem iudicans litem suam non facit.*
68 *Falsa mensura non nocet.*
69 *Contra negantem principia disputandum non est.*
70 *Adiudicatio quoque in diuisione insulae obtinet.*
71 *Maior pars trahit ad se minorem.*
72 *Quando res sorti committatur?*
73 *Diuisio inutilis instituenda non est.*
74 *Casus pro amico.*
75 *Gratificationi quando locus?*
76 *Gratia inter sordes reputatur.*
77 *Ocularis inspectio necessaria.*
78 *Item delineatio insulae.*
79 *Variae insularum figurae.*
80 *Insulae à figura dictae.*
81 *Insulae triangulares.*
82 *Insulae angulosae.*
83 *Insulae oblongae.*
84 *Insulae rotundae.*
85 *Insularum figurae quando spectentur?*
86 *De diuisione insulae dupliciter agitur.*
87 *Confines quinam?*
88 *Vicini quinam?*
89 *Vicinitas quomodo aestimanda?*
90 *Maiores fluuii ripas longius disiungunt.*
91 *Vicini respectiue dicuntur.*
92 *Prouinciae vt plurimum fluminibus disiunguntur.*
93 *Totius fluminis dominus, est etiam insularum dominus.*
94. *Rhodanus Regis Galliae proprius.*
95 *Per extrema probatur medium.*

96 *Dominus habet fundatam intentionem de intermediis.*
97 *Flumen duo territoria interfluens est vtriusque.*
98 *Dictio vsque ambigua modo includit modo excludit.*
99 *Termini quando limitato cedant.*
100 *In dubio media sententia eligenda.*
101 *In omni diuisione æqualitas seruanda.*
102 *Æqualitas est mater amicitiæ.*
103 *Flumen omne præsumitur esse commune, nisi aliud constet.*
104 *Mutatio postea contingens non curatur.*
105 *Insulæ Albis quare ad Duces Lunenburg. pertineant?*
106 *Ius agendi in Rheno vsque ad medietatem competit.*
107 *Insulæ sunt domini fluminis vsque ad medietatem.*
108 *Pacta Regis Poloniæ & Ducis Curlandiæ.*
109 *Visurgis ab vtraque ripa diuersos dominos recipit.*
110 *Visurgis ab vno latere Comitum Oldenburg. proprius.*
111 *Hamelvvardensium insula.*
112 *Pacta comitum Oldenburg. & ciuium Bremensium.*
113 *Medium Geometricum quid?*
114 *Medium quo modo inuestigandum?*
115 *Mensuratio per lineam rectam.*
116 *Accursius à Parmensi reprehensus.*
117 *Ripæ plerumque agris annumerantur.*
118 *Ripa est vel prærupta vel decliuis.*
119 *Quæstio quousque ripa extendatur, primum expedienda.*
120 *Ab extremitate ripæ mensura ducenda.*
121 *Inter vicinos propinquitas ripæ spectatur.*
122 *Quantum insula est intra centrum medietatis, tantum ad citeriorem ripam pertinet.*
123 *Quo angustior alueus, eo amplius insula acquiritur.*
124 *Insulæ Visurgis maximam partem ad Comitatum Oldenburgicum pertinent.*
125 *Inter confines quomodo mensura instituenda?*
126 *ICti longitudine & latitudine in hac materia indifferenter vtuntur.*
127 *Regio siue frons quid sit?*

128 *La eraquot modis dicantur.*
129 *Recta frons agri quaenam?*
130 *Obliqua frons quaenam?*
131 *Problemata geometrica.*
132 *Confines etiam de maritimis insulis propioribus contendunt.*
133 *Incrementum insulae postea accedens quomodo diuidenda?*
134 *Lex 56. de A.R.D. explicata.*
135 *Initium cuiusque rei spectandum.*
136 *Ius alluuionis in infinitum competit.*
137 *Aliud exemplum.*
138 *Res semel mea facta non desinit esse mea.*
139 *Explicatur l.65.§.3. de A.R.D.*
140 *Disposita de agris priuatorum valent etiam in prouinciis.*

V M insulae non fluuiales tantum, sed etiam maritimae propiores inter confines fundos, districtus & territoria plerumque extendantur: ideo inter eorũ dominos† de diuisione insularum, siue de finibus earundem saepenumero multae & inextricabiles contentiones nascuntur *Bapt. Parmens. lib. 2. de allun 6. in pr.* vsque adeo vt hinc litis † nomen, à contentione limitis sit natũ, *si credimus Isid. in c. forus, 10. extra de V.S.* Quamquam Nonius Marcell. inter vicinos proprie non litem sed † iurgium dici voluit. Iurgare inter se vicinos lex putat, non iurgare. Beneuolorũ concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur. Atq; hoc inepte iuris garrium vertit *Isid. in c. forus, de V.S.* Ita enim cõparatum est inter homines, rusticos praesertim, vt quae sua putant, à nullo occupari patiantur, & si exigua est contentio de modo finium, ad lapides ad arma discurrãt, *ait Seneca de breuit. vitae cap. 3. l. 13 §. aquiss. ff. de vsufr. Exempla ex Diodor. lib 11. recitat Tholos. in praelud. opti. Iurisconsulti lib. 3. cap. 4.* Cui controuersiae tantum detulerunt duo Phileni † fratres, vt ad ampliandos fines Carthaginensium terra se viuos obrui passi sint, *Pomp. Mela lib. 1. in Afric. min. Parmens. d. lo.* Quorum tamen vanitatem ridet *Senec. in princ. Nat. quaest.* qui de tota

1
2
3
4

tota terra ita ait: hoc est punctum, quod inter tot gentes ferro & igni diuiditur. *Quam phrasin ex Lucan. explicat Turneb. lib 27. aduers.* 23 Licet vero Freher. *in not. ad Constit. Adolphi Imp. in verb. ad ripam flum.* innuere videatur, quasi per consuetudinem Germanorum,
5 qua insulæ † regalibus annumerantur, sublata sit distinctio & diuisio Iustin *in §. insula, Inst. de R. D.* tam operose Bartolo explicata in tract. Tiberiadis, & qui illum ex professo refellit, Iohanni Buteoni Delphinati in libro de insulis fluuialibus: tamen per eam contentiones de diuidendis insulis non prorsus sublatæ, sed saltem à priuatis ad principes & superiores dominos transmissæ
6 sunt, vt ipsi eo † maiore Zelo inter se de finibus disputent; quo maiore sunt potestate præditi. Interim hoc boni inde ortum, vt vno finium regund. iudicio tam dominij, quam iurisdictionis
7 quæstio (vtraque enim regalibus † inest) absolui possit, quæ iuri ciuili inter priuatos & magistratus duplex iudicium requirebat.
8 Ex quo autem à communione † illa quę iure primæuo naturali inter homines fuit, *c. ius naturale, 7. dist. 1.* peccatis hominum exigen-
9 tibus iure † Gentium recedendum fuit *l. 5. ff. de iust. & iur. Gen. 10.* vt ita, dū alius hoc suum diceret, alius illud, fieret diuisio, *c. 12 12. q. 1.* ac duo illa odiosa pronomina meum & tuum mundum subintrarent, *dist. 8. in pr. Vasq. 1. illust. contr. 4. n. 3.* cum antea nullum esset dominium, nihil priuatum, omnia publica, *Cic. 1. offic.* eo sensu, quo *Senec. epist. 88.* publicum est hoc, quod tenes, & quidem generis humani, *late Hugo Grotius in mari libero c. 5.* Ad quam primæuam
10 communionem rerum frustra aspirare voluit † Plato *lib. 5. de Rep.* quem merito refutant *Lactant. lib. 3. c. 21. Arist. 2. polit. 1. Arnisæ. 1. pol. 2. Tholos. in prælud. opt. ICti. lib. 3. c. 4. & seq. Harprecht ad tit. Inst. de R. D.* nihilominus multa communia mãsisse & indiuisa relicta esse certum est, quæ vel à toto populo, vel ab vniuersitate aliqua in commune culta fuerunt, *arg. l. 2. l. 6. §. 1. de R. D. pr. Inst. eod.* Vt ita licet singulorum fines nulli fuerint, fuerint tamen vniuersorum. Quæ & ipsa quoque publica dicuntur, *l. 4. in fi. de R. D. l. 5. & seq. de V. S.*
11 iuris Gentium † quo ad vsum, *§. 5. Inst. de R. D. l. 14. de A. R. D.* iuris ciuilis vero quoad proprietatem, *l. 3. ne quid in lo. publ. Donell. 4. com-*

ment.

ment.1.& 3. Atque hoc modo insula iuris publici, *in l.penult. § ult. de A.R.D.* quæ regalibus addicta à populo ad principem transit. Ita de Scythis *Iustin.lib.2.* hominibus inter se nulli fines: cum tamē ipsi suos habuerint agros. *v. Goth. ad rubr. de term. mot.* Quod clarius exprimit *Horat. lib.3. carm.24.*

Immetata quibus iugera liberas
Fruges & Cererem ferunt.

Idque Germani † ex Scythis progressi imitati videntur, totam 12
Germaniam in pagos distinctam habentes, *de quibus Freher. lib.1. orig.Palat. 5* Illi enim; *teste Iulio Cæsare lib.6. de bell. Gall.* certum agri
modum aut fines proprios † non possederunt, sed eos in commu- 13
ne coluerunt. *Consentit Tacit. de morib. Germ.* Agri, inquit, pro numero cultorum, ab vniuersis per vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur. Facilitatem partiendi camporum spacia præstant &c. Habuerunt ergo pagi, siue ciuitates, vt Cæsar vocat, certos agrorum terminos, jhre Feldmarck
(supra c.12. num.14.) intra † quos insulæ ipsis accreuerunt, ita vt in 14
commune eos coluerint, proportione quadam geometrica. Sic
enim latitudo † finium facilitatem partiendi præbuit, quæ in mi- 15
nutissimas partes, secundum principia Geometrica diuidenda, apud litterarum secreta ignorantes Germanos, *vt Tacitus ait,* inextricabiles lites generatura fuerat. Quamuis igitur circa di-
uisionem insularum ius † Saxonicum cum iure ciuili conspirare 16
videatur, *in art.56. li.2. Landtr.* iuxta quem satis generaliter respōdit *Franc. Pfeil. in cons.199.* tamen illius text. dispositio, ambigua est vt non tantum de priuatis sed etiam de publicis agris accipi possit. Vel si id recipere nolis, dicimus articuli huius partem de insu-
lis, non ex antiqua † Saxonum consuetudine, sed ex iure ciuili 17
desumtam esse. Quod multis aliis in locis Compilatorem fecisse exemplis euinci potest. Vnde factum, vt Speculi Saxon. fidem in dubium vocarit *Albert. Cranz. lib.2. Saxon. 21. astipulante Georg. Fabricio lib.1. Orig. Saxon. fol.61.* Nam alioqui veteres Germanos insulas in commune coluisse verisimile est, cum ipsos quo-
que continentis agros ita coluerint. Quod ex reliquiis † consue- 18

participandos vicini vtuntur, insula, litigiis caret, diuitibus proportionem Geometricam, pauperibus vero arithmeticam affectantibus, *vt in simili docet Arist. 5. pol. & Plutar. in Solo.* Vnde vulgo dicitur omnem communionem parere discordiam *Gen. 13. v. 7. leg. cum pater, 77. §. 2. de leg. 2. l. in re communi, 26. de seru. vrb. Hieron. de Monte de fin. reg. c. 2. num. 6.* Vt taceatur naturale vitium, negligi † quod communiter possidetur. *l. 2. C. quan. & à quibus Arist. 2. polit. 3. Tholos. in prælud. opt. Iurisconsulti d. lib. 3. c. 6.* Interim 24
durante communione proportio † Geometrica seruari debet, 25
arg. l. 4. §. 5. fin. reg. l. 8. de pact. l. 16. de reb. auctor. siue proportio prædialis, *vt vocat Hieron. de Monte cap. 101. num. vlt.* ita vt qui maiores habet possessiones, magis vtatur pascuis, qui minores, minus, *Bertrand. in cons. 37. num. 15. Hieron. de Monte cap. 72. num. 21.* licet in alio casu arithmetica approbetur à Leone *in N. 103. vt & in l. 5. §. 5. de dam. inf. &c.* Quod ipsos Germanos, quamuis rudes obseruasse innuit Tacitus, dum dicit, eos campos secundum dignationem partitos. Semper tamen vsus in communi † ita 26
contemperandus est, ne qua iniquitas inde resultet, *de qua Bodin. lib. vlt. de Rep. c. vlt.* Atque hoc modo insula communis est pro † 27
indiuiso, *l. 29. de A. R. D.* ita vt singulorum partes sint per totū fundum diffusæ, *l. 1. l. 64. de euict.* dominiumque omnium confusum, *l. 19 com. diuid.* Neque enim partes corpore, sed intellectu tantum percipiuntur, *l. 66. §. 3. de leg. 2. l. 5. de stipul. seru.* De qua dici potest: res communis est etiam† res mea. *l. 6. §. 4. de neg. gest. l. serui* 28
elect. 5. §. 1. de le. 1. l. in re, 26. de seru. vrb. l. 38. §. 2. ad L. Falcid. Quomodo arbor in confinio nata communis est vtriusque partis confinantis, *d. l. arbor, 19 in pr. com. diui. l. adeo, 7. §. fin. l. 8. de A. R. D. l. 83. pro socio. leg. 5. in pr. de R. V. Hieron. de Mont. cap. 23. num. vlt.* Alio modo insula est communis † pro diuiso, & diuisis regionibus, *iuxta l.* 29
7. §. 3. l. 8. de A. R. D. Quod eleganter declarat *Paulus in d. leg. 29. de A. R. D. Exempla sunt in leg. 6. quem. seru. l. vlt pro socio. leg. 7. in pr. com. diuid. leg. 31. de vsufruct. leg. l. 8 de R. V. leg. 13. § idem Celsus, de act. emt. l. 64. de euict.* Qui modus neque in rebus incorporalibus,

 †neque

28 *Res communis est res mea.*
29 *Res communis pro diuiso quanam?*
30 *Res incorporales indiuidua.*
31 *Materia diuidu ardua.*
32 *Res indiuisa quomodo pro diuiso communis sit?*
33 *Pars pro diuiso, quanam.*
34 *Pars diuisa totius instar est.*
35 *Locus Ciceronis & Martialis.*
36 *Partes rei pro indiuiso incerta.*
37 *Nemo inuitus in communione retinetur.*
38 *Propter lites ad diuisionem peruenitur.*
39 *Limites agrorum lites dirimunt.*
40 *Fines adhibitis Geometris peritis distinguendi.*
41 *Tres agrimensores iurati adhibendi.*
42 *Diuisio fit quandoque per rusticos.*
43 *Rusticorum auctoritas.*
44 *Rustici apices iuris non attendunt.*
45 *In rebus grauioribus artifices adhibendi.*
46 *Artifici in sua arte creditur.*
47 *In casibus medicorum statur eorum testimonio.*
48 *Ignobiles mechanici à testimonio repelluntur.*
49 *Geometra honorabiles.*
50 *Geometria & Geodæsia diuersitas.*
51 *Geodæsia mensuram agrorum inquirit.*
52 *Instrumentorum diuersitas.*
53 *Linea diuisoria.*
54 *Pertica, decempeda.*
55 *Geometra primario diuidendis insulis adhibendi.*
56 *Secundario etiam mensores.*
57 *Diuisoris partes leuiores quam mensoris.*
58 *Agrimensorum auctoritas.*
59 *Facti quæstio ad ICtos non pertinet.*
60 *ICti quandoque Geometræ.*
61 *Bartolus Geometriæ studiosus.*

63 *Mathe-*

62 Geometricorum praeceptorum diuersitas.
63 Mathematicorum dissensus.
64 Baldus quandoque in aere volauit.
65 Auctores qui de diuidendis insulis scripserunt.
66 Agrimensor iuxta formam artis procedens innoxius est.
67 Iudex secundum communem iudicans litem suam non facit.
68 Falsa mensura non nocet.
69 Contra negantem principia disputandum non est.
70 Adiudicatio quoque in diuisione insulae obtinet.
71 Maior pars trahit ad se minorem.
72 Quando res sorti committatur?
73 Diuisio inutilis instituenda non est.
74 Casus pro amico.
75 Gratificationi quando locus?
76 Gratia inter sordes reputatur.
77 Ocularis inspectio necessaria.
78 Item delineatio insulae.
79 Variae insularum figurae.
80 Insulae à figura dictae.
81 Insulae triangulares.
82 Insulae angulosae.
83 Insulae oblongae.
84 Insulae rotundae.
85 Insularum figurae quando spectentur?
86 De diuisione insulae dupliciter agitur.
87 Confines quinam?
88 Vicini quinam?
89 Vicinitas quomodo aestimanda?
90 Maiores fluuii ripas longius disiungunt.
91 Vicini respectiue dicuntur.
92 Prouinciae vt plurimum fluminibus disiunguntur.
93 Totius fluminis dominus, est etiam insularum dominus.
94 Rhodanus Regis Galliae proprius.
95 Per extrema probatur medium.

96 *Dominus habet fundatam intentionem de intermediis.*
97 *Flumen duo territoria interfluens est vtriusque.*
98 *Dictio vsque ambigua modo includit modo excludit.*
99 *Termini quando limitato cedant.*
100 *In dubio media sententia eligenda.*
101 *In omni diuisione æqualitas seruanda.*
102 *Æqualitas est mater amicitiæ.*
103 *Flumen omne præsumitur esse commune, nisi aliud constet.*
104 *Mutatio postea contingens non curatur.*
105 *Insula Albis quare ad Duces Lunenburg. pertineant?*
106 *Ius agendi in Rheno vsque ad medietatem competit.*
107 *Insulæ sunt domini fluminis vsque ad medietatem.*
108 *Pacta Regis Poloniæ & Ducis Curlandiæ.*
109 *Visurgis ab vtraque ripa diuersos dominos recipit.*
110 *Visurgis ab vno latere Comitum Oldenburg. proprius.*
111 *Hamelvvardensium insula.*
112 *Pacta comitum Oldenburg. & ciuium Bremensium.*
113 *Medium Geometricum quid?*
114 *Medium quomodo inuestigandum?*
115 *Mensuratio per lineam rectam.*
116 *Accursius à Parmensi reprehensus.*
117 *Ripæ plerumque agris annumerantur.*
118 *Ripa est vel prærupta vel decliuis.*
119 *Quæstio quousque ripa extendatur, primum expedienda.*
120 *Ab extremitate ripæ mensura ducenda.*
121 *Inter vicinos propinquitas ripæ spectatur.*
122 *Quantum insula est intra centrum medietatis, tantum ad citeriorem ripam pertinet.*
123 *Quo angustior alueus, eo amplius insula acquiritur.*
124 *Insulæ Visurgis maximam partem ad Comitatum Oldenburgicum pertinent.*
125 *Inter confines quomodo mensura instituenda?*
126 *ICti longitudine & latitudine in hac materia indifferenter vtuntur.*
127 *Regio siue frons quid sit?*

128 Latera

128 *Ea tra quot modis dicantur.*
129 *Recta frons agri quaenam?*
130 *Obliqua frons quaenam?*
131 *Problemata geometrica.*
132 *Confines etiam de maritimis insulis propioribus contendunt.*
133 *Incrementum insulae postea accidens quomodo diuidendum?*
134 *Lex 56. de A.R.D. explicata.*
135 *Initium cuiusque rei spectandum.*
136 *Ius alluuionis in infinitum competit.*
137 *Aliud exemplum.*
138 *Res semel mea facta non desinit esse mea.*
139 *Explicatur l. 65. §. 3. de A.R.D.*
140 *Disposita de agris priuatorum valent etiam in prouinciis.*

V M insulæ non fluuiales tantum, sed etiam mariti-
mæ propiores inter confines fundos, districtus & ter-
ritoria plerumque extendantur: ideo inter eorũ do-
minos† de diuisione insularum, siue de finibus earun- 1
dem sæpenumero multæ & inextricabiles conten-
tiones nascuntur *Bipt. Parmens. lib. 2. de alluu. 6. in pr.* vsque adeo vt
hinc litis † nomen, à contentione limitis sit natũ, *si credimus Isid. in* 2
c. forus, 10. extra de V.S. Quamquam Nonius Marcell. inter vicinos
proprie non litem sed † iurgium dici voluit. Iurgare inter se vici- 3
nos lex putat, non iurgare. Beneuolorũ concertatio, non lis ini-
micorum iurgium dicitur. Atq; hoc inepte iuris garrium vertit *I-*
sid. in c. forus, de V.S. Ita enim cõparatum est inter homines, rusticos
præsertim, vt quæ sua putant, à nullo occupari patiantur, & si exi-
gua est contentio de modo finium, ad lapides ad arma discurrãt,
ait Seneca de breuit. vitae cap. 3. l. 13 §. aquiss. ff. de vsufr. Exempla ex Diodor.
lib. 11. recitat Tholos. in praelud. opti. Iurisconsulti lib. 3. cap. 4. Cui con-
trouersiæ tantum detulerunt duo Phileni † fratres, vt ad ampli- 4
andos fines Carthaginensium terra se viuos obrui passi sint,
Pomp. Mela lib. 1. in Afric. min. Parmens. d. lo. Quorum
tamen vanitatem ridet *Senec. in princ. Nat. quaest.* qui de
tota

tota terra ita ait: hoc est punctum, quod inter tot gentes ferro & igni diuiditur. *Quam phrasin ex Lucan. explicat Turneb. lib 27. aduers. 23* Licet vero Freher *in not. ad Constit. Adolphi Imp. in verb. ad ripam flum.* innuere videatur, quasi per consuetudinem Germanorum,
5 qua insulæ † regalibus annumerantur, sublata sit distinctio & diuisio Iustin *in §. insula, Inst. de R.D.* tam operose Bartolo explicata in tract. Tiberiadis, & qui illum ex professo refellit, Iohanni Buteoni Delphinati in libro de insulis fluuialibus: tamen per eam contentiones de diuidendis insulis non prorsus sublatæ, sed saltem à priuatis ad principes & superiores dominos transmissæ
6 sunt, vt ipsi eo † maiore Zelo inter se de finibus disputent; quo maiore sunt potestate præditi. Interim hoc boni inde ortum, vt vno finium regund. iudicio tam dominij, quam iurisdictionis
7 quæstio (vtraque enim regalibus † inest) absolui possit, quæ iuri ciuili inter priuatos & magistratus duplex iudicium requirebat.
8 Ex quo autem à communione † illa quę iure primæuo naturali inter homines fuit, *c. ius naturale, 7. dist.* 1. peccatis hominum exigen-
9 tibus iure † Gentium recedendum fuit *l. 5. ff. de iust. & iur. Gen. 10.* vt ita, dū alius hoc suum diceret, alius illud, fieret diuisio, *c. 12 12. q. 1.* ac duo illa odiosa pronomina meum & tuum mundum subintrarent, *dist. 8. in pr. Vasq. 1. illust. contr. 4. n.* 3. cum antea nullum esset dominium, nihil priuatum, omnia publica, *Cic. 1. offic.* eo sensu, quo *Senec. epist. 88.* publicum est hoc, quod tenes, & quidem generis humani, *late Hugo Grotius in mari libero c. 5.* Ad quam primæuam
10 communionem rerum frustra aspirare voluit † Plato *lib. 5. de Rep.* quem merito refutant *Lactant. lib. 3. c. 21. Arist. 2. polit. Arnisa. 1. pol. 2. Tholos. in prælud. opt. ICti. lib. 3. c. 4. & seq. Harprecht ad tit. Inst. de R.D.* nihilominus multa communia mansisse & indiuisa relicta esse certum est, quæ vel à toto populo, vel ab vniuersitate aliqua in commune culta fuerunt, *arg. l. 2. l. 6. §. 1. de R.D. pr. Inst. eod.* Vt ita licet singulorum fines nulli fuerint, fuerint tamen vniuersorum. Quæ & ipsa quoque publica dicuntur, *l. 4. in fi. de R.D. l. 5. & seq. de V.S.*
11 iuris Gentium † quo ad vsum, *§. 5. Inst. de R.D. l. 14. de A.R.D.* iuris ciuilis vero quoad proprietatem, *l. 3. ne quid in lo. publ. Donell. 4. comment.*

ment.1.& 3. Atque hoc modo insula iuris publici, *in l.pen ult. § ult. de A.R.D.* quæ regalibus addicta à populo ad principem transit. Ita de Scythis *Iustin.lib.2.* hominibus inter se nulli fines: cum tamē ipsi suos habuerint agros. *v. Goth. ad rubr. de term. mot.* Quod clarius exprimit *Horat. lib.3. carm.24.*

Immetata quibus iugera liberas
Fruges & Cererem ferunt.

Idque Germani † ex Scythis progressi imitati videntur, totam 12
Germaniam in pagos distinctam habentes, *de quibus Freher. lib.1. orig. Palat. 5* Illi enim, *teste Iulio Cæsare lib.6. de bell. Gall.* certum agri modum aut fines proprios † non possederunt, sed eos in commune coluerunt. 13
Consentit Tacit. de morib. Germ. Agri, inquit, pro numero cultorum, ab vniuersis per vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur. Facilitatem partiendi camporum spacia præstant. &c. Habuerunt ergo pagi, siue ciuitates, vt Cæsar vocat, certos agrorum terminos, jhre Feldmarck (*supra c 12. num.14.*) intra † quos insulæ ipsis accreuerunt, ita vt in 14
commune eos coluerint, proportione quadam geometrica. Sic enim latitudo † finium facilitatem partiendi præbuit, quæ in minutissimas partes, secundum principia Geometrica diuidenda, 15
apud litterarum secreta ignorantes Germanos, *vt Tacitus ait*, inextricabiles lites generatura fuerat. Quamuis igitur circa diuisionem insularum ius † Saxonicum cum iure ciuili conspirare 16
videatur, *in art.56. li.2.* Landtr. iuxta quem satis generaliter respōdit *Franc. Pfeil. in cons.199.* tamen illius text. dispositio, ambigua est vt non tantum de priuatis sed etiam de publicis agris accipi possit. Vel si id recipere nolis, dicimus articuli huius partem de insulis, non ex antiqua † Saxonum consuetudine, sed ex iure ciuili 17
desumtam esse. Quod multis aliis in locis Compilatorem fecisse exemplis euinci potest. Vnde factum, vt Speculi Saxon. fidem in dubium vocarit *Albert. Cranz. lib.2. Saxon.21. astipulante Georg. Fabricio lib.1. Orig. Saxon. fol.61.* Nam alioqui veteres Germanos insulas in commune coluisse verisimile est, cum ipsos quoque continentis agros ita coluerint. Quod ex reliquiis † consue- 18

participandos vicini vtuntur, insula, litigiis caret, diuitibus proportionem Geometricam, pauperibus vero arithmeticam affectantibus, *vt in simili docet Arist. 5. pol. & Plutar. in Solo.* Vnde vulgo dicitur omnem communionem parere discordiam *Gen. 13. v. 7. leg. cum pater, 77 §. 2. de leg. 2. l. in re communi, 26. de seru. vrb. Hieron. de Monte de fin. reg. c. 2. num. 6.* Vt taceatur naturale vitium, negligi † quod communiter possidetur. *l. 2. C. quan. & à quibus Arist. 2. polit. 3. Thotos. in prælud. opt. Iurisconsulti d. lib. 3. c. 6.* Interim durante communione proportio † Geometrica seruari debet, *arg. l. 4. §. 5. fin. reg. l. 8. de pact. l. 16. de reb. auctor.* siue proportio prædialis, *vt vocat Hieron. de Monte cap. 101. num. vlt.* ita vt qui maiores habet possessiones, magis vtatur pascuis, qui minores, minus, *Bertrand. in cons. 37. num. 15. Hieron. de Monte cap. 72. num. 21.* licet in alio casu arithmetica approbetur à Leone *in N. 103. vt & in L. 5. §. 5. de dam. inf. &c.* Quod ipsos Germanos, quamuis rudes obseruasse innuit Tacitus, dum dicit, eos campos secundum dignationem partitos. Semper tamen vsus in communi † ita contemperandus est, ne qua iniquitas inde resultet, *de qua Bodin. lib. vlt. de Rep. c. vlt.* Atque hoc modo insula communis est pro † indiuiso, *l. 29. de A. R. D.* ita vt singulorum partes sint per totū fundum diffusæ, *l. 1. l. 64 de euict.* dominiumque omnium confusum, *l. 19 com. diuid.* Neque enim partes corpore, sed intellectu tantum percipiuntur, *l. 66. §. 3. de leg. 2 l. 5. de stipul. seru.* De qua dici potest: res communis est etiam † res mea. *l. 6. §. 4. de neg. gest. l. serui elect. 5. §. 1. de le. 1. l. in re, 26. de seru. vrb. l. 38. §. 2. ad L. Falcid.* Quomodo arbor in confinio nata communis est vtriusque partis confinantis, *d. l. arbor, 19 in pr. com. diui. l. adeo, 7. §. fin. l. 8. de A. R. D. l. 83. pro socio. leg. 5. in pr. de R. V. Hieron. de Mont. cap. 23. num. vlt.* Alio modo insula est communis † pro diuiso, & diuisis regionibus, *iuxta l. 7. §. 3. l. 8. de A. R. D.* Quod eleganter declarat *Paulus in d. leg. 29. de A. R. D. Exempla sunt in leg. 6. quem. seru. l. vlt. pro socio. leg. 7. in pr. com. diuid. leg. 31. de vsufruct. leg. l. 8 de R. V. leg. 13. § idem Celsus, de act. emt. l. 64. de euict.* Qui modus neque in rebus incorporalibus,

24
25
26
27
28
29

Ee 2 †neque

30 neque mobilibus obtinet, qui. † nunquam pro diuiso possideri possunt *d. l. 8. de R. V. l. 1. si pars hered.* cum sint natura indiuiduæ. *Gædd. de contra. stipul. cap. 6. conclus. 22.* Atque ita recte docet *Bart. in tract. de usu. verb. communis*: quod insula sit communis non pro indiuiso, sed pro diuiso. Quamdiu tamen diuisio fiat, vsus est communis. Quid ergo, inquis, si diuisio insulæ communis nondum facta est, quomodo insula communis pro diuiso dici potest? Quo-
31 modo hęc doctrina non contradictionem implicat? Nimirum,
32 hæc illa est materia † diuidui & indiuidui ardua & profundum pelagus, *vt vocat Gomez. lib. 2. var resol. 10. in pr.* Quæ dupondiis iuuenibus non conuenit, *de quibus est in constit. omnem, §. 2. Cuiac. 22.*
33 *obs. vlt.* Breuiter sic habe Pro diuiso † dicitur communis res, quæ potentia ac lege diuisa est, *Gædd. d. concl. 22. n. 299.* licet actu nondum diuisa sit *l. Mæuius, 66. §. sed si pars, 3. de leg. 2. vbi Hotom. illust. quæst. 18. eamque legendum censet, l. 8. §. 1. fin. reg.* Itaque hæc pars est certa ob diuisas per legem regiones, vt sensu percipi possit. *d. l. 8. l. 29. de A. R. D.* Quod si corporalis siue actualis diuisio accesserit,
34 pars † illa non amplius partis, sed totius rationem obtinet. *l. 6. §. si quis partem, & ibi Goth. com prad. l. 2. §. 1. de V. S. l. 1. de euict. Hotom. d. quæst. 18.* Ita enim fundo in duas vel plures partes, etiam minutissimas diuiso, plures fundi fiunt, *l. 60. de V. S.* quia fundus non natura, sed hominum arbitrio definitur & constituitur, *l. quod in rerum, 24. § 3. de leg. 1. d. l. 25. §. 1. de V. S. l. 86. in fi. de leg. 2.* Quo per-
35 tinet iocus † M. Tullij in Varronem & ICtos:

Fundum Varro vocat, quem possim mittere funda,
Ni tamen exciderit, qua caua funda patet &c.

Et Martial. in Lupum lib. 11. epig. 19.

Donasti Lupe rus sub vrbe nobis
Sed ius est mihi maius in fenestra &c.

Vbi tandem concludit, pro tali prædio malle sibi prandium à Lupo dari. *Senec. in pr. natur. hist. contemtius*: Etiam formicæ vnam aream in multas prouincias diuident. Alia ratio est rei communis pro indiuiso, quia illa neque lege neque natura diuisa est. *d. l. 66.*
36 *§. 3. de leg. 3.* Itaque † partes eius naturaliter indiuisæ, *l. 26 in fi. de leg. 1.*

de leg. 1. incertę & cōfusæ sunt, vt non sensu corporeo, sed intellectu tantum percipiantur. *l. si quis, 6. §. si quis partem, & ibi Goth. ff. com. vel d. d. l. 25 §. 1. de V. S. Hotom. d. q. 18.* Quod si ergo vsus communis insularum † tamquam inter socios, non amplius placet, ad a- 37
ctualem diuisionem procedendum est, ad quam tandem propter naturales contentiones deuenitur, *l. 2. fin. reg. d. leg. 26. de seru. urb.*
Eique fini salubriter constitutum est, ne quisquam † inuitus in 38
communione retineri, *l. vlt. C. com. diuid. l. 26. §. 4. de cond. in deb.* sed ad diuisorium iudicium prouocare possit. §. 20. *Inst. de act.* In quo iudici omnino incumbit lites diminuere, *d. l. 13 §. æquissimum de vsufr. l. 21. de reb. cred.* constitutis certis limitibus, † qui regiones 39
cuiusque etiam actu distinguant. *l. 8 fin. reg. iuxta illud Virgil. 12. AEneid. quod refertur in c. forus, extra de V S.*

Saxum antiquum, ingens, campo quod forte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret agris.

Atque hæc diuisio, quæ facti est, per agrimensores ac † Geome- 40
triæ peritos expeditur. *l. 8. § 1 fin reg c. 9. extra de præscript.* quod fieri in omnibus finalibus quæstionibus solet. *Cobr. ad c. qui iudicantis extra de præscript. Hieron. Treut. lib. 1. select. disp. 29 th. 5.* Et quidem per numero tres † si res sit maioris momēti, quia tot arbitri olim dati. 41
Cicer. lib. 1 de leg. Cuiac. 5. obs. 21. modo tot haberi possint. *Hotom. cons. 96. n 16.* Quamuis vero talis diuisio insulæ etiam per † rusticos fi- 42
eri possit, *per ea quæ hab. t Capoll. lib 2. de ceru. t. 33. n. 13.* quorum † au- 43
ctoritatem etiam Proculus ICtus magni facit, *in l. 79. §. 1 de leg. 3.* quippe qui naturæ ductum sequuntur, ac ex naturali æquitate † 44
controuersias determinant, *arg. l. 90. de R. I. l. 4. quod cert. lo.* vt & mercatores, *Boer. decis. 221. n. 15. Schurf. cons. 4 2. num 3. cent. 3.* quandoque non in feliciter, quia reuelatur sæpe minori, quod occultatur maiori, *l. 1. § sed neque, C. de vet. iure enu l.* neque subtilitates aut apices iuris attendunt quod in iudicio ęqui bonique nec fieri debet. *6. si fideiussor, § quædam, ff. mand. l. 8. § 16. quib. mod. pign. l. 13. de excus. tut l. fin. C. de compens. c. dilecti, extra de iudic. Gail. 2. obs. 27. nu. 26* sed ex simplicitate procedunt, *l. 25. §. 1. de probat. l. 3. C. de defens. ciuit.* in qua plerumque veritas latet: *6. c. extra de iudic.* tamē id inter

ipsos rusticos & quidem volentes admittere possumus, non in a-
liis caussis, cum hic non de rusticorum credulitate aut simplici-
tate, *contra quam vide Hering. de fideiuss. c. 8. n. 1. 1. & ib. all.* sed de facto
agatur, & tali, quod plerumque ipsorum captum superat, vt et-
iam prudentissimum quemque fallere possit. *l. 2. de iur. & fact.* Ita-
45 que in caussis arduis & rebus grauioris † momenti artifices adhi-
46 bendi sunt. *d. l. 8. §. 1. fin. reg.* Quibus in sua arte † credendum est.
*l. 1. & ibi Goth. de reb. cred. Bart. in l. 1. §. 1. de vent. insp. gl. Faber & Dd. in
§. item pretium, Inst. de emt. vend. gl. in c. quod autem, extra de non alien.
Socin. reg. 362. incip perito. Eberhard. in top. in lo. 95. num. 1. Maranth. in
spec. p. 3. Mascard. de probat. concl. 1041. num. 14.* iuxta illud vulga-
tum: experto crede Magistro. *Neviz. lib. 1. sylu. nupt. num. 215.* Ita
47 in casibus medicis statur † medicorum assertioni, *cap. significasti.
de homicid. Specul. in tit. de homicid. §. 1. & in tit. de probat. §. vlt. Rut-
ger Ruland. de commiss. lib. 4. cap. 16. part. 1.* In puerperiis statur ob-
stetricibus. *leg. 1. in pr. de ventr. inspic. c. fin. extra de frig. & malef. Ru-*
48 *land. d. lib. 1. c. 1.* Idem de mechanicis † dicendum, nisi igno-
biles sint, & vilissimi à testimonio dicendo exclusi, *per Nov. 90. c. 1.
Farina. de oppos. contra person. test. tit. 6. q. 57. numer. 50.* Quales Geo-
49 metræ † non sunt. *leg. 22. de excus. tut. l. 2. C. de malef. & math.* Quo
nomine licet etiam mechanici designentur: *l. vlt. §. 1. si mens. fals.
mod. l. vlt. C. de excus. art. l. vlt. de iure immun. c. si quis artem, dist. 37.* i-
tem architecti. *l. 2. C. de excus. art. Rutger. Ruland. d. lib. 4. c. 20.* tamen
non negligenda est differentia diuersarum artium, præsertim
50 Geometriæ † ac Geodæsiæ, *de qua Arist. 2 metaph. 2.* quarum illa
proprie in metiendo circa figuras, hæc in diuidendo circa sensi-
bilia occupatur. Illa est γῆς μέτρησις, id est terræ & areæ artificio-
51 sa dimensio, hæc vero † vnius eiusdem loci diuersis hominibus
facta distributio & terræ partitio. Itaque hic quæritur de mo-
do agri *l. 40. de contr. emt. l. 4. §. vlt. de act. emt. l. 64. de euict.* de men-
suris pedum, *l. 13. fin. reg. l. 5. C. eod. l. 9. l. 11. de ædif. priu. l. 96. de contr.
emt.* passuum, *d. l. 5. l. 3. de term. mot. l. 153. & ibi Alciat. de V. S.* iuge-
ro, *leg. 13. §. 14. de act. emt. l. 4. §. 1. eo. d. l. 64. de euict.* manso, milia-
rio, de

rio, *de quibus Tholos. in syntax. art. mirab. lib. 13. cap. vlt. Alex. ab Alex. lib. 2. gen. di. c. 20.* quorum consideratio illic nihil prodest, vbi tantum fines à ventis ac cæli regionibus terminantur *de quibus Hieron. de Monte cap. 16.* Sed & diuersis † instrumentis vtuntur. Geometræ enim † normam adhibent, non vnius tamen generis) quã *Vlp. in d. l. vlt. §. 1. si mens. fal.* μηχανὴν, Paul. lineã *in l. 39. de A. R. D.* Plin. Gnomonem *lib. 18. nat. hist. 38. & ibi Daleoamp. in not. Cæl. Rhod. lib. 12. lect. antiq. 9* perpendiculum, *Zacha. 1. v. 16.* mensuram stanneam, *Zach. 4. v. 10.* vocare videntur. *De qua Vitru. lib. 9. archit 9. Parmens. lib. 3. de alluu. 1.* Accursius & Dd. vulgo chordulam appellant *Hieron. de Mont. cap. 18. num. 2.* Argimensores perticam † siue decempedam. *Buda. in annot. prior. ad d. l. vlt. si mens. fals. Propert. lib. 4.* 52 53 54

Abstulit excultas pertica tristis opes.

Senec. epist. 88. Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri & comprehendere etiam si quid decempedam effugit. In sacris etiam calamus dicitur, *Ezech. 40. v. 3. Esai. 34. v. 11. psal 77 v. 55.* item funiculus, *Amos. 7. v. vlt.* Quamuis vero principaliter Geometræ † partes circa diuidendas insulas requiri videantur, qui crasse p͡cedendo tracta chordula de vno termino ad aliũ, cuilibet vicinorum quod suum est assignat, *Parmens. d. lib 3. c. 1. & seq.* sine vlla renunciatione modi, quod est agrimensoris officium *leg. 1. leg. 3. leg. 8. si mens. fals. mod. Hygen. lib 2. de limit. agr. Cassiod. lib. 3. varior. & ex eo Parmens. lib. 1. c. 16.* Longitudinem quoties egeram, ego ita renunciabam, iugera tot vel versus tot, ait Hygen. tamen etiam † horum artificium in controuersiis alluuionum insularũque multum potest, *vt ex Hygen. docet Cuiac. 10. obs. 2.* quidquid contra sentiat Iohannes Buteo. Et fere vtraque ars in hac parte concurrit, vt propterea funiculus & calamus coniunguntur *ab Ezech. 40. v. 3. Esai. 34. v. 11.* Imo in diuidendis insulis Geometræ officiũ quã mensoris leuius † videtur, quippe q͞ ductu naturæ à saga ce homine expediri potest, etiãsi mẽsurã agri indagare nõ possit, 55 56 57

vt docuit

vt docuit exemplum Protagoræ *apud Gell. lib. 5. noct. Att. 3.* Aucto-
58 ritas autem horum † artificum in hac materia ipsis etiam ICtis præualet, *per supra dicta. Senec. epist. 88.* Cum ventum est ad naturales quæstiones, Geometriç testimonio statu. . Modo iurato deponant, vt fieri debet, *Coler. ad c. quia iudicante, extra de praescri. Schneid. in §. quadam act. tit. de act. fin. reg. num. 23. Inst. de act. Rutger. Rul. d. cap. 20. num. 8. Hieron. de monte cap. 32.* & quidem in præsentia partium, vel saltem ad hunc actum legitime citatorum *Ruland. & Hieron. d. lo. supra c. 2. num. 36.* Quod verum est, vbi de † facto quæstio est,
59 non vbi de iure. Facti enim quæstio ad Iurisconsultum non pertinet, *l. 32. in pr. de vsur. Fichard. cons. 41 num. 2. vol. 1. Anton. Hering. de fideiuss. c. 7. num. 105.* Sed ad alios artifices iuxta illud Horat. tractant fabrilia fabri. Alioqui audient illud, quod Architectus quidam ad Hadrianum Cæsarem dixit: abi obsecro, & cucurbitas depinge: Nihil enim horum recte nosti, *Dion Cass. in Hadr.* Qui imperiti matheseos, risui sunt mathematicis. *c. qui de mensa, dist. 37*
60 *Specul. tit de aduocat. §. 1. n. 12* Nisi ipsi quoque ICti geometriæ † peritiam habeant. Quam à Commissario requirit *Ruland. lib. 1. c. 17. part. 1* ne scilicet opus habeat aliunde emendicare suffragia,
61 *arg. N. 82. in pr.* Qualis Bartolus de Saxoferrato † videri voluit. Tunc enim ipsis creditur, non qua Iurisconsultis, sed qua Geo-
62 metris. Quamquam præceptorum Geometricorum † tanta fere diuersitas est, vt quatuor hominum generibus, inter quos conuenire nunquam potest, (*de quibus extat locus Camerar. in epist. Chronolog. Niceph. praef. x a*) ipsi quoque annumerari † possint. *Item alius Se-*
63 *necæ de morte Claudij*: Facilius inter philosophos, quam inter horologia conuenit. Ipse Bartolus, quamuis *in tract. de insulis* glorietur, in concipiendis figuris Geometricis insularum, præceptoris sui consilio se vsum: tamen in multis à Baptista Aymo Parmensi reprehenditur, *in procem. lib. 3.* Et magis Baldus *in iis quæ in fi.*
64 *rubr. de rer. diuis. scripsit*, vt hic sicut † auis in aere volasse videatur, *vna M. Anton. de Amatis decis. 11. numer. 19. Hotom. cons. 36. numer. 9.* Sed nec Hieron. Magius *in miscellan. lib. 4. c. 22.* reprehendens Bartolum satisfacit Parmensi. Qui fortasse ab aliis eandem censu-
ram

ram sustinet. Præter hos † allegatur à Parmensi Iohannes Buteo Delphinaticus, à Rutgero Rulan. *p.2.li.* 2 *de commiss.15. in pr.* 65
Carolus Caraz Italus, quorum ille insulas, hic alluuionem diuidendi modos tradidit. Quod si ergo alterutrorum horum principia & applicationes, vel iudex vel agrimensor, † qui *à Boet. nli. de Geometr.* arbiter dicitur, & in iure nostro arbitro comparatur, *l. 7. l. 8. fin. reg. l. inter, de recept arb. Cuiac. 10. obs. 2. Ruland d. lib. 4. c. 20. nu. vlt.* in diuidendis insulis sequatur, vterque innoxius est, neq; ex *tit. ff. si mensor fals. mod. dix.* conueniri potest Nô magis quam iudex secundum † communem iudicans litem suam facit, *l. 2. quod quisq; iur. gl. in l. 1. & ib. Bart. C. de LL. Bart & Ias. in l. 1. ff. si cert. pet. Menoch. de arb. iud. quæst. lib. 1. q. 23. nu 5. & 11. Sebast. Medic. in tract. de LL. p. 4 q. 26. Ioh. Vaud. lib. 1 q. 10* quia eo casu communis error ius facit *l. 3. in fi. de supell. l. g.* & plus est in opinione, quam in veritate. *l. 15. de acquir. hered. l. 2. §. 15 pro emt.* Vnde quamuis error seu falsa mensura † veritati non præiudicet, *arg. l. 108. §. 10. de leg. 1. l. 5. C. de iur. & fact. ign. l. vn. C. de err. calc. l. 42. de transf. Hieron. de Monte, cap. 84.* quia ad instantiam partis debet mensuratio reiterari, *Bart. in l. 1. ff. si mens. fals. mod. Hieron de Monte de fin. reg. c. 26. num. 10.* tamen id admittendum non est, si quis principia Geometrica, iuxta quæ mensuratio facta est, in dubium vocare velit, quia ea disputatio exitum non inueniret, *arg. l. 6. §. 5 ad SC. Treb. l. 20. de recept. arb.* Et facit huc illud vulgatum: aduersus eos, † qui negant principia frustra disputatur. *Quod eleg. explicat doctiss. Mornæus in præfat. de verit. relig. Christ.* Tribus autem modis controuersiis finium finis imponitur: nempe per sententiam, transactionem & iusiurádum, *de quibus Hieron. de Monte cap. 101.* Quod si distinctio regionum in insula communi tam sit perplexa & intricata, forte propter angulositatem & plurium vicinorum concurrentiam, vt iudex vel Geometra se extricare nequeat, existimamus hic quoque adiudicationem † locum habere, vt vni tota insula assignetur, condemnato cæteris pro rata portione pretium exsoluere. *l. 2. §. 1. l. 3. l. 4. fin. reg. l. 45 fam. herc. §. 20. Inst. de act. § 6. de off. iud. Cuiac. 22. obs. 39.* Qua in re semper illius qui maioris † partis dominus est,

66 67 68 69 70 71

Ff volun-

voluntas præferenda, vt ipsi fiat adiudicatio. *arg. leg. 8. de pact. l. 14. in pr. depos. l. 16. de reb. aut. ind.* Quia maior pars trahit ad se minorẽ, *63. de his quæ fiunt à prælat. l. 3. quod cuiusque vniuers. VVes. cons. 4. numer. 69. vol.* 1. vel dignioris, si omnium partes sint æquales, *d. l. 8. de*
72 *pact. l. vlt. de fid. instr.* vel etiam sorti † res permittenda. *l. 5. fam. herc. l. vlt. in pr. C. com. de lega. Myns. 4. obs. 37.* Idem obseruan-
73 dum, si forte diuisio † insulam ad exiguas portiones singulis inutiles redactura esset. Neque in eo peruersitas vnius, *l. 8. de R. V.* seipsum damno afficere cupientis, dummodo alteri quoque noceatur, *Nou. Leo. 102. N. 63. vbi Goth.* sed vtilitas omnium, spectãda est, *l. 21. com. diuid.* Quo ipso, non est hoc diuisionis arbitri-
74 um inter † casus pro amico, referendum, quos vocant Dd. *Ias. in l. dotis caussa, col. 1. num. 35. ff. solut. matr.* quasi possit iudex ex pluribus eligere sententiam, cui dicat, tu mihi sola places. *gl. in c. venerabilem, verb. fauere, extra de elect.* Nam id si fiat contra iuris præscriptum, potius est casus pro diabolo, *vt vocat Thess. aur. decis. 206. num. 13.* cum gratificationi † numquam sit locus nisi vbi eam lex
75 expresse indulsit. *l. 31. vbi Goth locat. l. 3. §. 4 ad Senatusconsultum Silan. Moller. 3. semest. 44.* Tunc enim iudex potest gratiam facere, cui vult, *gl. in c. cum olim, vers. misericordem, de d. l. & contum. differ. Saxon. p. 4. diff. 18. num. 3.* Quo pertinet prouerb. Die Richter haben Schultheissen Ohren. *gl. ad art. 61 lib. 1. Landtr.* Alioqui gratia iudicis
76 inter † sordes reputatur. *l. 26. 76. §. 4. ex quib. caus. mai. l. 2. C. de pœn. iud. l. 12. C. de transact.* Quo tamen nihil in praxi frequentius alij: prouerbio caussam dedit, vt fauor in iudice plus possit, quam lex in Codice. Vt autem diuisio eo rectius instituatur, necesse est
77 non solum ocularem † inspectionem à iudice adhiberi. *l. 8. §. 1. fin. regund. de qua luculenter suo more Ruland. p. 2. li. 3. de com. m. ff. per tot. Hieron. de monte de fin. reg. c. 30. & 101. num. 10.* sed etiam insulam cum
78 subiecto flumine & ripis vtrinque adhærentibus examussim † depingi, eamque picturam à partibus exhiberi vtile est, vt ea adiutus diuisor citius medium Geometricum attingat, *Ruland. d. lib. 3. c. 6. num. 6. & lib. 2. c. 17. num. 4.* Variæ enim se offerunt insularum
79 † formæ, seu figuræ, quas vt cum Bartolo, & Geometris fingamus

opus

opus non est,cum ex historiis veras haurire possimus. Aliæ in
longum porrectæ sunt,aliæ quadratæ,aliæ rotundę. Pleræque
ita superciliosę sunt , vt vix certam formam exprimere possis.
Vnde nonnullæ etiam nomina participarunt. Planaria† à spe- 80
cie ita dicta. *Plin.lib.3.nat.hist.6.& lib 6.cap.32.* Planesia de facie su-
pinitatis, *Plin.lib.3.c.5.Solin.c.19.Ptolom.lib.3.cap.1.* Asteria à Astri
figura, Trinacria à tribus oppidis eminentibus, Corymbia à spe-
cie Corimborū dicta *Hadri.Iuni.lib.3.animad.15.* Quamquā de Si-
cilia veteres aliter. •Ea Trinacria pluribus aut triquetra† à trian- 81
gula specie dicta *Plin.lib.3.c.8.Solin.c.12.* Quam formam & aliæ sor-
tiuntur. Ita Patale in faucibus Indi triquetra figura *Plin.lib.6.cap.
21.* Ita Delta Ægypti insula,à triquetræ litteræ forma,hoc vo-
cabulo signatius appellata. *Marcell.lib.22.Iul.Cæsar lib.4.de bell. A-
lex.Plin.lib.5.cap.9* Et similem locum Padus in Italia facit,vt in
Ægypto Nilus, *Plin.lib. 4. cap.4.* Sed & totius terræ arculum
maiores nostri triquetrum statuere. *Iornand.in pr.de bell.Get. Oros.
lib.1.hist.2.* Strabo trifolio comparat , recentiores Chlamidi Bri-
tanniam quoque plurimi triquetram dixere. *Iornand.d lo.* quam
tamen Tacitus *in vita Agricol.* oblongæ scutulæ vel bipenni assi-
mulat. Proconnesus † platani folio similis propter angulosos re- 82
cessus, *Plin. lib. 4.cap.4. Mela lib.2.in Maced. Solin.cap.14.* Quam
tamen insulam oblongam statuit *Marcell. lib. 22.* Cyprus et
iam Cerastia dicta,quod multis promontoriis superciliosa esset,
iuxta Xenag. quem tamen non probat Cæl usRhod.lib.30.lect.ant.1. Hi-
bernia similis querno folio,si eius cuspidem & à pediculo simili-
ter vnam partem abscindas, *Iouius in descript.Hibern.* Fabaria † à 83
frugis similitudine dicta. *Plin.lib.4.c 13.* Sardinia in Africo mari
ad similitudinem vestigij humani patet , vnde etiam Ischos à
Græcis olim appellata. *Plin. lib. 3. cap. 7. Gell. lib. 13. noct.
Attic.28.*

Dromos Achillea peninsula ad formam gladii in transuersum
porrecta. *Plin.lib.4.c.12.* A Phalacro Corcyrę promōtorio scopu-
lus,in quē mutatā Vlyssis nauem à simili specie fabulati sunt, *Pli.*

 d.c.12.

d.c.11. De Iuthlandia *Adam Brem.cap.208.* quod latitudo eius diffusior sit secus Egdoram fl. inde vero paulatim contrahatur ad formam linguæ in eum angulum, qui Wendila dicitur. De
84 Strongyle † *Cornel.Seuerus in AEtna.*

Insula cui nomen facies dedit ipsa rotunda.

Item Aryton insularum rotundissima. *Plin.d.c.12.* Sunt autem duæ Strongylæ à rotunditate ita dictæ, vna Italiæ ex Æoliis, *de qua Solin.c.13.* altera ex Cycladibus, quæ & Melos aliis dicitur. *Gobelin.in Cosmod.at.1 c.6.* Aliæ alias formas repræsentant, non in mari solum, sed etiam in fluminibus, prout alueus vel extendi-
85 tur, vel curuatur. Quamuis vero hæ insularum figuræ † non semper in cōsiderationem veniant, quando de ipsarum diuisione agitur, quia tunc nō inuestigatur medietas insulæ, sed medietas fluminis in quo sita est insula, neque tā consideratur frons insulæ quam frontes agrorum ex aduerso: tamen etiam frons insulæ potissimum consideratur, si ab ipsa insula mensurandi initium fiat, *vt dicemus ad explicationem l.56.de A.R.D.num.134.* Quæritur au-
86 tem de † diuisione insularum facienda, vel inter eos, qui ab vtraque parte fluminis prædia possident: vel inter eos qui ab eadem ripa: *l.7 §.3.de A.R.D.* Quorum hi proprie confines dicuntur, *l.2.l.4.§.10.fin.reg.l.35.§.vlt.de contr.emt.l.63.in fi.eo.* etiamsi ciuus
87 priuatus forte interueniat, *l.6.fin.reg.* qui † confines quomodo probentur *vide Guid.Pap.decis.193. Valasc.de iure emphyt.49.num.22.*
88 Illi † vicini proprie: *l.56.§ 1.de A.R.D.l.1.§.7 de flum.l.3.§. 1. de aqua cottid.* item proximi, *l.30.§.1. eod. de A.R.D.* qui trans flumen prædia possident, *l.1.§ 4.de ripa mun. Gifan.ad l.29 de A.R.D.* Quamquam hæc verborum differentia perpetua nō est, cum etiā confines vicini dicantur. *in l.56.in pr.de A.R.D.l.6.in pr de aq.pluu.l.1.§.27.ad SC. Silan.Gail.2.obs.69.num.19.* Vicinos autem esse qui cis & trans flumen habitant, indubium est, si flumen intercedens sit angustum, ita vt ex vna ripa vox clamantis in aduersa ripa audiri & in-
89 telligi possit. Quod ad vicinitatem † requirit *Bart.in l.si tertius. 6.in pr.de aq.pluu.* vel etiam si ponte ripę sint coniunctæ. *l.vlt.de flum.n.*

D

flumin. Hoc autem de fluuiis maioribus † ac nauigabilibus dici 90
nequit, quippe quibus insula intercedens, non solum auditum, sed etiam prospectum ab vna ripa in aliam adimit *supra c.14. num. 21.* Ergo eius accolæ ab vtraque ripa sibi inuicem vicini esse non videntur, neque ad illos *d.l.7 §.3. de A.R.D* pertinere. Verum dicendum *cum Menoch. lib.2. de arb. iud. quæst. cas. 212.* Bartoli definitionem non esse veram, cum vicini respectiue † & secundum 91
magis & minus dicantur, *d.l 6 in pr fin. reg.* vt & proximi, *l.92. de V. S.* vt flumen publicum intercedens eos non impediat. *d.l 4. §. pen. & vlt. l.5. fin reg.* Ita enim regiones & prouinciæ sibi vicinæ dicuntur *l.99. §.1. de V.S. auth. qua in prouincia in fi. C. vbi de crimin ag.* quia proximior regio non interiacet, cum tamen ipsæ † flumini- 92
bus, syluis, montibus aliisque terminis distinguantur. *Hieron. de mont. c.17. supra c.14 num. 89.* Sicuti ipsi populi vicini dicuntur *l. 2. §.18 de orig. iur.* quamuis latissimo fluuio sciuncti. Ita *Colum. li. 1 de re rust 3* scribit propter iniurias vicinorum Achæos, Hiberos, Albanos, Siculos ædibus profugisse relicto patriæ solo. Quod si ergo agatur de diuidenda insula inter vicinos eos, qui ab vtraque parte fluminis ditionem possident, vel iurisdictionem exercent, *vt in l 7. §.3 l.30. §.2. l.56. & l. pen. §.2. de A.R.D.* ante omnia spectandum est, ad quem flumen ipsum pertineat. Si enim ad vnam ripam eiusque dominum † flumen totum pertineat, siue ex inue- 93
stitura siue ex præscriptione, *de qua Capoll. lib.2. de seru. rust. 31. num. 14.* ad eam etiam insulæ totius fluminis pertinebunt, quippe quæ iure feudali fluminis dominum sequuntur. *Parmens. lib.2. de alluu. c.51. & 52. supra cap. 3. num. 50.* Ita Rhodanus † fl. regnum Fran- 94
ciæ & Ducatum Sabaudiæ aliaque territoria interfluens, totus ad Regem Galliæ pertinet; *Hieron. de Monte de fin. reg. c. 24. numer. 9. Claud. Malleuill. ad regias aqua. constit. art. 89. supra c. 11. num. 64. Guid. Pap. decis 577. Cardin. Tuschus in concl. pract. vol.3. concl. 405. numer. 16. Plura exempla vide apud Hieron. de Monte.* Quod ipsum quoque indubium est, si flumen in medio vnius territorii sit, ita vt ripæ vtræque ad illud pertineant. *Ruland, d. cap. 16. num. 5.* Qualis casus proponitur *à Gilman, 2, decis. Camer. 33.* Et exemplum in Ducatu

Geldriæ dedimus *cap.13.* Tunc enim bonum argumentum sumi-
95 tur ab extremis † ad media, ita vt probatis extremis includatur medium, *Eberh. in top. in lo. 117. n. 2. Hieron. de Mont. cap. 93. per tot.* Et quidquid est intra confines cedit limitato, *Hieron. de Mont. cap. 23. num. 2. & c. 88. num. 1. arg. l. 73. §. 1. de contr. emt.* Vnde quando sunt certi termini deputati, omnia sub illis contenta vno iure cēseri debent. *Valasc. de iure emphyt. q. 51. num. 11.* Quod adeo obtinet
96 vt dominus habeat intentionem † fundatam, de eo, quod in fines eius includitur. *c. cum Episcopus, 7. de offic. ord. in 6. VVesemb. cons. 4. nu. 71. Valasc. d. lo. q. 8. num. 38. Modest. Pistor. 1. cons. 14.* præsertim respe-ctu iurisdictionis, *Gilman 1. decis. Cam. 33. num. 1. & decis. 50. num. 3. decis. 51. num. 13 & 32. Matth. Steph lib. 2. de iurisd. 7. num. 70. part. 2.* Itaque vtroque hoc casu, nulla de diuisione vel insulæ vel fluminis occurrere potest controuersia, cum vicinis in aduersa ripa, cum illi ab omni fluminis iure & incremento sint exclusi. Alia ra-
97 tio est, si quod plerumq; fit, flumen duo † diuersa territoria interluat ac diuidat: Tunc enim vtriusque erit vsque ad medietatem fluminis, *Socin. cons. 79. col. 1. Iacob. de feud. in verb. & cum flumin. num. 7. Bossius in tit. de flumin num. 17. Rosenth. de feud. cap 5. concl. 30. Capoll. lib. 2. de seru. rust. 31. num. 14. Hieron. de Monte cap. 24. num. 9 & cap. 25. num. 1. & seq. Ruland. d. c. 10. num. 7.* Et flumina sunt communia vsque ad dimidium aluei vtrimque vicinantium. *Bart. de allun. vers. item videndum est, Bald. in c. ex litteris, col. pen. extra de probat. vbi dicit.* quod vsque ad mediam partem pro diuiso versus territoriū singulorum præsumantur extendi fines eorum. *arg. l. arbor, de R. D. Ioh. And. in c. cum caussam, de probat. late Cardin. Tuschus vol. 3. concl. 405.* Et facit huc statutum Municipij Gallici, *quod refert Claud. Malleuill. ad regias aq. co stit. art 89.* Quod necessario dicendum, si in vtriusque domini inuestitura flumen aliquod pro termino expressum sit, Ita: Concedimus tibi regionem illam cum regalibus ac pertinentiis vsque ad fl. Visurgim, Albim, Amasin &c. Quam-
98 uis enim dictio † vsque sit ambigua, vt modo includat, modo excludat terminum, *vt notant Alber. Bart. & Dd. vulgo in l. patronus, 35. §. 1. de leg. 3. Brecho. in l. hac adiectio, de V. S. Rebuff. in tract. de sentens. pro-*

nisio art.1.gl.3. & termini † etiam limitato cedant, *l.63.§.1.de contr. emt.* quando de sui natura cedere possunt, vt flumina: *Archid. in c. Ecclesias,13.q.1.Hieron.de Mont.cap.23.numer.2.* tamen hic vni non plus iuris, quã alteri tribuere potest, ne vnũ & idem verbum contrarios effectus operetur, quod absurdum, *infra.c.29.numer.89.* Neque enim ratio assignari potest, quare magis vni, quam alteri debeatur flumen. *arg.l.5.prope fin de fideiuss.Hieron.de Mont.cap.24. num.5.* Relinquitur ergo, vt lis per medium † decidatur, more Tiberij Imperat. *in l.Imp.Tiberi.9.de hered.inst.* & vtrique medietas fluminis tribuatur, quod in dubio semper fieri debet, iuxta illud: mediũ tenuere beati *c.afferte,de praesumt.l.3. prope fi.si pars hered.pet. Hieron.de Mont.cap.101.n.3.Rut.Ruland.p.2.lib.5.de commiss.17. num. 2.* Praesertim cum hinc nascatur aequalitas, quae † in omni diuisione seruanda est *leg.fin. & ibi Bart.C.de fruct.& lit.exp.gl.in l. si eum dies,§ si eum is,ff.de recept.arb.Specul.de dilat.§.4.vers.sed numquid* cum sit mater † amicitiae & concordiae conseruatrix. *Nou.22.§.fi. l.inter filios,C.fam.hercis.Vasqu.1.illustr.contr.24.num.6.& ex eo Rickius de vnio.prol.c.3.numer.7.Hartvv.Dissel.ad Statu.Lunenb.art.6.numer.4.* Itaque sententia *Schraderi de feud.part.3.cap.4.numer.36.Iacob.de S. Georg.in verb.& cum flumin.num* 7. vni flumen assignantium, de eo casu intelligenda erit, quando in vnius inuestitura fluminis expresse mentio facta est, in alterius non. Tunc enim illi soli concessum videtur per supra dicta. Alioqui prior decisio in dubio, vt tutior obseruanda est, vt scilicet flumen † commune praesumatur vsque ad dimidium aluei. *Hieron. de Mont. cap.24.numer.9. Boer.cons.24.numer.15.* Fallit regula, si alueus postea cursum † mutasset. Tunc enim incrementum insulare eius manet, cui semel acquisitum est, quamuis eius ripa, hodie sit remotior. Haec caussa esse videtur cur insulae † Albis inter Hamburgũ & Harburgum maximam partem ad Duces Lunenburg. pertineãt, *Chytr.in Saxon.l.2.inf.c. seq n.70.* Quia nimirũ Albis, cũ antea à Septẽtrionali latere propius Hamburgo fluxisset, postea mutato alueo versus austrũ ad ripas Lunenburgicas concessit. *Petit. articul. Hãburg. pro restit.in integr.art.63.* Vt ex hodierno flũminis cursu nõ semper firmum

99 100 101 102 103 104 105

fitmum argumentum ad medietatem fluminis ducatur, sed priora quoque tempora inspicienda sint. *arg. l. 56. d. A. R. D* Iuri flumi-
106 nis etiam alia iura cohærent. Hinc quilibet vicinorum ius † agendi, piscandi, ædificandi, protegendi, conducendi &c. in flumine habet, vsque ad medietatem. Consequenter in altero latere id ius non habet. *Hieron. de Monte cap 24. num. 8. adde Gilman. 2. decis. Cam. 53.* Qua de re Noe Meurer *in tract* von Forstrecht. *part. 5.* § von bawen: Ein jede Obrigkeit mag weiter nicht bawen / im Rhein / dann so weit derselben gemarcke auff den Rhein gehet. Denn eine jede Obrigkeit / welche den Zolle vnnd nutzen hat / ist billich auch schuldig das Gestad / den Weg vnnd Leinpfad zu erhalten. Item auff was Seiten sich der Eißbruch anhengt / vnnd derselbe der Obrigkeit zustehet / dieselbe hat auch den Eißbruch. Vnnd so es ein gemeine vnzertheilte Oberkeit ist
107 der Eißbruch auch gemein. Idem ergo de † insulis dicendum, quæ vsque ad medietatem fluminis eius dominum sequuntur, eiusq; superioritatem agnoscunt. Atque hoc vsus Germaniæ ita ob-
108 seruat. Ita in pactis Sigismundi Regis Poloniæ † & Gothardi Ducis Curlandiæ ita cautum: Cum tractus Dunæ fl. sursum atque deorsum inter nos & Ducem constituat, æquitatis ratio postulat vt medietate fluminis in piscando, aliisque cōmoditatibus Dux perpetuo gaudeat: quæque insulæ siue mediamnes in Duca fl. alteri parti viciniores sunt, apud eandem partem maneant, *Chytr. lib. 20. Saxon. Quod exemplum non recte accepit Heig p. 2. q. vlt. num. 84.* cum eo priuati ab incremento insulari excludantur. Idem ob-
109 seruatum in Visurgi † flumine, cuius dominium (procedendo ab ostio fluminis versus caput) à parte orientali ad Marchionatum Stadensem, & comitatum Lesmonæ, nunc Archiepiscopatui
110 Bremensi incorporatos, à parte orientali vero ad comitatum † Rustringiæ, Ambriæ & Stedingiæ, (qui nunc est Oldenburgicus & Delmenhorstanus) cum omnibus insulis vsque ad medietatē ab antiquo pertinuit. Nisi quatenus ditio Wurdena trans Visurgim comitatum Oldēburgicum extendit, & ad eundem pertinet. Eatenus enim totus fluuius cum interiacentibus insulis Comitis est Oldenburgici, *per supradictam constit. Adolphi Imper.* In cuius

cuius iuris possessione, quam insula Hammelwerdensium † ab 111
Adolpho Comite & fratribus anno 1491. Consulibus Bremensibus pro certa pecuniæ summa oppignorata, sed à Dn. Authonio p.m. (hodierni Comitis Dn. Anthonij Guntheri auo p.m.) iterum redemta; *Chron. Oldenb. lib. 3. c. 3.* & aliæ ripę occidentali adiacentes insulæ euincunt, confirmati sunt † Comites Oldenburgi- 112
ci pactis cum ciuitate Bremensi initis anno 1576. hisce verbis: **Ob newe Insulen vnd Sande in der Weser sich auffwerffen würden / die sollen deß jenigen seyn / deß Landt sie zu nechst berühren.** Hæc ergo medietas fluminis terminus est cuiusque prouinciæ, adeoque ipsum medium † Geometricum, *de quo Cæl. Rhod lib. 22. lect. ant. 16.* 113
quod definit Hieron. de Mont. cap. 27. n. 5. punctum inter extremitates siue latera. Id medium, siue punctus quomodo † inuestiga- 114
ri possit, *docuit Accurs. in §. insula, verb. mediam partem. Inst de R. D.* rudi quidem Minerua, sed tamen apposite; *iuxta l. 29. de A R. D.* si chordula seu linea ab vna ripa ad aliam trans flumen ducatur, eaque dimidietur, puncto in medio posito, quod vltra punctum erit ad vlteriores, quod citra, ad citeriores pertinebit. Eamque doctrinam amplectuntur Dd. passim, *de quibus Hieron. de Monte ca. 18. n. 1. & 2.* Fit ergo hic mensuratio † per lineam rectam nullo 115
obstaculo insulę vel arborum attento, quod aliud est in mensura miliarium, quia illa fit per itinera & loca consueta, & non per lineam rectam eundo per campos, *vt ait Paul. de Castro in l. 1. in fi. ff. si quis cauti: Hieron. de Mont d. lo. c. 26 in fi.* Quamuis vero Accursium *in d. §. insula*, vbi initium mensurandi ab agrorum extremitate fieri voluit, corrigat † *Parmens. lib. 3. de alluu. 4.* ita quod à late- 116
ribus fluuii seu aluei fieri debeat, vsque ad medietatem fluminis: tamen non videtur ripas exclusisse Accurs. cum illę vt plurimum † agris annumerentur *l. 51. l. 69. de contr. emt.* Si enim non annumerentur, sed seorsim ab agro consistant, tum insula non agro, sed ripæ, vt propiori obueniret *l. 38. l. 65. §. 3. de A. R. D.* Quo si ergo ager in ripam præruptam † desinat, ac à plano in aquam ver- 118
gat, *iuxta l. 3. §. 2. ne quid in fl. publ.* perinde erit, siue à ripa, siue fluminis latere initium mensuræ ducatur, quia nullum interuallum

 subest.

subest. At si decliuis sit ripa, vt cliuus montis describitur, *in l.52.§.2.ad L.Aquil.* quæ in limum prius, quam in aquam desinat, prima
119 & quasi præiudicialis quæstio erit, quousq; † ripa finiatur, *ex l.1.§.5.& l.3.ne quid in fl.publ. Parmens.lib.1.c.9.§.1.num.7* Per hanc enim plurimum incrementi insularis lucrari poterit dominus, si à lateribus fluminis mensura ducatur. Et quid si æstus & recessus maris ripas ac littora variet, vt in Visurgi, Albi, Amasi aliisque flu. nauigabilibus prope mare contingit? An ab aqua sub æstu an vero sub recessu mensuræ initium faciendum? Magis est ergo & cer-
120 tius vt ab extremitate ripæ † mensuratio inchoetur, quæ hic quasi transuersalis est, ac latitudinem fluminis insulæque metitur. In
121 qua propinquitas † siue proximitas spectatur à centro medietatis vsque ad ripam æstimanda, *vt in casu l.30.§.2.l.56.§.1.l.65.§.3.de A.R.D.l.1.§.6.de flumin.* Itaque quatenus insula cuique ripæ proximior est, eatenus illi accedit & adiudicabitur, *vt s. a. t. gl. in d. l. adeo, § insula, verb. proximior, de A.R.D. Parmens. d. lib. 3. cap. 2. num. 8.*
122 Quod si tota insula intra centrum † medietatis fluminis constiterit, tota quoque ad viciniorem ripam pertinebit, *d. leg. 7. §. 3. in fin. eod.* Si ipsi centro incubuerit, vel pro parte saltem ad hanc ripam declinauerit; pro ea quoque parte, quæ est intra centrum ad hanc ripam pertinebit. *l.56.§.1.l.7.in fi.l.8.de A.R.D.* Vnde qua
123 parte alueus fluminis † est angustior, illi plus incrementi insularis acquiritur, si ab altera parte alueus sit latior. Illi enim minus
124 accedit. Quæ caussa est, quod insulæ † Visurgis infra Bremam maximam partem ad Comitatum Oldenburgicum pertinent, quia illic alueus inter ripam & insulas angustior est. Atque hæc de diuisione insularum inter vicinos ab vtraque parte fluminis habi-
125 tantes. Quoties vero agitur de diuidenda insula † inter confines, qui ab eadem parte fluminis prædia possident, tum mensura indirectum facienda, *l.29.de A.R.D.* secundum longitudinem fluminis procedit. Itaque hic nulla propinquitas insulæ attenditur, sed saltem pars anterior cuiusque prædij cuius frons insulam respicit. Id quod eleganter docet Parmens. *d. lib. 3. cap. 3. §. 1. arg. l. 7. §. 3 & 5 leg. 29. l. 30. de A.R.D.* In quibus locis scrupulum alicui

inijcere

iniicere poteſt, quod † latitudinis nomine ICti vt plurimum vtãtur, cum poſſit prædium in longitudine inſulam aduerſam reſpicere. Sed ICtos terminis hiſce longitudine, latitudine, regione, fronte, in hac materia indifferenter vti docet *Parmenſ. lib. 3. c. 4. & confirmat l. 56. in pr. de A. R. D.* vbi longitudo dicitur, *quæ ſpatio in l. adeo, 7. §. inſula. 3.* latitudo dicitur *l. vlt. pr. qua res pign. obl.* Ita regio ſiue frons † prædij dicitur quæ inſulam ex aduerſo reſpicit. *d. leg. inſuls.* E regione, *leg. 26. §. vlt. de except. rei iud* plaga. *leg. 41. §. 9. de leg. 3.* Non quod inter hos terminos nulla ſit in facto differentia, *de qua leg. 6. quemad. ſeru. conſtit. & ibi Cuiac. 14. obſ. 11.* ſed quia in vſu iuris nihil intereſt. *d. leg. 7. §. 3. & 7.* Sunt enim fines agrorum. *l. 48. de act. emt. d. l. vlt. qua res p gn.* Alioqui cũ prædii longitudo ſit ſecundum longiora latera, & ſecundum breuiora latitudo: ideo ſi ſecundum ripam ſint longiora latera, frons prædij proprie longitudo, ſi breuiora, latitudo dicitur. *Parmenſ. d. c. 4. n. 9.* Latera au em quot † modis dicantur *vide Bart. in tract. de inſul. verſ. quid ſi ex vno. & ex eo Hieron. de Monte cap. 27. num. 6.* Frontes agrorum aut rectæ ſunt, aut obliquæ. Recta † frons agri in flumine ea dicitur, quæ linea recta contenta eſt, & quæ recta lineá ad lineam longitudinis fluminis comparata, ei æquidiſtans ſeu parallela fuerit. Obliqua † frons dicitur, quæ etiamſi linea recta contenta ſit, ad rectam tamen fluminis longitudinem cõparata, ei æquidiſtans ſeu parallela eſſe non poterit. *Parmenſ. d cap. 4. num. 18.* Data itaque frontium † paritate, frons agri recta maiorem, obliqua vero minorem habebit latitudinem regularem. Vnde eo maior ſemper erit obliquæ frontis latitudo, quo magis ea frons ad rectæ frontis poſitionem accedet. Quin poteſt contingere, vt frons agri obliqua nullam cõſequatur portionem incrementi inſularis, ſi adeo ſit in ſeceſſu & latebris, vt ad illam reſpicere inſula non poſſit. Quæ omnia exemplis latiſſime demonſtrat *Parmenſ. d. c. 4.* Quem, ne hic actum agamus, conſulere poterit quiſquis eius opera indiget. Modo id obſeruetur, vt quæ de prædio vel agro vicino dicit ille, eadem etiã locum habeant, ſiue territorium, diſtrictus, Comitatus, Ducatus &c. in ripam

126 127 128 129 130 131

fluminis desinat. In his enim omnibus idem ius quod in præ-
132 dio vel agro. Deinde quæ de diuisione insularum inter † confi-
nes dicta sunt, ea non saltem in fluuialibus, sed etiam in mariti-
mis propioribus insulis locum habere possunt, cum ipsæ quoq;
littora prætexant, vt de insulis Frisiæ dictum. Alia ratio est di-
uisionis inter vicinos. Quia illa saltem in fluuialibus insulis ob-
tinet, non in maritimis, vbi duo littora sibi è diametro contra-
ria non occurrunt. Nisi forte in Bosphoro aut Hellesponto. *de*
133 *quo supra c.*3. Quod si insulę iam perfectæ † incrementum aliquod
alluuione accesserit, illud non iure insularum, *iuxta* §.22. *Inst. de*
R.D. sed iure alluuionis, *iuxta* §.20. in diuisione æstimādum est. In-
sula enim hoc respectu rationem continentis agri obtinet, cui
augmentum hoc accedit. *v. supra cap.*12.*num.*9.*Gifan.ad l.*56.*de A.*
134 *R.D. Donell.*4.*comment.*29. Eius rei exempla aliquot à Proculo †
ICto *in l.*56.*de A.R.D.* proponuntur, quæ percurremus. Primum
quæro: Si insula enata ex aduerso agro meo, ita vt eius longitu-
do regionem prædij mei nihil excederet, postea ita aucta sit pau-
latim, vt contra frontes vicinorum procederet, cuius iuris sit,
quod accreuit? Dubitandi ratio est, quod vicinis incrementum
hoc sit aduersum. Ergo illis debebitur. *arg.d.*§.23.*Inst.de R.D.* Sed
ea non obstante respondet Proculus, id meum (consulentis) fo-
re, si flumen alluuionis ius habeat, & insula ab initio propior fun-
do meo fuerit: Nam cum ab initio insula meo prædio ex aduer-
so sita, & vicinior mihi tota debeatur, etiam id quod postea acces-
135 sit, mihi debebitur; quia initium † cuiusque rei spectatur. *l.*8.*in pr.*
*mand.l.*1.§ 13.*&* 30.*depos.l.*1. *ad SC.Maced.l.*8.§.2.*pro socio.l.*78. *de*
V.O. non exitus vel progressus *l.*11.§.2.*de minor.l.*14.*de ficar.* Et à
primordio tituli posterior formatur euentus, *l.vn. fin.C.de impon.*
*lucrat.descript.lib.*10. *Gail.lib.*2.*obs.*49.*num.*6.*Eberhard.in top.in lo.*131.
*Mynsi. respons.*2.*num.*1.*Zas.cons.*14.*num.*48.*& cons.*15.*num.*45.*lib.*1.*&*
*cons.*16.*num.*52.*lib.*2. Et accessorium sequitur naturam sui prin-
cipalis. *Facit ratio in l.*26.§.*fin.de except.rei iud.* Itaque iure id de-
fendo contra confines, non solum inferiorem & superiorem, sed
etiam vicinum, qui trans flumen prædia possidet *d.l.*56.*in pr.* Non
obstat

obstat dubitandi ratio, quia incrementum illud, non amplius iure insularum, sed iure alluuionis censetur. Itaque mihi, cuius insulę accreuit, debetur, tamquam propiori. Neque enim hic dimensio facienda est à meo agro, cui primum insula accessit, sed ab ipsa insula, cui incrementū hoc accreuit. Quod ad eo obtinet, vt si altera medietas fluminis tota insulæ meæ per alluuionē sensim & pedetentim adiiciatur, mihi adimi non possit, quia ius alluuionis † non vsque ad centrum medietatis in flumine, sed in † 136
infinitum competit. *Parmens. d. lib. 3. c. 2. §. 1. num. 9.* Secundo quæro: † Si cum propior ripæ meæ enata est insula, & postea inter me 137
& insulam totum flumen fluere cœpit, relicto & exsiccato alueo ab altera parte insulæ; an & insula mea maneat, & aliqua pars soli exsiccati mihi debeatur? Dubitandi ratio est, quod alueo exsiccato insula hodie propior esse videtur vicino trans flumen, quā mihi, cuius ager remotior est ab insula, eo quod totus amnis in brachium meum se transfudit: Sed ea non obstante, ICtus hic quoq; initium attendendum esse censet; non id quod postea cōtigit: Semel enim insula mea facta est. Ergo quamdiu à fluminis violentia salua † manet; mei iuris remanet. *arg. l. 23. §. 5. de R. V.* I- 138
taque & alueus exsiccatus pro dimidia parte insulæ meæ accedet *iuxta §. quod si, 23. de R. D.* eo magis, quod à parte ripæ meæ amnis violentior factus, procul dubio agro meo quid detraxit. Et quid si totum agrum meum absorpsisset? Adhuc enim insula mea semel facta, id incrementum cum damno compensare debebit Eadem ratione decidendi vtitur Paulus ICtus † in tertio exemplo 139
in l. 65. §. 3. de A. R. D. si inter meam insulam & contrariam ripam alia insula nata fuerit, vt mensura instituatur ab extremitate insulæ meæ in flumen porrecta, non ab agro interiore, propter quē ea insula mea facta fuerit. Nam quid interest, inquit, qualis ager sit, vtrum in continenti, an in insula situs, cuius propter propinquitatem posterior insula, cuius sit, quæratur. Propinquior enim fluminis ripa hic spectanda, non remotior. Ea autem est in insula mea. Quæ sicuti iure † ciuili inter priuatorum agros obti- 140
nent,

nent,ita etiam in regionibus ac prouinciis publicis obtinere debent,quibus de consuetudine non solum dominia,sed etiam regalia incrementorum accedunt,vt dictum.

CAPVT XVIII.

De alluuione Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Continuatio ordinis.*
2 *Modus acquirendi insulas duplex.*
3 *Tribus generibus insularum tres modi acquirendi respondent.*
4 *Titulus est onerosus vel lucratiuus.*
5 *Alluuio est modus acquirendi iustissimus.*
6 *Alluuio etiam ignorantibus accedit.*
7 *Alluuio comparatur iuri accrescendi.*
8 *Ius accrescendi etiam in inuitum operatur.*
9 *Alluuio raro sine damno alterius procedit.*
10 *Deus alluuionum incrementa moderatur.*
11 *Propria negligentia secundaria decrementi caussa.*
12 *Decrementum repeti non potest.*
13 *Alluuionis incrementum in foro conscientiæ retineri potest.*
14 *Alluuionis nomen tripliciter accipitur.*
15 *Augmentationis definitio etiam alluuioni conuenit.*
16 *Definitio alluuionis ab Imper.tradita an sit bona?*
17 *A receptis definitionibus non facile recedendum est.*
18 *ICti veteres circa definitiones curiosi.*
19 *Parmensis denfiitio insufficiens.*
20 *Disputatio de definitionibus in praxi inutilis.*
21 *Caussæ externæ essentiam rei non ingrediuntur.*
22 *Incrementi vocabulum generale.*
23 *Caussa efficiens alluuionis duplex.*
24 *Accessus & recessus aquæ caussa alluuionis.*

25 *Alluuio vnde dicta?*
26 *Agri fluuiis propiores, sunt fertiliores.*
27 *Aluei incrementum ab alluuione differt.*
28 *Appulsus vehementior alluuioni contrarius.*
29 *Motus aquæ generalis alluuionis caussa.*
30 *Anima principium motus.*
31 *Flumen & mare an sit animal?*
32 *Flumen homini comparatur.*
33 *Motus fluminis internus vel externus.*
34 *Aqua fluit ac refluit.*
35 *Flumen quasi corpus & animam habet.*
36 *Alueus venter fluminis.*
37 *Flumina suos spiritus habent.*
38 *Ventorum diuersitas.*
39 *Zephyrus & Fauonius mites venti.*
40 *Auster Frisiæ salutaris.*
41 *Siderum potentia in flumina.*
42 *Fluminum purgatio materiam suppeditat.*
43 *Materia alluuionis limus.*
44 *Etiam lapides alluuionem ingrediuntur.*
45 *Flumina aurifera.*
46 *Fluuij turbidi in alluuionem proni.*
47 *Pura aqua alluuionem non producit.*
48 *Mosella insularum expers.*
49 *Caussa formalis alluuionis.*
50 *Alluuio per partes procedit.*
51 *Paulatim quomodo fieri dicatur?*
52 *Insulæ fortuitæ ac manufactæ magis in oculos incurrunt.*
53 *Crustæ terreæ quatenus alluuionem ingrediantur.*
54 *Triplex insularum subiectum.*
55 *Danubius fluuius turbidus.*
56 *Padi volubilitas.*
57 *Eridanus fluuiorum Rex aurifer.*
58 *Græcorum inscitia circa Eridanum.*

59 *Nilus AEgypti fluuius.*
60 *Nili aqua genitalem vim habet.*
61 *AEgyptii populorum antiquissimi haberi volunt.*
62 *Nilus alluuionis insularumque ferax.*
63 *De Nilo statutum etiam ad alia flumina pertinet.*
64 *Alÿ fluuÿ terrarum productores.*
65 *Euphratis fertilitas.*
66 *Fluuÿ flexuosi in alluuionem inclinant.*
67 *Maeander flexuosus.*
68 *Fluuÿ spaciosi insulas producunt.*
69 *Ganges insulosus.*
70 *Albis insulosus.*
71 *Visurgis insulosus.*
72 *Hollandia à Rheno aduecta.*
73 *Angustia fluminis impedit insularum productionem.*
74 *Mare vadosum alluuionis capax.*
75 *Mare rubrum vadosum.*
76 *Insulæ marinæ tam per alluuionem, quam per recessum aquæ fiunt.*
77 *An alluuio in mari contingat?*
78 *Aristotelis testimonium.*
79 *Insulæ naturæ es primi modi sine alluuione non fiunt.*
80 *Diuersitas maris circa insulas.*
81 *Posita caussa ponitur effectus.*
82 *AEstus maris materiam defert.*
83 *Purgatio maris certis temporibus fit.*
84 *Purgamenta maris.*
85 *Arena in mari copiosior quam in flumine.*
86 *Auctoritas Dd. pro hac sententia.*
87 *Iuris quæstio circa incrementum marinum.*
88 *Alluuionis ius reale.*
89 *Alluuionis ius æquitate nititur.*
90 *Maria & flumina conditorum partes sustinent.*
91 *Mare est instar tyranni.*
92 *Alluuionis marinæ incrementum ad regalia pertinet.*

93 Comes

93 *Comitis Frisiæ Orientalis iura circa alluuionem*
94 *In Italia alluuiones marinæ infrequentes.*
95 *Statuta de fluminibus etiam ad maria pertinent.*
96 *Nisi alia ratio impediat.*
97 *Flumen pro qualibet congregatione aquarum accipitur.*
98 *Maris appellatio quandoque etiam flumen includit.*
99 *Mare & flumen sæpe coniunguntur.*
100 *Salsedo materiam incrassat.*
101 *Alluuio salis coctioni assimulatur.*
102 *Terra alluuionis marinæ in principio salsa.*
103 *Paulatim dulcescit.*
104 *Alluuio marina an occupanti cedat.*
105 *Lacus an alluuionem recipiant?*
106 *Lacus terminos suos retinent.*
107 *Communis DD. responsio.*
108 *Regula ex eo constituitur, quod vt plurimum fit.*
109 *Lacus maiores maria vocantur.*
110 *Lacus quasdam flumina pertranseunt.*
111 *Lacus pigri & motu carentes.*
112 *Lacus quandoque exsiccantur.*
113 *Lacus exsiccati ad aluei incrementum pertinent.*
114 *Ad alluuionem concursus caussarum requiritur.*
115 *Ignorantia materiæ alluuioni non derogat.*
116 *Insula naturalis quando perfecta sit?*
117 *Originarius insulæ status inspiciendus.*
118 *Res perfecta quando dicatur?*
119 *Naturæ opera semper perfecta.*
120 *Perfectum est quod in vsu esse potest.*
121 *Bartoli opinio à Parmensi reprobata.*
122 *Alueus fluminis æstate æstimandus.*
123 *Flumina quædam æstate crescunt.*
124 *Insulæ aquæ æquales.*
125 *Littus quid?*
126 *Arena Visurgis.*

127 *Nota insularum Rheni.*
128 *Insula petrosa graminis expertes.*
129 *Varietas insularum per singulas regiones.*
130 *Rusticorum opinioni standum.*
131 *Insulæ naturales per alluuionem fiunt.*
132 *Alluuionis nomine quandoque etiam insula comprehenditur.*
133 *Statuta de alluuione, obtinent etiam in insulis.*
134 *Alluuio & insula quid differant?*
135 *Differentia inter accessorium & principale.*
136 *Incrementum latens & patens.*
137 *Differentia alluuionis & insulæ.*
138 *Alluuionis possessio sine noua apprehensione non acquiritur.*
139 *Alluuionis incrementum difficulter probatur.*
140 *Alluuionis productio facilior est quam insulæ.*
141 *Omne principium graue.*
142 *Arcana circa procurationem incrementorum.*

1 T insulæ nobis prosint ac beent, qui fructus † est omnium bonorum, *l. 49. de V. S.* necesse est, vt in patrimonium nostrum redigantur, *l. 52. de A. R. D. l. 5. de V. S.* siue iure dominii siue possessionis, *l. 38. § habere, de V. O. l. 9. de R. V.* quippe cum hæc nihil aliud sit, quam vsus rei. *l. 115. de V. S. Vult. 1. I. R. 67. num. 4.* Hoc autem fit per modos ac-
2 quirendi † iuris Gētium vel ciuilis. *§. 11. Inst. de A. D. R. l. vlt. de vsu & habit. l. 1. de A. R. D.* Quorum illi communes sunt omnibus hominibus, hi proprii ciuium Roman. *§. 1. & 2. I. de I. N. G. & C.* Quamuis
3 vero tribus † modis insulæ producātur natura, casu, & arte, *supr. c. 4. in fi.* quibus alluuio, inuentio & ædificatio quodāmodo respōdent, quorum prior modus acquirēdi est naturalis, siue iuris Gēt. primæui, *Bapt. Parm. lib. 1. de allun. §. n. 10.* cæteri industriales: tamen plures sunt caussæ, quibus in dominiū nostrū rediguntur, nēpe occupatio, traditio, præscriptio &c. *l. 1. de Public. in rem act. l. 1. & seq.*
4 *de A. R. D.* partim ex titulo † lucratiuo, partim etiam oneroso, inter quos modos magnum esse discrimen *patet ex leg. 1. C. de impen. lucrat.*

lucrat. descript. & *ibi Dd. l.* 8. 3. § 6. *de V. O l.* 17. *l.* 19. *de O.* & *A. Schneid. in* §. *item*, 6. *Inst. de act.* De singulis ordine tractabimus, incipiendo ab † alluuione, qui est modus acquirendi iustissimus ac naturalissimus. *l.* 2. *pro suo.* Contingit enim domino per operationē naturæ, non solum † ignoranti, sed etiam inuito, *arg. l.* 39. *de neg. gest. l.* 53. *de so'ut. l.* 20. §. 5. *de seru. vrb l.* 30. §. *fin. si seruit.* Flumen enim pro ipso, sine vllo suo facto laborat. *leg.* 30. §. *fin. de A. R. D.* Eoque alluuio † comparatur iuri accrescendi, *Petrus Bellouus lib.* 3. *varior.* 3. *in pr. And. Knich. lib.* 1 *de pact. inuest.* 1. *in fi. arg. leg. si Titius,* 33. §. *fin. de vsufr. leg.* 13. §. 14. *de act. emt.* quippe quod coniuncto, non solum latenter ac ipso iure accedit, *leg. si duo,* 8. *de b. p secund. tab.* sine vllo ipsius facto, *leg. qui ex duabus,* 53. §. 1. *de acquir. hered. Iohan. Suer. collega quondam lib.* 1. *de iure accresc.* 1. *in fin.* sed etiam † inuito. *leg. si quis,* 35. *ff. eod. leg.* 3. *pro derel. Duar. lib.* 1. *de iure accresc.* 3. & *lib.* 2. *cap.* 1. *Suerius d. lib.* 3. *cap.* 2 licet alias ius accrescendi à iure alluuionis separatum sit, *Bart. de insul. verb. cui ab vtraque, Parmens. lib.* 2 *de alluu.* 1. *numer.* 5. *Vasq.* 2. *contr.* 59. *numer.* 6. etiam præscriptioni alluuionem comparat. Quamuis vero alluuionis † incrementum raro sine damno agri aduersi contingat, *iuxta gl. in leg. Martius, de A. R. D.* vt propterea non solum accessionem, sed etiam decessionem terræ caussetur, *in leg. id quod,* 7. *in pr. de peric. rei vend.* tamen id damnum diuinæ prouidentię † accepto ferendum est, *arg. leg.* 2. *C. de alluu.* quæ propter peccata hominum diuitias vni quandoque subtrahit, *vt sunt exempla Gen.* 30. *in fi. Dan.* 2. *v.* 21 & *pass* easque alteri, ac amicis suis etiam dormientibus largitur. *psal.* 127. *vers.* 3. ex parte quoque proprię hominum † incuriæ, ripas & littora contra impetum fluminis non satis munientium. *leg.* 1. *C. de alluu.* Quæ caussa est, quare apud Romanos, quidquid vis aquæ abstulisset, repetitionem † non haberet, vti ea res necessitatem ripæ muniendæ iniungeret *teste Aggeno Vrbico consentiente Iurisconsulto in leg.* 1. §. 5. *vers. nam cum. de flum.* Deinde propter dubium euentum casus fortuiti non attenditur, qui se ad vtrosque vicinos æqualiter habet *arg. l.* 11. *C. de transf. l.* 12. *C. de inoff. test.* Fieri enim potest, vt fluuius mentem mutet, & cui hodie portionem

Margin numbers: 5 (alluuione), 6 (ignoranti), 7 (comparatur), 8 (inuito), 9 (incrementum), 10 (accepto), 11 (incuriæ), 12 (repetitionem)

addidit, cras cum fœnore detrahat *d.l.38.de A.R.D.* Qua de mutabilitate *Impp. Theod. & Valent. in l.1.C.Theod. de alluu. cuius residuum est in l.3.C. Iustin. eod.* Æquo ergo animo pati vicinus debet, siue melior siue deterior eius conditio facta sit, fluminis natura immutata, *l.1.§.6.de aqua pluu.* Vt nullum sit dubium, quin hoc allu-
13 uionis † incrementum agro vel regioni nostræ etiam cum damno vicini adiectum, bono iure etiam in foro conscientiæ retineri à nobis possit. *arg.c.quo iure, dist.8.* quia Euangelium non tollit politias. *Philip. Melancht. in epit. moral. philos. fol. (mihi)* 122. Porro allu-
14 uionis nomen in iure nostro † tripliciter accipi *explicauit Parmens. lib.1.c.2.* vel pro ipso actu alluuionis: vel pro incremento alluuio: vel pro iuris effectu, quatenus est modus acquirendi. Prior acceptio physica est, & ad naturę operationem pertinet. Cuius exacta definitio licet difficilis videatur, *iuxta illud Iob.38.v.38.* po-
15 test tamen illi † accommodari augmentationis descriptio *ab Aristot. lib.1. de generat. text.31. tradita:* ἡ αὔξησις ἐςὶ τοῦ ἐνυπάρχοντος μεγέθους ἐπίδοσις, ἡ δὲ φθίσις μείωσις. Quam sic reddidit *Albert. Brunus in tract. de augment. & diminut.* Quod sit alicuius existentis superueniens accessio: sicuti etiam Azo *in summ. C. de alluu.* per accretionem eam definit, *arg.§.ult.2.Feud.4* Diminutio vero minoratio est. Posterior acceptio ad modum acquirendi pertinet, de quo hic agimus.
16 Ad mediā significat. pertinet definitio † Imper. *in §. præterea, Inst. de R.D.* quod sit incrementum, terræ ab aqua ita latenter adiectum, vt intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento adiiciatur. Ea an perfecta sit disputant Interpretes. Affirmant *Bald. in rubr. de R.D. num.20. Faber & Dd. vulgo in §. præterea, Iason in cons.126.lib.4.* Negat *cum Hotom. in d.§. præterea, Bapt. Parmens. lib.1.de alluu.2.* vbi aliam definitionem substituit. Sed non facile à re-
17 ceptis † in iure definitionibus recedendum est, vt vt non semper sint æque bonæ, *monente Gædd. de contr. stipul. c.1. concl.3.n.89.* cum
18 ICtos † veteres in constituendis definitionibus admodum sollicitos fuisse per exempla demonstret *Borch. de pact. c.1.n.3.* Alioqui vix est, vt non data instantia aliqua subuerti possit definitio, *l. omnis defin. de R.I. de qua eleg. Paurmeister lib.1. de iurisd. imper. 2.* Id quod

quod in Baptistæ † Parmensis definitione verissimum est, & ob- 19
seruauit etiam *Gædd. in cons. de alluuio. maris num.* 17. *& num.* 158 v-
bi eam ex professo oppugnat. Certe in praxi disputatio de defi- 20
nitionibus inutilis videtur *Iul. o Claro lib. 5. recept. sentent.* §. *pract. ca
criminalis, q.* 12. *num.* 1. *supra cap.* 2. *num.* 6. Quamuis vero plura ad
productionem incrementi alluuij requirantur, quam expressit
Imper. *in d.* §. *praeterea:* tamen non opus est, omnes † caussas etiam 21
externas singulatim in definitionibus exprimi. *Dd. in* §. 1. *Inst. de
nupt.* quippe quæ rei essentiam non ingrediuntur *Ioh. Coras. lib.* 1. *de
iuris arte* 18. Et multa quoque tacite & vi ipsa insunt. *Hieron.
Treut. lib.* 1. *select. disput.* 27. *th.* 3. *lit. E.* Genus est incremẽtum, quod
vocabulum ad † omne augmenti genus pertinet, siue natura siue 22
artificio, siue quoquo modo contingat: *arg. auth. qui res, C. de SS. Ec-
cles. Bapt. Aymus lib.* 1. *c.* 2. *num.* 3. sequentia formam siue differentiã
specificam insinuant. Tria autem requiruntur ad generatio-
nem, subiectum caussæ, & priuatio. *Arist.* 7. *metaph.* 7. *De priuatione
dicemus cap.* 29. Caussam efficientem † alluuionis duplicem facit 23
Gædd. in cons. de alluu. maris num. 91. Remotam ius Gentium: pro-
ximam aquæ recessum & accessum: *per d.* §. *praeterea*, *Inst. de R. D. l.*
7. §. 1. *de A. R. D.* Prius verum est, quatenus alluuio in tertio signi-
ficato pro iuris effectu accipitur. Posterius verum est, de primo
significato. Dum enim aqua fluminis marisue terrã modo alluit 24
modo recedit, arenãq; subuectã latenter relinquit, inde caussatur
alluuionis incrementum: Quæ exinde etiam nomen inuenit,
vt † alluuio dicatur, quasi adlauio: *l.* 16. §. 3. *fam. hercisc. Parmens. lib.* 25
1. *de alluu.* 1. Ideo flumina, vrbes, agros, ripas metaphorice laua-
re, lambere, verberare à poetis dicuntur. Itaque hic præsuppo-
nendum est, agrum in flumen vel mare desinere; si alluuionis ca-
pax esse debeat. Cuiusmodi agri † plerumque fertiliores sunt 26
mediterraneis, aqua terram vicinam humectante. Ita Cicero *pro
Roscio Amer.* commendat bonitatem agrorum, qui Tyberim tan-
gunt. Sicuti ipsa terra alluuia optima est, & quasi noualis, *l.* 30.
de V. S. quam etiam Virgil. *li.* 2. *Georg* probat. Quod si per reces-
sum aquæ cum Gæddæo intelligas incrementum aluei, *de quo a-*

gitur in leg.7.§ 5.de A.R.D. Tiber. Decia.resp.123.num.64.vol.3. Quo-
27 modo ab Azon.*in d.sum.C.de alluu.* alluuio diuiditur † quod sit
accretio vel decretio latẽs: ea distincta species est ab hac alluuio-
ne, quia illic aqua recedit tantum, hic etiam adiicit. *supra cap.6.
numer.35.* Itaque alluuio absque aquæ appulsu & recessu coniun-
ctim perfici nequit. Nisi enim retrocederet aqua, limo in mar-
gine ripæ relicto, incrementum alluuionis nunquam appare-
ret. Vt propterea hæc omnia confundi non debeant. Inte-
rim ab accessu fluminis & æstu maris, tamquam à potiori ple-
rumque hic modus denominatur. *Cæsar lib.6.de bell. Galli.* Qui
proximi Oceano fuerunt, ij in insulis se occultarunt, quas æstus
efficere consuerunt. *Tacit.in vit. Agric.* Glota & Bodotria di-
uersi maris æstu per immensum reuecti, angusto terrarum am-
28 bitu dirimuntur. Neque tamen hunc appulsum fluminis † ma-
risue æstum vehementiorem esse oportet, quia is terram de-
uorando & absorbendo resoluit, sicque decrementum caussa-
tur: sed placidum & tranquillum, qui felicem limum, *vt Virg.
vocat 2. Georg.* deferat, & sensim aquam subtrahendo in sicco
29 relinquat. Generaliter caussa † efficiens alluuionis constitui
potest, motus aquæ, quem in mari ac fluminibus numquam de-
ficere videmus. *Senec. lib. 6. Nat. quæst. 7.* Cuius principium †
30 anima statuitur, *Arist.1.de part.anim.1. Senec.6.nat.quæst.16.* Vt pro-
31 pterea † flumina & mare animalia esse statuerit *post veteres Hieron.
Cardan.lib.2 subtil. quem irridet Scalig.exer 52. Senec. lib.3.nat. quæst.
15. & lib.6.cap.14. Cælius Rhod. lib.26.antiq. lect. 17.* Poetæ etiam
tauris assimularint, *Calius lib.17.cap.33. Natal.Com. lib.7. mythol.
2.* alij etiam † homini, *vt Senec.d.cap.15. Forcat.in Necyom. dial.85.*
33 Motus est † internus vel externus. *Scalig.d.exer.52.* Ille à natu-
rali aquæ cursu prouenit, qui nunquam in suo statu persistit, sed
34 semper fluit † ac refluit & ad inferiora decurrit. *leg.1.de aqua pluu.
Arist.2.meteor.2. De quo Ouid.15.metam.fabul.3.*

—— neque enim consistere flumen

Nec

Nec leuis vnda potest, sed vt vnda impellitur vnda,
Vrgeturque eadem, veniens vrgetque priorem &c.

Et Horat. 1. epist. 2.

—Exspectas, dum defluat amnis, at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.

Adde Senec. epist. 70. Ac velut homo † corpore & anima con- 35
stat: sic flumen alueum quasi pro corpore habet, quem et-
iam ventrem fluminis vocauit Bart. qui ita aquam continet, 36
sicut stomachus vinum, *vt Bald. loquitur in rubr. Institut. de R. D.*
numer. 27. quos refert Parmens. lib. 1. cap. 12. numer. 1. supra. cap. 12.
numer. 17. aquam pro anima, *leg. 1. §. in flumine, de flumin. For-*
cat. d. lo. sed & spiritus suos † ac occultos meatus habet aqua æ- 37
que vt terra, *de quibus Arist. 4. de mund. Plin. lib. 2. cap. 93. Senec.*
lib. 6. nat. quæst. 14. & 28. Cælius Rhodig. lib. 8. cap. 12. & 16. Na-
tal. Comes lib. 8. mythol. 2. quorum impulsu in diuersas partes a-
guntur flumina, vt inquieta sint & vagatione gaudeant. *Seneca*
d. lib. 6. cap. 16. & 21. Externus motus à casu fortuito incita-
tur, nempe à vento, tempestate, terræ motu &c. *leg. 24. §. 3. de*
damn. infect. Sed † ventos placidos esse oportet, idoneos & vti- 38
les, *vt in leg. vlt. C. de seruit.* Alij enim aliis ad promouendam
alluuionem præstant, pro diuersitate regionum. Tales sunt † Fa- 39
uonius: *de quo Plinius lib. 16. cap 25.* Zephyrus: *Ouid. 2. fast.* A
Zephyris mitior aura venit. Nostræ oræ auster † salutaris est, 40
licet sanitati hominum minus æquus, *Leuin. Lemn. lib. 3. de oc-*
cult. nat. mirac. 3. quem Aristot. 2. meteor. 3. Gell. lib. 2. noct. Attic. 22. cali-
dum & humidum ventum faciunt. Vt in eo falsum oporteat
Tacit. 2. annal qui hunc vt Frisiæ noxium descripsit, *obseruante Iu-*
sto Lipsio in comment. ibid. Ita ex Herod. lib. 4. refert Gell. lib. 16.
noct. Att. 11. austris in Africa aliquando flantibus aquam om-
nem illis in locis exaruisse. De Etesiis *Herod. lib. 2. & Tacit.*
6. annal. Flatibus Etesiarum implentur vada, hibernus au-
ster reuoluit fluctus, pulsoque introrsus freto, breuia

littorum

41 littorum nudantur. Vt nihil de sideribus † addamus, quæ & i-
psa in flumina non parum possunt, *Senec. lib. 3. nat. quæst. 26.* Ab ae-
re enim & principe rerum omnium caussa veniunt fluminum la-
psus & maris intumescentis æstus &c. *Arist. cap 6. de mundo.* Dein-
de sicut homo alimentis nutritur ac vicissim excrementa expel-
42 lit: ita flumen & mare † perpetua agitatione aerem ducunt, ter-
ram sorbent ac excrementa in vicinas ripas & littora egerunt.
Cælius Rhod. lib. 26. cap. 17. quia mare, vt omnis natura, expellit no-
43 xia & superflua. *Senec. 3. nat. quæst. 26.* Hæc est materia, † sine qua
generatio nulla nec à natura nec ab arte perficitur *Arist. 7. me-
taph. 7.* Quæ in littus eiecta, accedente solis calore, quo humi-
dum cum sicco condensatur, tandem in terram coalescit. Turbi-
dus enim liquor vim glutini præbet, *ait Plin. lib. 13. nat. hist. 12.* *Quod
sic expressit Virgil. 4. Georg.*

—— caua flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant.

Vnde fit, quod non solum limus, calx, arena, *l. 11. in fi. com. præd.*
44 sed etiam gemmę & † lapides, quos flumen naturaliter eructat, *l.
3. de A. R. D. § 18. Inst. eod.* alluuionem ingrediantur. *Parmens. lib. 1.
45 de alluu. 6.* vbi fluuios † auriferos recenset, Tagum Pactolum &c. I-
46 taque quo turpidior fluuius † ac plus materiæ defert, eo alluuio-
ni ac insularum productioni magis est accommodus. Quod ex-
emplis postea demonstrabimus. Atque hanc materiam videtur
insinuare ICtus *in l. 30 §. 1. de A. R. D.* verbis colluendi & alluendi.
47 Quia alias pura † & lympida aqua terram non parit, sed quoduis
48 elementum sibi simile producit. *Ideo Auson. eidyll. 9.* Mosellam †
ex puritate aquæ commendat, quod nec alluuionem nec insulas
recipiat.

Tu placidis prolapsus aquis, nec murmura venti
Vlla, nec occulti pateris luctamina saxi,
Non superante vado, rapidos reparare meatus
Cogeris, extantes medio non æquore terras
Interceptus habes, iusti ne demat honorem

Nominis

Nominis, exclusum si diuidat insula flumen.
Tu neque linigeris ripam prætexeris vluis,
Nec piger immundo perfundis littora cæno,
Sicca sed in prima adspergis vestigia lympha.

Huic materię accedit formalis † caussa, quam Pompon. exprimit *in d.l.30.§.2.* cum amnis ex imo alueo insulam paulatim producit. Quod ipsum cum alluuione commune habet, quæ & ipsa non nisi † sensim ac pedetentim procedit. *d.l.7.§ 1. de A. R.D.l.38. & ibi gl. eod.* hoc est minutatim, *c. extra fin. iussi, extra de præscript.* particulatim, *l.65.§.2. de l.2.* per partes, *l.10.§.7. quib. mod. vsusfr. amit.* κατὰ μικρὸν, *Arist. 1. meteor. 14.* à momento ad momentum, *l.6. de vsucap.* Ita vt si tota die diligentissime intuearis, tamen ex imbecillitate visus tam subtilia incrementa perpendere nequeas, *iuxta Azon. & gl. in d.§. præterea,* Sicut in cucurbitis animaduertere licet, quæ quantumuis citissime crescant, non ideo tamen augmentum earum discernere quisquam potest, lynceo ipso licet oculatior, *ait Parmens. lib.1 c.3.§.1. num.1.* Et hac differentia naturales insulæ à fortuitis ac manufactis potissimum distinguuntur, quarum incrementum † dum est in fieri, magis in oculos incurrit. Neque tamen excluduntur crustæ ac † cæspites terræ, quos sæpe Oceanus ad littora defert, & arena inuoluit, nobis inspectantibus, modo non integra terræ portio sine transmutatione auferatur. Hæc enim donec in cõspectu domini manet, vel difficilis eius persecutio non est, domini manet. *l.5. in pr. & §.4. de A.R.D. v. plura cap. seq. n.30.* Subiectũ † insularum, in quo generatio perficitur triplex esse *diximus cap. 4.* Mare, flumina, lacus. De fluuiis nulla dubitatio subest, cum illi tam alluuionem quam insulas recipiant, *d.l.7.§.1. & 3. de A.R.D.* Qui tamen inter se quoque differunt, vt alij aliis mutationi magis sint obnoxii. Quales sunt fluuij maiores turbidi, plurimum limi deferentes, vt Danubius. † *de quo Virgil. 3. Georg.*

49
50
51
52
53
54
55

Turbidus ac torquens flauentes Ister arenas.

De Boristhene *Pompon. Mela lib.2. cap.1.* De Pado † Italiæ flu-

mine *eleganter Lucan.lib.*6.Sed vt naturalem modum cum violento confundere videatur.

Sic pleno Padus ore tumens, ſuper aggere tutus
Excurrit ripas, & totos concutit agros,
Succubuit ſi qua tellus, cumulumque furentem
Vndarum non paſſa ruit, tum flumine toto
Tranſit, & ignotos aperit ſibi gurgite campos.
Illos terra fugit dominos, his iura colonis
Accedunt donante Pado.

57 Hic eſt Eridanus † fluuiorum Rex *vt vocat Virg.*1.*Georg.Turneb.*
*lib.*22.*aduerſ.*1.*Iornand.lib.*1.*de reb.Get.* auriferas arenas voluens, *A-*
*lex.ab Alex.lib.*3.*gen.dier.vlt.inſi.*

—— quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

58 *Virg.*4.*Georg.* ſed quem Æſchiles † imperite in Hiſpania collo-
cauit, Euripides Rhodano coniunxit, *Herodotus lib.*3.*vbi* ſit igno-
rat, vti eos coarguit *Plin.lib.*37.*cap.*2. Hinc nata fabula Phaeton-
tis in Eridanum præcipitati, *apud Ouid.*2.*metam.*3. nempe à calore
ſolis fluuii inundationes exſiccantis. *Nital.Com.lib.*6.*mythol.* i *Cæ-*
59 *lius Rhod.lib.*24.*cap.*12. De Nilo † *eleg.Ouid.*1.*metam.* 2. *& breuiter*
*Virg.*4.*Georg.*

Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

60 Cuius aqua genitalem † vim habet, vt non ſolum percolata in
potum vtilis ſit, ſed etiam fœminas fœcundas reddit. *Sene. lib.*3.
*nat.quæſt.*25.*& lib.*4.*c.*2. Vnde militibus vinum petentibus reſpō-
dit Peſcennius Niger: Nilum habetis & vinum petitis? *Ex Spartia.*
*Scalig.exer.*48. Eius inundatione recedente reperiuntur muſculi
inchoato opere genitalis aquæ terræque iam parte corporis vi-
uentes, nouiſſima effigie etiam terrena. *Plin.lib.*9.*cap.*58. Quo ar-
61 gumento primos homines apud ſe ſuapte ſponte coaluiſſe † ia-
ctabant Ægyptii, *teſte Diod.Sicul.lib.*1. Atque is turbidus defluens,
multumque ſecum limum trahens, & eum ſubinde apponens pri-
oribus terris, Ægyptum ſemper vltra tulit, *Senec.lib.* 6.*c.*20. *ſupra.*
*cap.*6.

cap.6.num.32. Totum mare Rubrum oblimaturus, si in eum alueum suum dirigeret *Herod.lib.2.* Quam tamen materiam ipse non aduersæ ripæ deradit, sed secum ex ignotis fontibus defert. *Senec. lib.4.nat.quæst.2.* Ideo fere nullus fluuiorum plures † aut maiores 62
insulas producit. *Plin.lib.5.cap.9.* Vt propterea à Nili † alluuio- 63
nibus ad alias alluuiones argumententur, & vbique idem ius valere velint *Imp.Theod.& Arcad.ad Cyrum P.P.in leg. vn. C.Theod. de allun.& pascuis ex qua desumta est l.fin.C.de allun.* Sed & Nigro † flu- 64
uio eadem natura, quæ & Nilo. *Pl.lib.5.c.8.& 9.* Item Euphrati *Pli.* 65
d.lib.5 c.26. De quo Cic de nat.Deo. Mesopotamiam fertilē efficit Euphrates, in quam quotannis quasi nouos agros inuehit. Cum tamen Euphrates Tigrisque non inuehant, sicut in Ægypto Nilus, sed ripis abradant materiam. *Plin.lib.18.cap.17.* Plures eius generis recenset *Herod.lib.2.Cicero d.lo.* Sicuti autem fluuij † fle- 66
xuosi in alluuionem magis inclināt: qualis Mæander, *de quo Plin. lib.2.cap.85.* cui Acheloum coniungit *Herod.lib. 2. Deriori Strabo:* Mæander † flexuosus est, quoniam alueus multas recipit muta- 67
tiones, & multum limum deducens, modo huic, modo illi ripæ adiicit. *Plin.lib.5.cap.29.* Ab his multitudo limi est, qua terras propagat mediisque iam campis Syrien insulam adiicit: Ita spaciosi † fluuij insulas potissimum producunt. De Gange *Curt. lib.* 68
8. Ganges † vbi mari rubro accipitur, findens ripas, multas arbo- 69
res cum magna soli parte exorbet, saxis quoque impeditur, quibus crebro verberatur. Vbi mollius solum reperit, stagnat, insulasque molitur. Id quod potissimum circa ostia fluminum contingit. Ita Albis † nullibi magis insulas producit, quam post 70
Sueuenæ ostia, vbi in duo brachia finditur. Ex quibus boreale Hamburgum, meridionale Harburgum alluit, & circiter 30. insulas interiectas complectitur *Chytr.lib.2.Saxon.cap.praced.num. 105.* Idem Visurgis † infra Bremam facit, vbi latissime diffundi- 71
tur. De Rheno insuloso *diximus cap. 13. numer.59.* Per eum totam † Hollandiam aduectam esse *scribit Scalig. exerc.49.* Quod 72
si angustus sit amnis, † ripisque vtrinque in arctum cogatur, 73

atque sic præcipiti cursu fundum excauet, insulas moliri nequit. Qualis Ister alicubi describitur à *Dion. Cass. in Traian.* Mare etiam
74 alluuionum † insularumque capax esse diximus, non profundum *de quo est in l. 9. de L. Pomp. de parric.* sed vadosum, in quo reciproca-
75 tio maris obtinet. Quale mare † rubrum describitur *ab Herod. lib.* 2. quod in eo quotidie reciprocatio aquarum contingat, & vadosum æstuarium sit. Vt Hebręi id siccis pedibus pertransierint, non tamē sine miraculo, *Exod. 14.* De insulis id indubiū † est, quas
76 etiam in mari generari *constat ex l. 7. §. 3. de A. R. D.* non tantum per recessum aquæ *de quo Ouid. 2. metam. 2.*

Et mare contrahitur, siccęque est campus arenæ.

Sed etiam per alluuionem, *d. l. 7. §. 3.* Vt sine caussa moueatur
77 de alluuione quæstio, an illa quoque † in mari obtineat? Quæ vt recte explicetur, factum à iure distinguendum erit. Aut quæritur vtrum in mari alluuionis incrementum φυσικῶς, quod de facto vocant Practici, contingat. Et sane stultum est de eo dubitare, cum (1) ipsa experientia testis omni exceptione maior id confirmet, *de qua Gædd. in cons. de allun. maris num. 160.* Confirmet item
78 (2) Philosophorum † princeps *Aristot. lib. 1. meteor. 14. & in problem. sect. 23. q. 29. quem post Baptist. Birnb. in summar. philosoph. citat Gædd. in d. cons. num. 85.* cui de re physica attestanti merito credendum *arg. l. 36. de solut.* Confirmet (3) *d. l. 7. §. 3. de A. R. D.* vbi generaliter insulæ marinæ ponuntur, quæ quatenus sunt naturales †
79 sine alluuione coalescere non possunt. Vt autem ad recessum aluei restringamus, non patitur sermonis proprietas, quo hic modus à priori distinguitur, *l. 30. §. 2. de A. R. D.* Imo (4) cum citius alluuio producatur, quam insula, sequitur id non minus in mari quā flumine verum esse. Quia in quocunque subiecto insula fieri potest, in eo etiam alluuio, ducto argumento à minori ad maius. Ni-
80 si alia ratio impediat, de qua supra dictum. Præsertim si mare † sit insulosum & vadosum, magis quam aliud. *Ita Plin. lib. 3. cap. 26.* Insulæ in Ausonio mari, pręter iam dictas, memoratu dignæ nullæ, in Ionio paucæ. *Et lib. 5. cap. 7.* Africæ maria non ita multas cōplectuntur insulas. Nimirum quia profundissima. *Arist. 2. meteor.*

*ttor.1.*Contra celebratur Ægæum mare, vtpote plurimis insulis
refertum.*De quo Virg.3.AEn.*

—crebris legimus freta consita terris.

Quinto: posita caussa † proxima & adæquata, ponitur etiam 81
effectus. Atqui caussa proxima alluuionis marinæ est æstus &
recessus maris, *de quo supra.c.2.num.28.* Æstus† enim materiam se- 82
cum deferens, eamque littori adiiciens, quam recessus relinquit,
incremento terræ caussam præbet. Eam autem materiam non
vno ex loco haurit, plerumque vicinis littoribus abradit, aliquã-
do etiam procul defert. Quandoque *iuxta Virg.3.Georg.*

—ima exæstuat vnda
Vorticibus, nigramque alte subuectat arenam.

Hæc quasi maris purgatio † & excrementorum reiectio est, di- 83
uersimode pro locorum temporumque diuersitate obtinens.
Maris enim hæc natura est, vt omne immundum stercosumque
littoribus impingat. *Plin. lib.2. cap.98. supra num.42.* Quædam
partes maris id statis temporibus faciunt, vt circa Messanam &
Mylas &c. *Senec. lib.3. nat. quæst. 26.* Regulariter omnia plenilunio
maria purgantur *Plin. d. cap.98.* Vnde purgamenta † maris vocat 84
Plin. lib.31. cap.4. & li.32. cap.11. in fi. eiectamenta maris *Tacit. de mor.
Germ.* Sub quibus etiam arena maris continetur; quæ proprie est
alluuionis materia *art.56. lib.2.* Landtr. *ibi: si qua insula ex arena nata
fuerit.* Hæc autem † copiosior est in mari vadoso, quam in flu- 85
mine: ex quo in littus eiicitur. Vt propterea sacra scriptura à
multitudine arenæ maris comparationem plerumque desumat.
Gen.22.n.17. Ierem.5.v.22. & cap.33.v.22. & pass. Homer. Iliad. ἴσα
ψάμαθός τε κόνις τε. Quantum arenæ pulicrisque est. *Quod repetit
Seneca de morte Claudij.* Vnde arena mari subiacere dicitur *in §.5.
Inst. de R.D supra cap.10. num.40.* Vt sic nullum sit dubium, quin
concurrentibus omnibus caussis, etiam alluuio à mari absolui
possit. Denique (6) hanc sententiam confirmat auctoritas † Dd. 86
*Schardij & Spigelij quos refert & sequitur Gædd. in cons. de alluu. maris. n.
110. & ad l.96. de V.S.* qui alluuionem vel maris vel fluminum faci-

unt. Et marinam quoq; agnoscũt *Curtius senior cons.56. in fi. Regner. Sixtin. vol. 2. consil. Marpurg. cons.14. numer.153. Barth. Capolla de seruit. rust.27. Conan. lib.3. comment.2. & 5. Tholosan. lib. syntagm.2. nu. 4. & cap.3. numer.2. & lib.20. cap.8. &c.* Alia est, & quidem iuris
87 quæstio, † anne hoc incrementum terris à mari adiectum, eodem iure censeri debeat cum illo fluuiali, vt vicinorum fiat, *iuxta d. l.7. §. præterea, de A.R.D. §. præterea, Inst. eod.* Quod affirmant *Goedd. in d. cons. numer.98. & seq. & in d. l.96. numer.8. Vesemb. Mynsing. Schneid. & Dd. vulgo ad d. §. præterea, Curt. Senior d. cons.56. Tiber. Deci. in resp.121. & 124. vol.2.* Moti hisce rationibus:. Quia allu-
88 uionis † ius est reale, prædio cohærenti ipso iure accedens. *Dd. ad leg. ad quod, de peric. rei vend.* propter vim & efficaciam consolidationis cum fundo principali. *leg.9. §. Alphenus, de damn. inf. de qua*
89 *infra cap.20.2.* Quia potissima alluuionis ratio in æquitate † consistit, quæ vult, illic esse commodum & lucrum, vbi est incommodum & damnum. *leg. secundum naturam, de R. I.* Iam autem
90 non solum flumina censitorum † vice funguntur, vt ex priuato in publicum & vice versa addicant, *leg.30. §. alluuio, de A.R.D.* sed etiam, & multo magis mare, quippe quod huius agros minuit, istius auget, atque eo modo non tam principis & iudicis vim exercet, *iuxta gl. in rubr. C. de cens. & cens. gl. in §. insula, de R.D. Bart. in tract. de alluu. verb. acquiritur. numer. 4. vers. sed huic rationi, Curt. d.*
91 *cons.56. numer.16. Tiber. Decian. d. cons.123. vol.3.* quam † Tyranni. Quæ argumenta pluribus persequitur *Goedd. d. lo.* Nos vt iure ciuili illa obtinuisse non diffitemur, ita hodie, postquam de con-
92 suetudine, maritima † incrementa ad regalia transierunt, proximo territorio ea accrescere volumus, vt superius probatum.
93 Atque in eo Comes Frisiæ Orientalis † contra quem consuluit Goedd. *in d. cons. de alluu. maris,* habuisset intentionem fundatam, maxime propter pacta, *de quibus supra cap.11. num.68. & seq.* nisi Aduocatus ipsius alluuionem marinam, quæ facti esset negasset, atque sic aliis disputationibus se inuoluisset. Nititur ille potissimum hoc argumento, quod Iustinia. Imp. *in d. §. præterea, Inst. de R.D.*

de R.D. fluminis tantum mentionem faciat, non etiam maris, *ex Parmen. d. cap. 2.* Ergo quod Imper. non dicit, nec nos dicere, & quod lex non cantat, nec nos cantare debemus, per vulgar. Respondet Gœdd. *in d. consil. num. 139.* ideo fluminis tantum mentionem fieri à Iustiniano, quod Romæ propter Tyberim, & in Italia propter Padum, Arnum, Parmam, & similia flumina frequentior quęstio fuerit de alluuionibus fluminum, † rarissime de alluuione maris, eo quod illis locis fluxus & refluxus maris vix sentiantur, aut certe non tales, quales sunt in Oceano, *de quib. Scalig. exerc. 50. & seq. Casman. in quæst. marin. p. 2. q 3. 10. & vlt. Vnde Tiber. Decian. in d. respon.* talem alluuionem in Italiæ solo non agnoscit, qualis est in his regionibus. *De quo diximus in præfat. numer. 73.* 94
Deinde: Ea quæ in iure nostro de fluminibus statuta † sunt, etiam mare includunt, *arg. l. 3. §. 17 de acquir. poss. l. littora, de contr. emt. leg. creditor, § fin. de act. emt. Consil. Marpurg. vol. 2. cons. 14. num. 158. Gœdd. in d. cons. numer. 111.* nisi specialiter † aliud cautum reperiatur, *per gl. in cap. vbi periculum, de elect. in 6.* vel alia subsit diuersitatis ratio. *Eberh. in top. in lo. 13. numer. 12. Gœdd. d. lo.* Quia ad amplitudinem rationis, ampliatur ipsa legis dispositio. *leg. 9. §. fin. de iur. & fact. Eberh. in lo. 79. num. 1. & seqq.* Quæ posterior ratio verissima est, eamque eatenus agnoscit Parmens. ipse *lib. 1. cap. 2. nu. 7.* vbi dicit fluminis appellationem † quandoque pro quauis cõgregatione aquarum accipi: sicuti viceversa maris † appellatione quandoque etiam fluuij continentur, *vt in l. 1. §. 1. de A. R. D l. 1. §. 3 de iust. & iur. pr. Inst. de I. N. G. & ciuili.* vbi pisces tam fluuiales quam marini intelliguntur. *l. 4. l. 5. de R. D.* Ita ICtus *in l. 9. de L. Cornel. de parric.* parricidam in mare profundum abiici constituit *Cicer. pro Roscio Amer.* in flumen. Quia vtrobique eadem ratio subest. Et mare quamlibet congregationem aquarum significat. *gl. in d. leg. pœna, 9. Bart. in Tiber. de insul. in pr.* Ita Seruius *explicans 1. AEneid. illa verba: it mare præruptum*, mare, inquit, id est flumen, quod, vt Varro testatur, accolæ mare vocant. *Couar. in relect. clem. si furiosus, in pr. numer. 12.* Hinc est quod dubitationis tollendæ caussa quandoque mare & flumina coniun-

99 coniunguntur, *vt in l.24.§.4.de damn.inf.l.30.§.3.de A.P.leg.3.§.17. eod.* Idque etiam in pœna parricidij obseruatum *in l. vn. C.de his qui parent.occid.§.6.Inst.de publ iud.* Vt intelligamus, in vsu iuris inter vtrumque aliquando nihil interesse. Nec sit dubium, *quin d.l.7.§ 1.* etiam alluuionem marinam includat. Quod vero obii-
100 citur, salsedinem † maris in caussa esse, quo minus illa materia in fertilem terram coalescere possit: illud vsque adeo non obstat alluuioni, vt etiam promoueat, quia aquam marinam crassiorem reddit, aqua tenui ac dulci Solis ardore exhausta *Arist.2.meteor.3. Plin l b.2.nat.hist.100.Cælius Rhod.lib.26.ant.lect.9.15.&16.* Quæ caussa est, quare mare glacie non constringatur, *Senec.lib.3.cap.25.* tutius nauigetur in mari salso, quam dulci. *Simon Maiolus lib.1.dier.canic.10.* & naues onustæ citius submerganturin flumine, quam in mari, *Arist.2 meteor.3.* Nimirum, quia mare crassum est, ac multum portionis terrenæ habet, *Arist.3.de generat.animal.11.* Quo crassior autem est aqua, eo ad alluuionem producendam aptior.
101 Vnde ipsa alluuio salis coagulationem † imitatur, *de qua Plin.lib.31.cap.7.* Ita etiam Nilus in alluuionem propensissimus sal defert
102 *Plin.lib.31.cap.8.Cæsar lib.4.de bell.Alex.* Et licet † incrementum alluuionis marinæ in principio sit salsum, quia mare multum maliciæ affert: *De quo Virg.2.Georg.*

Salsa autem tellus & quæ perhibetur amara.

103 tamen illa salsedo terræ vtilis † accedente temporis spacio pluuiis aliisque modis eluitur atque excutitur. *Arist.2.de histor.animal.2.Scalig. exerc.46.Gædd.in d.cons.num.95.&149.* Vt id fiat sumen terræ, vt Vbbo Emmius vocat. Quod apud nos experimẽto toties cognitum est. Et littora quoque continuo mari irrigata in fundo aquæ dulcis venas habere naturaliter Cæsar didicit *lib.4.de bell.Alex. Rationem reddit Arist.lib.2.de plant.2.* Aliam
104 sententiam de alluuione † marina habent *Capoll.lib.2.de seru.rust.27.num.4. & Parmens.d.lib.1.cap.2.num.8.&seq.* qui licet eam in facto non negent, tamen occupantis fieri, instar insulæ maritimæ censent, *non dissentiente Gædd.in d.cons.108*, Sed talis occupatio sicut in facto

in facto impossibilis est & contradictoria, cum id incrementum prædio vicino tamquam pars ipso iure accedat, vt non possit non possideri, *Parmens. lib. 2. de alluu. 8. n. 8.* neque alius quouis momẽto id quod natum est, occupare possit, *arg. l. 14. de seruit.* ita iuri & consuetudini contraria est *vt cap. 11. probatum.* Circa lacus † eadem 105
occurrit dubitatio: an illi quoque alluuionem recipiant? videntur id negare *Callistratus in l. 12. de A. R. D. Alfenus in l. 24. § fin. de aqua pluu. Proculus in l. 69. de contr. emt. Parmens. lib. 1. cap. 5.* Et ratio reddi potest, quia lacus † vtpote pigri & motu carentes, suos ter- 106
minos retinent, nec vni quid auferunt, vel alteri adiiciunt, *d. l. 2. Plin. lib. 31. nat. hist. 3.* Alluuio autem sine motu non producitur. *Donell. lib. 4. comment. 27.* Quo forte respexit *Borch. in d. § præterea*, quando ripas lacuum limitatorum agrorum instar esse voluit. Quod alias verum non est. Dd. † vulgo Iurisconsultorum verba 107
ad priuatos lacus restringunt, quasi illi alluuionem non recipiant, aliud si lacus sint publici, *vt Gl. fin. in d. l. 12. de A. R. D. Donell. d. cap. 27. Conan. 3. comment. 5. Cepol. lib. 2. de seruit. rust. 30. Quod non probat Gœdd. in d. cons. n. 149.* Nos distinctionem ex ipsa obiectione petendam esse putamus, ad quam respicientes Iurisconsulti regulam proposuerunt, ex eo quod vt † plurimum fit. Regulari- 108
ter enim lacus & stagna alluuionem non recipiunt, consequenter nec insulas, quia motu & materia carent, & perpetuam caussam non habent. *l. 28. de seruit. vrb.* Cessante enim caussa, cessat effectus. Neque tamen excluditur exceptio eorum, qui motui sunt obnoxij, ita vt fluxum & refluxum sentiant, *de quibus Scalig. exer. 50. & 51.* Quales sunt lacus † maiores, qui mari non solum 109
comparantur, *l. 112. de V. S.* sed etiam maria vocantur, *Bart. in tract. de insul. verb. quæ in mari, Cælius Rhodig. lib. 26. cap. 14. Cepoll lib. 2. cap. 26. Conar. in relect. clement. si furiosus, in pr. n. 12. Quos Virgil. lib. 2. celebrat.*

Anne lacus tantos? te Lyri maxime, teque
Fluctibus & fremitu assurgens Bennace marino
Commemorem?

Vt non sit dubitandum, quin in his quoque (cæteris tamen pari-
bus) ius alluuionis agnoscatur, cum perpetuam caussam & motũ
habeant. *arg. l. 1. §. 3. 5. & 7. de flumin. l. 1. §. 3. vt in flum. publ. nau. l.* . *§.*
vlt. de rip. muni. d. l. 112. de V. S. vt etiam insulas recipiant, *supra. c. 3. n.*
110 *2.* Quod maxime obtinet in lacubus † illis, quos flumina pertran-
seunt, vt exempla aliquot recitat *Plin. lib. 2. cap. 103.* Quia vix est, vt
non aliquid ex motu & materia fluminis participent lacus. Alia
ratio est lacuum & paludum motu carentium, nec perpetuam
caussam habentium, *d. l. 28. de seruit. vrb. d. l. 12. de A. R. D.* Cuius-
111 modi aquæ † pigræ ac stantes profluenti opponuntur *à Plin. lib. 31.*
nat. hist. 3. Arist. 2. meteor. 1. Cælio Rhodigin. lib. 26. ant. lect. 14. quem re-
fert Claud. Millenillo. ad regias aqua. constit. in pr. Quod est vitium a-
quarum vt propterea in potum salubres non sint. *Plin. lib. 31. cap. 3.*
Illæ enim non solum æstate plerumque deficiunt, *l. 1. § 2. de flumin.*
l. 1. §. 4. vt in flum. publ. De quibus *Virg. 3. Georg.*

Postquam exusta palus, terræque ardore dehiscunt.

112 Sed quandoque etiam prorsus † exsiccantur & exarescunt *d. leg.*
28. de seru. vrb. l. 12. de A. R. D. quem textum male corrigit Cuiac. in not. ad
§. 20. Inst. de R. D. De quibus *Ouid. 15. metam.*

Eque paludosa siccis humus aret arenis,
Quæque sitim tulerant, stagnata paludibus hument.

113 Quod quando contingit, id non alluuionis † incrementum,
sed aluei, siue, *vt magis proprie Saxon. art. 58. lib. 2.* Landtr. *in fi.* palu-
dis exsiccatæ dicendum est. Quales sunt paludes ad frugum fer-
tilitatem redactæ *in l. vlt. C. de allun.* Hæc ergo coniunctim ad allu-
114 uionis † perfectionem requiruntur, nempe subiectum & quidem
habile, caussarum concurrentia, & priuatio siue decrementum
præcedens. Quia generatio fieri nequit, nisi corruptio præcesse-
115 rit. *infra cap. 29.* Neque tamen obest, si ignoretur † vnde mate-
riam alluuionis accipiat mare, vel flumen, quia non vnde originẽ
habeat, sed an incrementum aliquod accedat, spectandum est,
vt in simili rescripserunt Imp. in l. non nude, C. si cert. pet. Gædd. in d. cons.
n. 94. Vnde recte docet *Parmens. lib. 1 cap. 4. n. 1. & seq.* per alluuionẽ
adiectum dici, etiamsi vnde sit ignoretur. De perfectione insu-
læ

læ naturalis quæstio mouetur *à Bart. de insul. verb. in flumine nata*, quando insula sit † perfecta, vt vero insulæ nomine appellari pos- 116
sit? Quamuis vero indubium sit, in casu quem proponit *Hig. lib. 2. quæst. vlt. n. 9.* † originarium insulæ statum inspiciendum esse, 117
per d. l. 30. §. 2. vers. duobus: ibi: cum primum extitit. tamen id de origine non inchoata, sed consummata intelligendum esse verba præteriti temporis, fecit, auxit, extitit à Iurisconsulto vsurpata arguunt. Et Gaius *in d. l. 7. §. 3.* natam insulam dicit non nascentem vel nascituram. Neque enim potest res † perfecta vel ab- 118
soluta dici, cui aliquid adhuc deest *l. 1. §. vlt. quod quisque iuris. l. 1. §. 1. & ibi Gædd. de V. S. l. 130. § 1. eod. l. 22. de aur. arg. leg. l. 1. C. de his quib. vt indign.* Et nulla res consummata est dum incipit, *ait Senec. lib. 6. nat. quæst. 5.* Quod tamen tam rigide accipiendum non est, quasi insula perfecta negetur, quam iam extantem amnis alluendo augere non cessat. Sic enim numquam forte absolueretur. Vt vt enim naturæ opera semper † perfecta sint, & cum ad summum 119
perueneris, non est incremento locus; *Senec. epist. 79.* & plenitudo non indiget adiectione, *cap. bene quidem dist. 96* vt propterea ἀποτελέσματα dici debeant, *l. 5. §. 1. de V. S.* tamen perfecto perfectius, & bono melius esse potest. *l. 75. in pr. de V. O.* Itaque tum perfecisse videbitur natura, cum ita consummatur vt iam † in vsu hominum 120
esse, *l. 39 §. 1. de V. S.* & sic eius finis obtineri possit, quæ propria est perfectionis nota. *Gædd. de contr stipul. c. 1. n. 8.* Quomodo autē id obtinet? inquis. Bartolus tum perfectam censeri voluit, si priori æstate supra aquam steterit Quia ante dubitari potest, an sit locus propter æstum exsiccatus, an vero insula, *arg. leg. 1. §. is autem, ff. ne quid in lo. publ. supra cap. 12 numer. 14.* Sed hoc non † probat *Parmens. lib. 1. cap. 14.* qui id ex hiberno tempore po- 121
tius æstimandum censet. Cum enim † alueus fluminis magis 122
æstate, quam hyeme consideretur, *Gilman. 2. decis. 33. numer. vlt.* quia de hyeme crescit aqua, quæ non est manens. *Socin. cons. 79. super quæstione, in fi. vers. ex quibus concluditur. vol. 3.* Caussam reddit *Aristot. 1. meteor. 13. & 2. meteor. 3.* tum hic illud tempus spectandū est, quo flumina altius intumuerunt, & *vt Iurisconsultus*

loquitur, in l. 3. ne quid in flu. publ. plenissima sunt. Tunc enim si emineat insula, perfecta videbitur.. Sed hæc quoque nota perpetua non est, cū alicubi † flumina æstate sint maiora, quā hyeme, vt de Athesi in agro Veronensi aucto propter liquefactas niues testatur *Capoll. lib. 2. de seruit. 34. n. 6* Thraciæ flumina vere & prima æstate intumescunt, deinde hibernis minora sunt.. Idem de Rheno, Rhodano, Istro, ac Caistro affirmat *Seneca lib 4. nat. quæst. 2.* Et Nilum hyeme tenuem ab ipso æstiuo solstitio augeri constat *ex Herod. lib 2. Senec. lib. 3. q. 26..* In quo Danubius ipsi comparatur, *Seneca d. lib. 4. ca. 1.* Simile quid de India æstatem cum hyeme permutante *Curt. lib. 8.* In huiusmodi ergo fluminibus non Parmensis sed Bartoli doctrina prævalebit. Neque à supereminentia terræ satis firmum iudicium sumitur: Nam Planaria insula maris

124 † Ligustici æqualis est mari, eoque nauigiis fallax. *Plin. lib. 3. ca. 6.* Quinimo quædam totæ sub aquis occultantur, vt Tylos statis temporibus *Plin. l. b. 12. cap. 10.* Et in Indico mari æstus insularum syluas operit, licet platanis populisque altiores. *Plin. lib. 13. in fi.* Idem de Chaucorum insulis *Plin. lib. 16. cap. 1.* Quod si ergo in his

125 altissimus fluminis maris ue æstus considerari deberet, littorum † non insularum loco habendæ essent. *arg. l. 96. l. 112. de V. S. §. 3. inst. de R. D.* Tunc enim *quod Tacitus de Frisia ait. 1. annal.* opplentur terræ ita vt eadem freto, littori, campis facies. Nisi quatenus æstus per aggeres excluditur. Si vero recessus maris, fluminisque æstiualis cursus spectandos, *iuxta l. 1. §. 8. ne quid in flum. quod. lit* tum etiam arenæ sub aquis latentes ac subinde emergentes insulæ dicendæ essent. *Lucan. lib. 4.*

— tum se decliuibus vndis

Æstus agit, refluoque mari nudantur arenæ.

126 Cuiusmodi plures Visurgis † Oceanum intraturus producit, sub æstu maris occultatos, recessu vero apparentes, tanta inconstantia, vt singulis fere annis locum mutent, non sine nauigantium detrimento. Quas tamen arenas ab insularum censu eximimus *cap. 2.* Aliam notam suggerit nobis Noe Meurer *in tract.*

127 von Forstrecht. *part. 5.* si insula gramine & vlua obduci † incipiat, vt ad

vt ad pascua pecorum sit apta, vel etiam siccis pedibus permeari possit ibi : Kißgrund im Rhein / der mit Graß vnd Holtz nicht bewachsen/ist von Insuln vnterscheiden / &c. *vide supra c. 2. n. 26.* Sed hæc quoque licet sit vtilis & bona, apud nos præsertim, non tamẽ vbique obtinet, cum quædam insulæ, ita sint † petrosæ, vt nec gra- 128
mina producant. Sed *vt Virg. 1. eclog. describit*

lapis omnia nudus
Limosoque palus obducat pascua iunco.

Quædam ita humidæ & arundinetis obsitæ, vt auibus tantum nidos præbeant, & siccis pedibus intrari nequeant. *l. 11. de instr. l.*
Cum ergo tanta sit varietas † circa insulas, quanta est pretiorum 129
diuersitas per singulas fere regiones: *l. 3. quod cert. lo. l. 63. ad L. Falcid.* tutius fuerit, opinioni † circumcolentium ac rusticorum id 130
æstimandum permittere; *arg. l. 1. in pr. de flum. n.* Quo ipse Bart. tãdem delabitur. *Sequitur Bapt. Aymus. d. lo. & Capoll. li. 2. de seru. rust. 33. n. 4.* Quippe quorum earum rerum peritia est. *gl. in d. §. præterea, ad fi. Inst. de R. D. el. g. Petr. de Vbald. de societ. part. 5. q. 28. n. 3. c. praeced. n. 43.* Ita tamen vt ex hac opinione rusticorum arbitrium iudicis informetur, *de quo Menoch de arb. iud. quæst.* Cum vero per alluuionẽ insulæ † naturales primi modi, tam marinæ, quam fluuiales pro- 131
ducantur, *d. l. 7. §. 3. l. 30. §. 2. de A. R. D.* ideo eadem quoque iura vtrobique tam circa insulas quam circa alluuionem recepta sunt *in d. l. 7. §. 1. & 3.* Nimirum quia generali alluuionis † nomine et- 132
iam insula comprehenditur, *vt in l. 2. pro suo. l. 16. de A. R. D. iunct. l. 1. §. si insula. de flumin. Parmens. lib. 2. de alluu. 1.* Vnde iura de alluuione loquentia etiam ad insulas trahi † possunt, nisi in his diuersum cõ- 133
stitutum sit, vel diuersa ratio militet: *arg. leg. 6. de leg. 3. Heig part 2. quæst. vlt. n. 70. & seq.* At inquis, ICtus in *d. l. 7. §. 1. & 3. & Imp. in §. 20. & 22. Inst. de R. D.* alluuionem ab insula distinguunt. *Et tu ipse supra cap. 2. n. 26.* Respondetur enim alluuionis nomen modo generice, modo specifice, modo latius, modo angustius accipi. Generaliter pro omni incremento aquatico Et sic etiam insulas cõprehendit. Quæ *Cicer. 1. de orat.* circumluuionum iura appellat.

Specialiter pro illo incremento quod lateri siue margini ripæ apponitur, *de quo est in d.l.7.§.1.& §.præterea, Inst.eo* Et sic insulā excludit. Deinde latior est alluuionis significatio physica, † quam
134 iuridica, *supra n.14.* Neque enim insula naturalis primi modi ab alluuione quoad caussas differt, sed tantum quoad effectum. Alluuio enim fundo existenti accedit, insula per se seorsim subsistit.
135 Vnde illa differentia † nascitur, quæ est inter accessoriū & principale. Interpretes alluuionis incrementum latens & vnitum,
136 insulæ vero patens † & distinctum vocant, *arg.l.fundi, 9.§.4. & ibi Angel.de vsufr Bart.in L.Iulianus, 135.§.si Titius, 14.de act.emt. Specul.de emphyt §.1.n.157. Tholos.lib.20.synt.8.n.8.in fi. Parmens.lib.2. de alluu. 10.n.2.* Quam differentiam licet in Emphyteuta non admittant Dd. & recte quidem, *Borch.de feud.cap.3.n.13.& ib.all.* ipsa tamē distinctio verissima est, quippe quam præter *d.l.9 §.4.* ipsa rei eui-
137 dentia confirmat. Atque ex hac differentia † aliæ oriuntur diuersitates, nempe quod alluuionis incrementum est vnitum ac continenti agro adhærens, insulæ vero separatum ac per se subsistens, *d.l.9. §. 4. de vsufr. & ibi Angel. & Bart. Idem Bart. in l. Iulianus 13. §.si Titius, de act. emt. Alex.conf.25.lib.7.* Vnde vnitorum vnita, & separatorum separata ratio esse debet, *Bald. & Angel. ad d. leg. 9. §. 4.* Quod alluuio fundo vnito in infinitum accedit, insula saltem vsque ad medietatem fluminis. *d.l.7.§.1. & 3.* Quod posses-
138 sio alluuionis † sine noua apprehensione agri coniuncti domino accedit, non etiam insulæ *supra n.104 Consil. Marp. vol.2. cons.14.n.*
139 *2.8.* Quod alluuionis † incrementum difficile est probatu, *Corne. cons.191 n.10.l b.3.* cum id non nisi per testes rusticos & vicinos, deponentes se vidisse huius agrum paulatim minui, illius aboleri, probetur, *Parmensis l.b.1.cap.4. Mascard. de probat. concl.81.* cum insula in oculos incurrens per ocularem inspectionem facile probetur, *per ea quæ habet Rosenth.concl.43.n.171.* Quod alluuionis incrementum seruituti magis obnoxium, quam insula, *de qua infra cap.26* Et quę plura alia colligi possunt ex differentia specifica insulę. *supra cap.2.* Interim circa caussas hæc quoque differentia est,
140 quod alluuio † facilior est, quam insularum productio, *Parmens. l. 1.cap.*

1.cap.5.n 9. Nimirum quia omne initium † graue. l. Ethic.7. Et fere potissima pars cuiusque rei. l.1. & ibi Cor'ʃ. de orig. iur. Imo dimidium operis ʃ. poht. 4. & in problem. sect. 10. q. 15. Erasm. in prouerb. Chil. 9. adag. 155. Borch. de feud. cap. 2. Et semper facilius est rei iam existenti aliquid addere, quam de nouo inuenire. Neuiz. lib. 1. sylu. nupt. Quod ipsum etiam naturæ vsu venit, quæ arte vel casu vt plurimum adiuuatur. Pertinent huc arcana physica † vt qui insulam velit, flumen latissime diffundi ac euagari sinat. Qui non velit: fluminis alueum constringat & in arctum cogat. Item qui alluuionem velit, fluuium incuruet. Qui non velit: contrariam rationem ineat. De quibus arcanis proprio capite agemus. 141 142

CAPVT XIX.

De inuentione Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Inuentio casualis acquirendi modus.*
2 *Thesaurus donum fortunæ.*
3 *Inuentio proprie ad remotiores insulas pertinet.*
4 *Inuentioni inseruiunt nauigationes.*
5 *Nauigatio à quibus inuenta?*
6 *Adamus qua in regione creatus?*
7 *Noachi arca nauis instar.*
8 *Occasio inueniendi naues.*
9 *Iaphetus maris ac insularum dominator.*
10 *Animalia pro ducibus assumta.*
11 *Francofurti vrbis etymon.*
12 *Ethnicorum fabulæ.*
13 *Animalia quomodo post diluuium in insulas peruenerint?*
14 *Animus sibi habendi ad inuentionem requiritur.*
15 *Peregrinatio dominium non tribuit.*

16 *Errores Vlyssis & AEneæ.*
17 *Peregrinationes triplici fine instituta.*
18 *Studiosi amore scientiæ exules fiunt.*
19 *Peregrinationes Philosophorum.*
20 *Nauigationes pro inuestigatione nouarum terrarum institutæ.*
21 *America quomodo inuenta?*
22 *Insulæ à primis inuentoribus denominatæ.*
23 *Corporalis apprehensio alterum inuentionis requisitum.*
24 *Occupatio inuentioni cohæret.*
25 *Possessio an oculis apprehendi possit?*
26 *Possessio præsens è longinquo apprehendi potest.*
27 *Glossæ opinio reprobatur.*
28 *Inuentio cum effectu accipienda est.*
29 *Res inuenta debet esse nullius.*
30 *Res à flumine inuectæ cuius sint?*
31 *Parmensis sententia recitatur.*
32 *Res inuenta suo domino restituenda est.*
33 *Res pretiosiores ad regalia pertinent.*
34 *Casus crustæ auulsæ atque alio deportatæ.*
35 *Chaucorum insulæ natantes.*
36 *Sententia iudicis defenditur.*
37 *Res nostra nondum alieno solo coalita vindicari potest.*
38 *Modo id fiat sine alterius damno.*
39 *Lusitani orientales insulas sibi vendicant.*
40 *Insula nondum occupata, nondum acquisita.*
41 *Orientales insulæ Romanis cognitæ.*

1 DICTVM est, inuentionem quasi casualem † esse acquirendi modum, quia tota in casu ac fortuna posita est. *l. 3. de A.R.D. §. 15. Inst. eod. Domin. à Soto lib. 5. de iust. & iur. q. 3. art. 3.* Ita enim thesaurus per inuentionem dominio nostro adiicitur, *§. 39. Inst. eod.* cui licet etiam factum aliquod insit,
2 præualet tamen casus, vt merito † fortunæ donum dicatur à ICto *in l. 63. §. 1. de A.R.D.* siue vt magis Christiane ab Imp. *in l. vn. C. de thesaur.*

thesaur. Dei beneficium. Qui modus proprie † ad remotiores in- 3
sulas marinas pertinere videtur, quæ ante occupari non possunt,
nisi prius inuentæ fuerint. Cui potissimum inseruit † nauiga- 4
tio, absque qua insulæ, remotiores præsertim, inueniri aut adiri
nequeunt. *arg. Nou. 49. in pr.* §. 2. Per eam enim multæ terræ aper-
tæ, quæ antea ignotæ fuerant. *De quibus ita Manil. lib. 1.*
astron.

Tumque in desertis habitabant montibus, aurum
Ignotosque nouus pontus subduxerat orbes &c.

Hinc nauigiorum inuentum insulanis tribuitur, licet non iis-
dem ab omnib., vulgo id Tyriis † ac Phœnicibus tributum olim, 5
de quibus Pomp. Mela lib. 1. cap. 6. *Plin. lib. 5. nat. hist.* 12. *& lib. 7. cap.* 6.
Rheinec. part. 1. synt. in regn. Phœnicio. Tibull. lib. 7.

Vtque maris vastum prospectat turribus æquor,
Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Alij Æginę incolis ex formicis ortis, *de quibus Hesiod.*

Hi salsas primum sulcarunt puppibus vndas.

Natal. Comes lib. 3. mythol. 9. Alij Cretensibus, *vt Strabo li. 10. Geo-*
gra. Alij aliis, *de quibus Diod. Sicul. lib. 6. Cœlius Rhodig. lib. 18. ca. vlt. Na-*
tal. Com. lib. 2. cap. 8. Muret. lib. 1. variar. 11. Polyd. Virgil lib. 3. de rer. in-
uent. 15. Sed certum est, prius è continente in insulas nauigatum
fuisse, quam ex his in illā. Licet obscurum sit qua in regione pri-
mus homo, Adamus † creatus à Deo fuerit, quod Veteres Syriæ tri- 6
buunt, & quidem agro Damasceno, *Tholos. lib. 20 de Rep. 1. num. 1.*
Gobelin. in Cosmodr. æt. 1. cap. 7. Goropius etiam Indiæ, *lib. 5. orig. quem*
tamen refutat Frider. Tilem. in discurs. philol. fol. 121. tamen apud om-
nes inconfesso est, non in insula id factum. Si ergo è continen-
ti primum in insulas traiectum *Gen. 10.* naues quoq; in continenti
primum inuētas & fabricatas esse oportet. Quarū primum inuē-
torem Noachum † statuimus *Gen. 6.* cuius arca nihil aliud quam 7
nauis fuit, sicuti etiam appellatur *Sapient. 14. ex Beroso Ioseph. lib. 1.*
cap. 5. cuius reliquias suo tempore in monte Armeniæ conspectas
prodidit Ioseph. d. loco, attestante id quoque post Hython. cap. 9. Paulo Ve-

neto lib. 1. cap. 13. Hæc enim posteris audaciam præbuit fragilem
8 truci † committendi pelago ratem, *vt Horat. canit lib. 1. carmin. 3.* Quo referri potest quod *Plin. lib. 7. scribit* primum inuentis ratibus in mari rubro inter insulas ab Erytra Rege nauigari cœptum. Vt ita paulatim longius à terra recedere ausi, tandem va-
9 sto mari se commiserint. Ita enim Iapheti † posteri (quos Horat. audax Iapeti genus vocat) primi in insulas transmiserunt. *Gen. 10. v. 5.* Quam historiam fabulæ poëtarum inuoluentes, in diuisione trium fratrum, Iouis, Plutonis ac Neptuni, huic maris dominatum obtigisse fingunt, *vide Natal. Com. lib. 2. myth. 1. & 8. Lactant.*
10 *lib. 1. cap. 11.* Sed & brutorum † animantium industria quandoque aliquid contulit ad inuentionem insularum ac terrarum nouarum. Vt etiam pro ducibus assumta sint. Ita Taurus insulæ Corsicæ fertilitatem prodidit, solitus cottidie pabuli caussa de partibus Liguriæ ad illam transnatare & redire probe saginatus. *Comment. ad Solin. cap. 10.* Idem animal Cadmo Bœotiam monstrauit *Ouid. 3. metam.* vt ideo angustus aquæ transitus boui peruius Bosphorus dictus sit. *Solin. c. 23. supra, c. 3. n. 52.* Ita cerua Hunnorum ductrix trans paludem Mæotidem fuit. *Iornand. de reb. Get.* Itẽ Carolo M. Mœnum transituro, *de quo Dithmar.*
11 *li 7 hist. Merseb. Gobel. in Cosmod. æt. 9. c. 38. Vnde* Francofurtum † vrbs denominata putatur. *De qua Gunth. lib. 1.*

> Teutonus accola dixit
> Franckofurt/ nobis liceat sermone Latino
> Francorum dixisse vadum.

Sed & Cygnus Græcis terram demonstrauit. *Pompon. Mela l. 1.* capræ Carano Regi Macedoniæ imperium *Iustin. l. 7.* Et quæ alia
12 de Argonautis † fabulantur poëtæ, *de quibus vide Nat. Com. lib. myth. 8. & seq.* Quod in Ethnicis mirandum non est, cum etiam Christiani aliquando expeditionis in terram sanctam Duces anseram & capellam diuino spiritu afflatam iactauerint, sicuti id detestatur *Chron. Hierosolym. libr. 1. cap. vltim. & ibi Rei-*
13 *ner. Reinecc. in not.* Pertinet huc quæstio, quomodo † post diluuium ani-

animalia ad insulas iterum peruenerint, cum cætera omnia deleta sint? *De qua Augustin. lib. 16. de ciu. Dei. 7.* Possunt quidem credi, inquit, ad insulas natando traxisse, sed proximas. Sunt autem quędam tam longe positæ à continentibus terris, vt ad eas nulla videatur natare potuisse bestiarum. Quod si homines eas captas secum adduxerunt, & eo modo vbi habitabant, earum gratia instituerunt, venandi studio fieri potuisse, incredibile non est, &c. *Refert Simon Maiol. lib. 1. dier. canic. 14.* Ne autem animalibus quoque hunc titulum acquirendi dominij tribuere videamur, tribus requisitis inuentionem circumscribemus. Primum sit, animus † sibi habendi, quippe sine quo nulla inuentio proficit, *l.* 14
1. de A. P. Hoc est affectio & opinio domini. *l. 22. de nox. act.* Quæ licet ad possessionem nihil facit, *vt contra alios probat Iohan. Vaud. q. 3.* tamen ad dominij acquisitionem omnino requiritur, *arg. leg. 55. de O. & A. leg. 3. §. 8. de cond. causs. dat. leg. 9. de A. R. D. leg. 60. de V. S.* Itaque si qui inter peregrinandum † casu forte ad ignotas terras 15
insulasue deueniant *vt in leg. 15. de publ.* dominium earum non acquirunt, quia non eo fine ducuntur. *leg. non omnis, 21. & ibi Dd. de reb. cred. Frider. Pruckman. de regal. cap. 5. numer. 105.* Ita D. Paulus ad insulam Mylete in mari Hadriatico delatus *Act. 27. & 28.* Et noti sunt errores † Vlyssis eiusque æmuli Æneæ, quorum il- 16
los Homerus, hos Virgilius carminibus celebrarunt. Remansit nomen Planesiæ insulę ab erroribus Vlyssis, Ithacesiæ ab eius specula, *Solin. cap. 10.* Triplici autem fine plerumque instituuntur † peregrinationes, vel lucri, vel scientiæ, vel militiæ caussa. Pri- 17
mus mercatores & nautas, imo maiorem hominum multitudinē concernit, quæ aperto quodcunque est mari hospitalique littorum omnium appulsu nauigat, sed lucri non scientiæ gratia, *dicente Plin. lib. 2. nat. hist. 46. Adde Senec. consol. ad Helu. cap. 6.* Secundus finis ad Philosophos, Historicos, Cosmographos, imo studiosos † omnes pertinet, qui amore scientiæ exules facti semetipsos diuitiis exinaniunt, *vt loquitur Imp. Frider. in auth. habita,* 18
ne filius pro patre. Hāc ob caussam olim † Solon, Plato, Homerus,

Hero- 19

Herodotus & alij in Ægyptum peregrinati. *Et Diod. Sicul. lib. 1. biblioth. in pr.* scribit se multis difficultatibus maiorem Asiæ & Europæ partẽ peragrasse, vt inspectis locis certiora litteris mandaret, quam vel Xenophon, vel Thucydides, qui ignorantia locorum sæpe aberrarint. De quibus peregrinationibus recte instituendis extat libellus, non inelegans Iulij Bellij Iustinopolitani. Ter-
20 tius finis ad † inuestigandas nouas terras instituitur, qui plerumque animum acquirendi & occupandi coniunctum habet. Ita Iulius Cæsar Orbem terrarum per Geographos describi curauit, *Naucler. gener. 62.* Augustus omnem Germaniam circumnauigari, *Plin. lib. 2. cap. 69.* & per Dionysium Alexandrinum Geographum totum Orientem describi *Plin. lib. 6. cap. 27.* Quæ omnia propter ordinationem Imperij facta. Ita patrum memo-
21 ria † America inuenta est à Christophoro Columbo Genuensi circa Annum 1492. & post ab Americo Vespucio repetita, à quo etiam nomen sortita est. *Volaterra. Sabellicus Abbas Vrspergens. Chron. Carion. lib. 3.* Iaponiæ insulæ ab Antonio Mota aliisque Iesuitis in-
22 uentæ. *Thuan. lib. Su.* Plerumque enim à primis † inuentoribus denominantur insulæ; *de quibus Gobel. in Cosmodiat. 1. cap. 5.* Ita Sicilia à Siculo, Corsica à Corso, Sardinia à Sardo Ducibus appellatæ. *Paul. Diac. lib. 2. de gest. Longob. 22.* Sed & Franciscus Draco nobilis Anglus totum orbem circumnauigauit, *Meteran. in chron. Belg. Thuan. lib. 84.* quem tamen propiratam habet *Muntozius ad Escobar de ratiocin. lib. 1. cap. 25. n. 22.* Posteriores hæ nauigationes etsi insulas ac nouas terras nobis aperiant, dominium tamen earum non acquirunt, nisi possessionem animo acquirendi & occupan-
23 di ingrediantur. Alterum requisitum est † corporalis apprehensio insulæ. Sola enim inuentio nihil prodesset, nisi hæc quoque accederet, quippe sine qua dominium nullum consequi possumus. *l. 1. de acquir. poss. l. 2 pro derel.* Vnde etiam inuen-
24 tioni † plerumque occupatio coniungitur, *in l. 1. §. 1. de A. R. D. l. 1 pro derel. l. 13. C. de fideiuss.* & à Grammaticis vtrumque vocabulũ pro eodem ponitur. *Non. Marcell. lib. 4.* licet ab inuentione tamquam à priori modus hic denominetur. *d. §. 18. Inst. de R. D.* Neque obest

obest, quod etiam oculis possessio † rerum in conspectu nostro 25
positarum apprehendi dicitur, *in l. 1. §. 21. l. 18. §. pen. de A. P.* vt nihil intersit oculi an pedes in alienum immittantur, iuxta Xenocratis dictum *apud Plutarch. quod refert Cuiac. 1. obs. 31.* Quia illic traditio à volentibus dominis facta præsupponitur absque qua vacua & inanis esset oculorum immissio in † res alienas, cum ne 26
solo quidem animo possessionem adipiscamur. *l. 3. §. 1 & §. 3. de acquir. poss. l. 8 eo. l. 353. de R. I.* Alioquin obsessi ab obsidentibus prius oculis quam manibus occuparentur. Imo non solum sapiens, *iuxta Senec. lib. 7. de benef. 6. in fi.* sed etiam auarus omnia animo possideret. Decepit hæc ratio † Accurs. *in §. item lapilli. Inst. de* 27
R. D. quod putaret, solum visum ad acquirendum thesaurum sufficere, etiam tactu non accedente. *Quem Cynus Bald. & Dd. cōmun. in l. item lapilli, 3. de R. D. reprobant. Aluarot. ad c. vn. quæ sunt regal. num. 8. Cuiac. 11. obs. 38. Forner. lib. 2. select. 26. Duar. ad l. 1. de A. P. Conan. li. 3. comm. 3. num. 4.* vbi dicit inuenire esse in rem venire, eiusque possessionem nancisci, sicuti reperire amissum recuperare. Itaq; inuentio cum effectu accipienda est, *l. 5. ne quis eum qui in ius.* de eo 28
quod occupatum est, & in dominium nostrum peruenit: *l. 13. de fideiuss.* Tertium inuentionis † requisitum est, vt res inuenta sit 29
nullius, quia alias inuentori non acquiritur. *l. 3. de acquir. poss.* Neque enim potest res fieri mea, nisi desierit esse tua. *l. 1 pro derelict.* Quia vbi nulla priuatio facta est, ibi nec recipi potest habitus. *Eberh. in top. in lo. 26.* Vbi ergo insulæ vel iure vicinitatis ad vicinos, vel iure regalium ad dominos terrarum pertinent, ibi inuentio locum non habet, quia ipso iure illis acquiruntur. Hisce præsuppositis facile est de quibuscunque quæstionibus propositis respondere. Qualis est illa, de rebus à flumine inuectis, † an 30
iure alluuionis agro, in quem deferuntur, an vero iure inuentionis occupanti acquirantur? *Bart. in Tyber part. 1. verb. adiecit*, distinguit, quod prius verum sit, si solo cohæreant eique infixa sint, posterius si solo non cohæreant. *Sequitur Bald. in rubr ff. de R. D.* Sed hac reprobata † *Parm nf. lib. 1. cap. 6.* aliter distinguit, vt quæ flu- 31
mina secum naturaliter trahere consuerunt, vt sunt arena aurea,

gemmæ, lapilli pretiosi, calx &c. ea iure alluuionis nobis obueniant, quia in nullius dominio adhuc fuerunt. Maris purgamenta autem inuentori relinquantur, §. 18. *Inst. de R. D.* cætera suis do-
32 minis † restituantur, quia sine furti vitio haberi nequeunt *l. falsus, §. qui alienam, de furt. cap. si quid inuenisti, 14. q. 5. cap. multi, eod.* Posterius membrum verissimum quidem est, sed nihil ad rem facit. Nam si res sint alterius, vel etiam naufragæ, neque per alluuionem nobis applicari possunt, *vt abusine dicitur in art. 29. in pr. lib. 2. Landtr.* neque per inuentionem acquiri, cum non sint nullius. Quod si nullius sint, tum demum Parmensis sententia
33 recipi potest, sed ita vt res pretiosiores, † littori allisæ, & ad regalia pertinentes *supra cap. 11.* non inuentori, sed terrę domino relinquantur, non minus ac ipsi thesauri, *in art. 35. lib. 1. Landtr. Reinhard. lib. p. 6. differ. Saxon. 13. Henning. Gæden. in consil. 2. & 3.* Re-
34 ferri huc potest † casus qui anno 1509. in Frisia Orientali, & anno 1570. in Comitatu Oldenburgico de facto contigit, *prout recensetur ab Hamel. in Chron. Oldenb. fol. 390. & Vbbone Emmio lib. 43. rer. Frisicar.* quibusdam tantum circumstantiis mutatis. Quem dum nouat vocat Leo Imp. *in Nou. 95.* videtur nec leges inspexisse, *in leg. 9. §. 2. & leg. 24. §. 9. de damn. inf.* nec Historicos
35 consuluisse, Plinio certe *lib. 16. nat. hist. 1.* in Chaucorum † terris insulæ complexu radicum libratæ atque ita nauigantes, non incognitæ fuerunt. Accidit autem vt crusta terræ arboretæ (*ita barbare vocauit gl. in § si vis fluminis, Inst. de R. D.*) rustici prædio tēpestatis vi auulsa, vltra lapides aliquot Italicos nataret, atque ibi aqua dilabente in agro alterius consideret. Hinc lite orta, altero crustam repetente, altero vt suam titulo alluuio-
36 nis & inuentionis defendente, iudex illic † locorum pronunciauit, vt actor crustam vel auferret integram, vel relinqueret. Idque non tantum ex æquo & bono, sed etiam iuxta iuris
37 ciuilis apices. Quamuis enim res † mea nondum alieno solo coalita vindicari possit, *l. 7. § 2. de A. R. D.* quod quando factum censeatur disputat *Bart. in Tiber. p. 1. vers. plane si longiore, & ex eo Bapt. Parmens. lib. 1. de alluu. 7. Gædd. in d. consil. de alluu. mar. numer. 354.*

Noe

Noe Meurer von Forstrecht part. 5. §. wie sich ein Ding. tamen id † 38
locum habet, si modo sine damno alterius auferri possit. *leg. 9. §. 3. de damn. inf. leg. 8. de incend. rui. naufr. leg. 5. §. 4. ad exhib.* Quomodo & Leo Imp. *ind. Nou* 95. intelligendus. Arbitrio enim iudicis non minus incumbit, vt huic de damno tam præterito, quam futuro prospiciatur, quam vt illi res suas auferre liceat *d. l. 9. §. 1. & seq.* ne arbores cædantur, ramenta cespites aliaque inutilis materia agrum non solum deformans, sed prorsus infæcundam reddens, relinquatur *l. 38. de R. V. l. 5. §. 3. ad exhib. l. 8. §. 5. si seru. vind.* Quod si ergo crustam totam auferre nequeat dominus prior, vt totam relinquat consequens est. Potest etiam ex iam
dictis de Lusitanorum † caussa, qui Orientales insulas inuentionis titulo sibi arrogant, contra Belgas iudicari. Quod iure faciunt, quoad illas insulas, quæ nullius fuerunt, cum eos primum adirent Lusitani, quarumque naturalem possessionem apprehẽsione facta consecuti sunt. Aliud dicendum de illis insulis, quæ 39
iam ante à suis possessoribus † & incolis inhabitatæ, & iure belli 40
non occupatæ, sed saltem lucri & mercaturæ caussa primum à Lusitanis aditæ sunt. Deficiunt enim in his omnia tria legitimæ inuentionis requisita. Et nemo potest sibi ipsi caussam possessionis mutare, *l. 3. §. 19 de acquir. poss.* præsertim cum quædam insulæ à Lusitanis primum inuestigatæ non sint, sed veterum † na- 41
uigationibus iam pridem compertæ fuerint. Nunc tota exteri maris ora mercatorum nauibus stringitur, dixit de suo tempore *Seneca lib. 4 nat. quæst. 2.* Qua de re vide plura *apud Hugon. Grotium in mari libero cap. 2.* Nauigationes Anglorum ad Moluccas insulas descripsit *Thuan. lib. 132. histor.*

CAP.

CAPVT XX.

De AEdificatione Insulæ.

SVMMARIA.

1 *AEdificatio modus acquirendi iustissimus.*
2 *Opera marina terrenis sumtuosiora.*
3 *AEdificationis titulus onerosus.*
4 *AEdificationis nomen generale.*
5 *Opera marina etiam ædificari dicuntur.*
6 *Melioramenta duplicia.*
7 *Melioramentorum nomen generale.*
8 *Diuersa caussa diuersum ius parit.*
9 *Contrariæ caussæ contrarios effectus producunt.*
10 *Circa fructus naturales & industriales diuersa iura.*
11 *AEdificatum ad ædificantem pertinere debet.*
12 *Lucrum & onus apud eundem esse debent.*
13 *Emolumentum finis laborum.*
14 *Industria pœnas desidiæ luere non debet.*
15 *Bartolus contrariæ sententiæ auctor.*
16 *Parmensis Bartolum defendit.*
17 *Explicatio l. pen. §. vlt. de A.R.D.*
18 *Correctio textus an admittenda.*
19 *Labeo nouandi cupidus.*
20 *Paulus Labeonis epitomator.*
21 *An sint antinomia in iure ciuili.*
22 *Insulæ an vsu sint publicæ?*
23 *AEdificatum in publico quando publicum fiat.*
24 *Glossæ opinio ad alium casum pertinet.*
25 *Soli cui inædificatur conditio attendenda.*
26 *Area potissima operis pars.*
27 *Sublato fundamento corruit ædificium.*

28 *AEdi-*

28 *AEdificium cedit solo.*
29 *Solum in terra & aquæ quodnam?*
30 *Alueus subiectum fluminis.*
31 *Profundum mare ædificationem non recipit.*
32 *AEdificatio marina de subiecto habili accipienda est.*
33 *Insula marina manufacta fit ædificantis.*
34 *Argumentum à minori ad maius fortissimum.*
35 *Etiam inchoatum opus fit ædificantis.*
36 *Perfectum quando dicatur?*
37 *Per ædificationem conditio maris mutatur.*
38 *AEdificium trahit ad se solum.*
39 *Nunciatio noui operis contra opera marina.*
40 *Nauigatio impediri non debet.*
41 *Nauigationis necessitas.*
42 *Nauigatio quatenus prohiberi à Principe possit?*
43 *In littoribus & mari idem ius statutum.*
44 *In flumine publico ædificata an fiant ædificantis?*
45 *Donelli interpretatio reiecta.*
46 *In publico sine licentia superioris agere non licet.*
47 *Loca publica in nullius priuati bonis sunt.*
48 *Loca publica alienari nequeunt.*
49 *Quod iure permissum est, per rescriptum non petitur.*
50 *Quando permittatur in publico ædificare?*
51 *Consensus quandoque de facto non impetratus.*
52 *Multa fieri prohibita iam facta tenent.*
53 *AEdiles iuris publici custodes.*
54 *Seruius Orata in ius vocatus.*
55 *In littore quatenus ædificare liceat?*
56 *Tugurium quid?*
57 *Portus, littora, flumina ad regalia pertinent.*
58 *In publico sine consensu Principis fieri nihil potest.*
59 *AEdificans in alterius territorio eius iurisdictioni subiicitur.*
60 *Insula à principe ædificata fit ædificantis.*
61 *Priuatus consensu Principis ædificans ædificatum suum facit.*

62 Non etiam si propria auctoritate id faciat
63 AEdificans in alieno videtur impensas donare.
64 Vlmensium controuersia.
65 Dominium vrbis Venetæ ad Venetos pertinet.
66 Mare Hadriaticum est Venetorum.
67 Venetorum potestas in mari.
68 Veneti littorum domini.
69 Ducis Venetorum inauguratio.
70 Venetis controuersia à Pontifice mota.
71 Præscriptio immemorialis titulum non desiderat.
72 An Resp. Veentorum sit libera?
73 Conflictus ICtorum Germanorum & Italorum.
74 Galli & Hispani cum Italis conspirant.
75 Venetorum libertas quinque columnis incumbit.
76 Pleraque Venetorum argumenta nihil stringunt.
77 Priuilegium Cæsareum Venetis datum.
78 Priuilegium non importat exemtionem omnimodam.
79 Veneti præscriptione tuti.
80 Veneti Pontificem Rom. non agnoscunt.
81 Recessus aquæ vel à natura, vel ab arte caussatur.
82 Fluminum mutatio ad principes pertinet.
83 An princeps cursum fluminis alio inflectere possit?
84 Contentio in Senatu Romano super mutatione fluminum.
85 Mutatio fluminum Italiæ diuersis temporibus reassumta.
86 Rationes vtriusque partis.
87 ICtorum responsa contraria.
88 Controuersia Ducis Lunenburg. & ciuitatis Hamburgens.
89 Princeps potest flumen intra suum territorium mutare.
90 Euphrates regium flumen.
91 Imperator fluminum Germaniæ supremus dominus.
92 Particularis mutatio fluminis citius admittitur.
93 Mutatio fluminis ad æmulationem suscepta non probatur.
94 Mutandi fluminis & exsiccandi lacus diuersa ratio.
95 Exempla lacuum exsiccatorum.

96 *Hollandi lacum exsiccant.*
97 *Solennis deriuatio lacus.*
98 *Ius exsiccandi lacus ad principes pertinet.*
99 *Incrementum aluei exsiccati ad principem pertinet.*
100 *Vnius rei plures fines esse possunt.*
101 *Vicinorum contradictio quando nihil operetur?*
102 *Incrementum aluei exsiccati an ad vicinos pertineat?*
103 *Regulæ generales periculosæ.*
104 *Pauperis est Doctoris hærere in generalibus.*
105 *In hoc puncto non alluuionis, sed ædificationis iura attendenda.*
106 *Transitus in aliud genus.*
107 *Incrementum à priuato institutum in commissum cadit.*
108 *Contra illum qui regalia habet peccatur.*
109 *Regula sumitur ex eo quod vt plurimum, exceptio ex eo quod raro fit.*
110 *Valasci distinctio proba.*
111 *In mari priuatis ædificare non licet.*
112 *Abusiua ædificatio insulæ.*
113 *Mutatio violenta dominium non alterat.*
114 *Multa iure belli sustinentur, quæ alias non valent.*
115 *Cleopatræ Reginæ & Rhodiorum contentio de Pharo insula.*
116 *Rhodij maris domini.*
117 *Appellatione insulæ an veniat peninsula?*
118 *Forma insulæ deficere non potest.*
119 *Sublata forma res interit.*
120 *Heptostadium AEgypti.*
121 *Mutata rei conditione mutatur ius.*
122 *Conditio: si res in eodem statu manserit.*
123 *Cleopatræ reginæ fraus.*
124 *Inter naturalem & violentam mutationem interest.*
125 *Caussa possessionis mutari nequit.*
126 *Accessio quando cedat principali?*
127 *Exaggeratio ad ædificationem referenda.*

128 *Corriuatio aquæ affert arenam.*
129 *Restagnatio aquæ arenam cumulat.*
130 *Insula ab arte & natura simul fabricata.*
131 *Broagij oppidi in Gallia origo.*
132 *Ars supplet defectus naturæ.*
133 *Modus acquirendi mixtus.*
134 *Augmentum mixtum.*
135 *A potentiori fit denominatio.*
136 *Caussa proxima præualet remota.*
137 *Caussa proxima plus potest quam remota.*
138 *Industrialis acquirendi modus quisnam?*
139 *Naturalia artificialibus potentiora.*
140 *Discrimen naturalium & industrialium fructuum.*
141 *Industrialia augmenta quænam?*

1 AD manufactas insulas pertinet ædificatio, qui & ipse est modus acquirendi ex iure Gentium, iustissimus quidem *l.7.§.10.de A.R.D.l.8.C.de sru.* & *seq.* sed tamen onerosus, cum eius molitio in mari vel flumine sit ardua & difficilis
2 *l.2.C.de prad.nauic.* magnum desiderans apparatum † opificum & mercenariorum, *l.13.§.5.de vsufr.* vt sine corporalis laboris intentione ac sumtibus patrimonij expediri nequeat. *l.18.§.1.* & *18. de mun.& hon.l.pen.C.de omn.agr.desert.* Quod præfecti fabrum scientes, cum interrogarentur a Claudio Cæsare, quantos sumtus portus Hostiensis exstructio requireret, responderunt, tam magnos, vt nollet eum portum facere. Sperabant enim eum cognita sumtus magnitudine à proposito deterreri, *au Xubi inus in*
3 *Clud.* Vnde ædificationis † incrementum ex titulo onetoso bonis nostris accedit, quia caussa huius acquisitionis est onus, *Decius in l.in eo,33.num.6.de R.I.* quod in alluuione secus se habet *§. præterea, Inst.de R.D.l.1.§.1.C.de impon.lucrat.descript.lib.10.* Quamuis vero ædificatio ad ædificia & domos tantum referri videatur, *vt in l.7.§.10 & seq.de A.R.D.l.9.in fi de rui.incend.l.13.§. .de act.emt.*
4 *l.41.§.8.de leg.1.* & *pas.* tamen generalior est vox, pertinens ad omnia

mnia opera, quæ manu hominum fiunt, non in terra tantum, sed
etiam † in aqua veluti ad nauem *l. 46 §. 2. de iure fisc.* molam, *leg. 21.* 5
de instr. leg. insulam, *l. 30. §. fin. de A. R. D. l. 27. §. vlt. de R. V. l. 11. §. pen. de*
Publ. in rem; vias publicas, *l. 1. §. 3. de via publ. l. qui viā, 4. de nou. oper.*
nunc. ad quem text. vide Coras. 5. miscell. vlt. aquæductus, *l. 1. C. de ser-*
uit. aggeres, *l. 2. C. de immun. conced.* portus, *l. 7. C. de oper. publ.* quia
horum quoque quidam sunt manufacti, *l. 59. & ibi Brecha. de V. S.*
Vt sic ædificatio ad omnia opera marina & fluuialia pertineat, ad
quæ noui operis nunciatio pertinet, *l. 1. §. 18. de nou. oper. nunc.* Feu-
distæ melioramenta † vocant, Græci ἐμπονήματα, ἀ πονέειν, quod est 6
laborare, quasi dicas opera magnis impensis & laboribus acqui-
sita. *ex l. vlt. C. de iure emphyt.* Ea sunt vel naturalia, vel industrialia,
Rosenthal. de feud. cap. 10. *concl. 43. numer. 1.* Quamuis vero Dd. non-
nulli ad solam agrorum culturam ἐμπονήματα restringere velint,
vt Molina. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5 numer. 73. Menoch. de recup.
possess. remed. 5. num. 505. tamen eos recte refellit *Rosenth. d. concl. 43.*
num. 10. vbi demonstrat † id nomen generalius esse, ac ad quascū- 7
que alias ædificationes pertinere. Itaque cum sit vtriusque in-
crementi alluuionis & ædificationis diuersa † caussa, illius natu- 8
ra, huius ars & industria humana, non mirum si diuersi iuris effe-
ctus inde resultare debeant: quia diuersitas rationis diuersitatem
iuris inducit. *l. 6. § 2. de iure patr. l. cum pater, 77. §. 20. de leg. 2. Eberh.*
in top. in lo. 34. in fi. Et diuersitas facti diuersitatem iuris deside-
rat. *Ioseph. Ludou. decis. 44. num. 61. Menoch. cons. 50. num. 2.* Et con-
trariæ caussæ † contrarios quoque effectus edunt. *leg. 8. de accus.* 9
l. 12. de iudic. Eberh in lo. 19. num. 7. Et vna & eadem caussa non po-
test circa diuersos effectus operari *leg. 13. vbi Goth. depos. Heig. p. 2.*
quæst. 40. n. 13. Hering. de fideiuss. c. 7. n. 16. Quod diuersa iura circa † 10
fructus naturales & industriales in iure ciuili, circa melioramen-
ta naturalia & industrialia in iure feudali constituta perspicue
demonstrant. Vt qui ab vno ad aliud arguere velit, merito à diuer-
sis male inferre dicatur, *l. 20. de minor.* Sicut ergo alluuio incremē-
tum alluuium ac insulare vicinis addicit, *l. 7. §. 1. & 3. de A. R. D.* ita
ædificatio † insulas manufactas ædificāti tribuere debet, *l. 7. §. 10.* 11

 æquum

12 *cod*.quia æquum est commoda eum insequi penes quem sunt incommoda & impendia *l.secundum,de R.I.c.qui sentit,cod.in 6.l.1.C. de caduc toll.gl.in c.cum secundum,16.de præbend.in 6 Consi .Marpurg. vol.2 cons.14.numer.170.* Et contra absurdum, vnum onera & sumtus sustinere,alterum ædificationis lucrum percipere,*l.15 §.*
13 *fin.de leg.præst.*eumque qui fundos inopes & egenos magno † labore impenso & exhausto patrimonio ad meliorem statum perduxit, fine suo frustrari. *l pen. C.de omni agr.desert.* Ipse Deus voluit vnumquemque laboribus manuum suarum frui *psal.128.v.2.* Quis enim plantat vineam & de fructu eius non comedit &c. *1. Corinth.9.v.7.*nisi forte,cum pœnæ loco id permittit Deus, *vt Deut.28.*domum ædificabis,& non habitabis in ea. *Et Iob.31.v. 8.* Quod cum sit,merito lugent homines, ea quę liberalitate fortunæ vel laboribus suis sibi acquisita sunt,ad alios transferri aspicientes. *leg.6 in pr.C.de bon qua lib.* Obtineat itaque Leonis Imp. sententia *in Nou 56.in pr.*vt quidquid non iniquo titulo, sed sumtibus & laboribus nostris in dominium nostrum peruenit,id nobis potius,quam alteri vtilitatem præbeat. Ne vel diligentes
14 doleant,operã suã sibi periisse, *l.vlt.C. de alluu.*vel † industria pœnas desidiæ soluat,*l.vlt. C. deposit.* sed potius inter desides & vigilantes condigna differentia constituatur,*iuxta l 1.§.2 de annal.except l.8.de compens.* Et pro hac sententia ita responderunt *Curtius senior in cons.75. in fi. Natta in cons.55. num.3.Decian.in respons.52.*
15 Alij in contrarium iuerunt,*secuti auctoritatem Bart.† in Tyber. part. 2.in verb.in flumine nata,in fi.* vbi statuit,siue casu, siue diuina potestate, siue manu hominis facta sit insula,eam tamen eodem iure censeri oportere, vt proximorum fiat.*per text.in l.pen.§ vlt. de A.R D.*vbi Labeo Iurisconsultus id quod in publico innatum vel ædificatum est,perinde habet. Sed hanc collectionem merito reiiciunt *Imola,Romanus,Cumanus Castrensis & Ripa,*cõtra quos nullo probabili argumento Bartolum defendere conatur *Bapt. Ai-*
16 *mus Parmens.† lib.1.de alluu.9* Qui cum potissimũ inhæreat *d. l.*
17 *pen.§.vlt.*†quid respondendum sit,videbimus. Primum de vera lectione

ctione legis inter Interpretes non conuenit, dum *Hotom. 1. obs. vlt.* comparatione à dissimili instituta, ita legit; Non si id quod in publico innatum &c. Quem licet reprehendant *Robert. 1. recept. sent. 11. Cuiac. 14. obs. 11.* defendit tamen *Donell. 4. comment. 3. Mynsing ad §. flumina, Inst. de R. D. num. 9.* Ipse Parmensis *in d. cap. 9. num.* 3. ex Codice Alberici, in quo ita legatur: sicut id quod in publico natum aut ædificatum &c. negatiuam interserit. Neque hic de correctione † textus, quatenus admittenda sit, disputabimus. 18
Quod in praxi nulli bono fieri fatetur *Hotom. in præfat. consil.* Quæcunque vero lectio recipiatur, nisi commodo quoque interpretatio adhibeatur, illa de insula assertio cum aliis iuris textibus *in l. 7. §. 3. de A. R. D. §. insula, Inst. eo.* manifeste pugnabit. Quod & Cuiacius *in d. obs. 11.* non diffitetur. Et licet videri possit Labeo Iurisconsultus, † qui ingenij & doctrinę fiducia, plurima in iure 19
ciuili innouare instituit, *teste Pompon. in l. 2. §. 47. de O. I. in libris πιθανῶν, id est verisimilium ac probabilium,* disputandi caussa hæc quasi paradoxa proposuisse, sed quę Paulus ICtus postea epitomarit † 20
& quodammodo emendarit. Vt sic truncata sit Labeonis sententia, cui Pauli censura desit. Quibus accedit illorum opinio, qui Labeonem ex hypothesi loqui volunt, *vt Donell. lib. 4. comment. 11.* Interpretes tamen, ad euitandam ἀντινομίαν, quam † nullam in iu- 21
re nostro relinqui, voluit magis Iustin. Imp. *in leg. 2. §. 15. C. de vet. iure enucl.* quam præstit it, *late Bocerus in cent. conclus. controu. concl. 2.* Labeonis assertionem de vsu insulæ † accipiunt *in d. l. pen. §. vlt.* 22
Gaij *in d. l. 7. § 3.* de proprietate, *Cuiac. ad leg. 96. de V. S. Donell. 4. comment. 3. & ibi Hilliger. annot. Vult. in princ. Instit. de R. D. Parmens. d. cap. 9.* Quod vel ante apprehensionem possessionis intelligendum esset, vel omnem proprietatis vtilitatem dominis penitus adimeret, *Hotom. in §. riparum, Inst. de R. D. Arum. exer. Instit. 4. th. 14.* Si ergo in insula nata distinctio aliqua locum habet, *de qua supra cap. 10. numer. 60.* habebit etiam in insula ædificata *in d. leg. pen. §. vlt.* nec comparatio claudicet. Ea desumi potest *ex leg. 15. §. 10. leg. in princ. de damn. infect.* vtrum opus in † publico, publice hoc est sumtibus Reipubl. fiat, an vero priuatim, vt

illo casu absque controuersia obtineat Labeonis sententia *in d.l. pen.§.vlt.*hoc Vlpiani & aliorum *in d.l.24.in pr.de damn.inf.l.2.§.17. l.3.l.4.ne quid in lo.publ.l.1.de flumin.* Nec iuuat Bartoli sententiam
24 *gl.† in l.idem Pomponius.5.§.3.de R.V.*vbi distingui non vult, vtrum vi fluminis, an facto hominum transferatur arbor, *quam sequuntur Ioh.Faber Angel.& alij in d.§.praeterea,Inst.de R.D.*quia prorsus de alio casu agit, *de quo cap.praeced.n.34.& seq.* Vt propterea ad alluuionis & ædificationis materiam male trahatur *à Regnero Sixtino in consil.Marp.14.n.150.vol.2.* Cæterum vt dominium ædificatorum iu publico recte inuestigetur, ante omnia considerandum est so-
25 lum, † in quo ædificatur, cuius sit iuris, publicum an priuatū proprium an alienum. Cuiuscunque enim sit materia ædificatorum, id quo ad dominium operis non attenditur, *l.7.§.10.de A. R.D.*
26 *l.7.§.2.de except.rei iudic.*sed tantum solum siue area, † quasi fundamentum, à quo fit ædificandi initium, quia

Ponendæ domui quærenda est area primum

ait Horat.Forcat.dial.36.in pr. Et cœpisse is dicitur, qui fundamenta iecit, locumque ædificio aptauit. *l.1.§.3.de pollicit.* Imo area non tātum pars est ædificii vel insulæ, *l.20.§.2.de seru.vrb.*sed etiam maxima, cui superficies cedit. *l.98.§.fin.verf.non ex his,de solut.* Iam autem magis dignum trahit ad se minus dignum. Et adiunctum
27 sine suo subiecto esse non potest, *l.23.§.3.de R.V.* sed sublato † fundamento destruitur ædificium, *l.egi,de except.rei iud.c.cum Paulus.1.q.1.VVesemb.consil.15.n.16 iuxta illud Iuuen.sat.*8.

Et collapsa ruunt subductis tecta columnis.

28 Hinc est, quod omne ædificium † cedit solo. *d.l.7.§.10.de A.R.D.Socin.in reg.151.* Et ius soli sequitur. *l.21.de pign.act.* & superficies solo cedit. *l.3.§.7.vti poss.l.29.§.2.de pignor.supra.c.10.n.27.* Et
29 accessio cedit principali. *infra cap.26.n.29.* Solum est omne id † quod cuique rei subiacet, *definiente Seruio ad 5.AEneid.* Ita hominū solum est terra, vt cui pedibus insistimus, *l.1.§.1.de acquir.poss.l.7.de vsufr.l.115.de V.S.*aer auium, *pr.Inst.de I.N.G.& C.*aqua piscium,

pr.Inst.

pr.Inst.eod.vbi gl.in verb.cælo.Capoll.lib.2.de seru.rust.43.in fi. Stellarum cœlum, *de quo Ouid.1 metam.2.* Astra tenent cœleste solum,
Mare & flumina nauium. *l.49.de R.V.* fluminis atque aquæ alueus.
d.l.49.& §.5.Inst.de R.D. Qui † qua parte profundior est, fundum, 30
eique quicquid annectitur, fundari dicitur, sicuti de anchoris
Virg.6.AEn. tum dente tenaci Anchora fundabat naues. Hic ergo alueus fluminis marisue solum est cui ædificatio innititur, vsq;
adeo vt quicunque alueus trabibus pilisque attingi nequeat, nec
ædificationem recipiat, sicut profundum mare, cuius † fundum 31
altissimum est quindecim stadiorum, *si credimus Fabiano apud Plinium lib.2.cap.102.* Quis enim in illud pilas iactaret, quod ne anchoras quidem sustinet? Nisi forte Caligula, cuius dementiam in
eo ridet *Sueton.cap.37.* Vt hæc ædificatio † marina *in l.30.§.4.de A.* 32
R.D.l.3.§.1.ne quid in lo.publ.l.1.§.8.eod.l.52.§ fin.de act.emt. de subiecto habili sit accipienda. Hic ergo si ædificauerim insulam,
continuo † mea fit, quia solum, hoc est mare nullius est, *d.l.30.§.* 33
vlt.de A.R.D.d.l.3.§.1. sed iure Gentium omnibus patet. *l. 13. in pr com.præd.l.51.de contr.emt. Capoll lib.2.de seruit.n.1.* Si enim insula
in mari sua sponte nata sit occupantis, *l.7.§.3.de A.R.D.* certe multo magis in mari ædificata fiet ædificantis, eo quod hic suis impẽdiis & laboribus frui debet, *l.15.§.fin.de leg præst.* Quod † argumen- 34
tum à minori ad maius fortissimum est, & frequens & vtile in iure
adeo vt numquam fallat, *teste Eberh.in top.in lo.15 n.2.* Ac obtinet
non saltem si perfectum sit opus sed etiam si † inchoatum. *d.l.30.* 35
§.vlt.Bart.in l.quominus,col.5.in fi.de flumin.Capoll.d.cap.26.n.3. quia
vsus eius iam aptus esse incipit, *Bart.in tract.de alluu.verb stricta ratione,n.19.l.sicut insulæ,53.de vsufr.gl.in l.80.§.1.ad L.Falcid.* Neque
obest, quod perfectum † non dicitur, quandiu aliquid ad agendũ 36
superest, *l.11.C.de his quib.vt ind. VVesemb.cons.11.num.35. vol.1.supra.c.18.num.118.* quia hic opere inchoato dominij conditio quasi præuenta est, *de quo cap.seq.n.27.adde l.137.§ 2.de V.O.* Atque hac ædificatione conditio † soli ita mutatur, vt quidquid apprehen- 37
sum est, in priuati dominium transeat. *l.24.de iniur.* sicuti contra,
quod mari occupatum est, fit publicum *l.pen.de A.R.D.* Estque

38 hic casus, quo ædificium ad se solum † trahit. *l.6. de R.D. de quo Capoll. lib.1. cap.25. dicit*, hoc esse mirabile, quod licet regulariter, quidquid solo superponitur, cedat solo, secus tamen sit in aqua, quia cedit supra impositis. *l.7. §. quod si toto, de A.R.D.* Vnus est
39 casus, quo noui operis † contra marina opera conceditur, si forte damni infecti caussa cauendum sit. *l.1. §.18. de noui oper. nunc.* puta,
40 si per ea † nauigatio impediatur, vel deterior reddatur, quod fieri non debet. *l.1. in pr. & §.17. de flumin.* Et ratio est manifesta, quia
41 nauigandi non vtilitas, sed necessitas † tanta est, vt eam ad summam Remp. (*ita legi vult Cuiac.12. obs.32.*) pertinere dicat Vlpian. Iurisconsultus *in leg.1. in pr. & §.20. de exer. act. leg.2. de nund.* Quæ lex tamen cum priuatis tantum lata sit, non potest ad magistratus, aliasque personas publicas trahi, maxime iure feudali, quo flumina, littora, ac maria propio: a ad regalia pertinent. Inde est, quod prætor edicere poterat, ne per lacum fossam aut stagnum publicum nauigaretur, *l.1. vt in flum. publ. nauig.* Ex quo conclu-
42 dunt nostri, quod princeps possit in suo flumine † ex caussa prohibere, ne per illud nauigetur, *Heig. lib.2. q. vlt. n.19. Matth. Stephan. lib.2. de iurisd. p.1. cap.7. Ruland. de commiss. part.2. lib.2. c.11. nu.3. Rauchbar. in quæst.23. per tot.* etiamsi flumen sit nauigabile. *Rosenth. de feud. cap.5. concl.28.* Qui licet in flumine nauigabili ita demum clusam aut aggerem fieri velit, si nauigationis vsus non impediatur, tamen expresse se declarat, in priuatis saltem obtinere, nó in principibus regalia habentibus, quia illi ductis clusis ac aggeribus nauigationem prorsus excludere possunt, *d. concl. 28.* De
43 littoribus Dd. idem ius statutum † esse volunt in iure ciuili, quod in mari *l.3. §.1. ne quid in lo. publ. d. l.1. §.18. de nou. oper.* De fluminibus publicis controuertunt inter se. Priuata enim in dominio priuatorum esse quiuis nouit. *leg.1. ne quid in fl. publ.* Doctores
44 plerique † fluminibus publicis inædificata, ædificanti cedere volunt, *vt Robert.1. recept. sent.11. in fi. Hieron. Treut. lib.2. select. disput. 20. th.1. & ib. alleg.* modo sine incommodo aliorum sint ædificata *arg. leg.24. in princ. de damn. inf. leg.1. in pr. & §.12.19. & 21. de flumin. l. 2. §.17.*

2. § 17. leg. 3. l. 4. & ult. ne quid in lo. publ. Quamuis † vero *Donell.* 45
4. comment. 11 secutus Bart. in l. 2 de flumin. num. 18. & in l 24. de damn.
inf. num. 1. arg l. pen. de A. R. D. distinguat, vt si ædificia noceant vsui
publico, tollantur, sin minus maneant quidem priuata, sed vici-
norum fiant, qui prope ripam prædia possident, quia alueo co-
hærent. Quidquid autem alueo cohæret, si extra flumen emi-
net, fit vicinorum, *arg. §. 22. Inst. de R. D.* recte tamen Hilligerus in
notis hanc interpretationem duram vocat, neque *d. l. 24. de damn.*
inf. l. pen. §. ult. de A. R. D. conuenire. Neque Donelli præsuppo-
situm *ex d. §. insula*, colligi posse, cum aliam ob caussam insulæ
fluuiales vicinis prædiis assignentur. Nostra autem hæc est sen-
tentia † ne iure quidem ciuili in littore, mari vicino, vel flumine 46
publico, sine licentia Principis vel magistratus magnum aliquod
opus ædificare licuisse, *per d. l 4. l. 14. de A. R. D. l. 24. de dam. infect.*
Quia flumina publica, publici quoque iuris sunt, ex vi coniuga-
torum. *Eberh. in top in lo. 101. n. 1. l. 3. ne quid in fl. publ.* Quæ autem
† talia sunt, ea in nullius priuati sunt bonis. *l. 1. l. 6. §. 1. de R. D. l. 6. de* 47
contr. emt. sed vel ad Rempubl. pertinent ac in patrimonio sunt
principis populique, *l. 15. & seq. de V. S, d. l. 14. de A. R. D. l. 1. de con-*
stit. princ. vel ad alias vniuersitates & municipia, *d. l. 2. de R. D.* ita vt
non saltem † alienari, sed & interpolari nequeant. *d. l. 137 §. 6. leg.* 48
83. §. 5. de V. O. quod arguunt interdicta prohibitoria in eum finem
proposita, *in l. 1. ne quid in lo. publ. l. 1. de flumin. & pass.* Alioqui quid
opus erat petere à Principe facultatem ædificandi in publico, *vt*
in l. 2. §. 6. ne quid in lo. publ. si ea facultas cuiuis ipso iure † permissa 49
esset, cum frustra precibus petatur, quod de iure communi con-
ceditur. *l. 1. C. de petit. bon. subl. l. si quando, C. de inoff. testa. leg. vn. C. de*
thesaur. Princeps autem, vel magistratus ita demum permitte-
bat, † si sine incommodo vel publico, vel priuato, opus fieri pote- 50
rat. *l. 2. §. 10 & 17. l. 3. l. 4. ne quid in lo. publ.* Neque obest, si quãdoq;
† consensus superioris non impetratus, *l. 24. in pr. d. damn. inf* neq; 51
ædificiũ destructũ legatur: *d. l. 2. §. 17. ne quid in lo. publ.* quia illud
à magistratu conniuentibus oculis, *vt dicitur in leg. 4. §. 1. de*

m numiss. quodammodo dimissum: hoc singulari ratione constitutum, ne ciuitas ruinis ædificiorum deformaretur *d.l.1.§.17.l.2.*
52 *eod.* quia multa fieri † prohibentur, quæ tamen si facta fuerint, obtinent firmitatem. *Iaf. in l. patre furioso. ff. qui sui vel alien. gl. in c. vid. dist. 10. l. 1. §. biduum, quand. appell.* Imo solum publici iuris mansit vel inde apparet, quod pro eo solarium, id est vectigal annuu pro solo exactum. *d.l.2.§.17. ne quid in lo. pub. Capoll. lib. 1. cap. 30. n. 1.* Quod ipsum etiam in προθύροις maritimis obtinuisse constat *e. Nou. Leo. 56.* Idque ex indulgentia & gratia, quamdiu Principi vel Reip. ita visum aut libitum. Qua cessante aliud obtinebat. Ita
53 enim *apud Liui. lib. 9. dec. 4.* Ædiles aquam publicam omnem in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt, & quæ in loca publica ædificata immolitaue priuati erant, intra dies 30. demoliti sunt. *Quod edictum explicat Turneb. l. b. 1. aduers. 25.* Sed & Ser-
54 uius Orata † in Lucrino lacu ædificans, cum Confidio publicano iudicium nactus est. *Valer. Max. lib. 8. cap. 1.* Quod si cuiuis in publico ædificare licuit, quo iure hic Orata in ius trahi potuit? Idem de littoribus dicẽdũ, quæ & ipsa ad Remp. pertinebãt, *l. 3. ne quid in lo.* Quod vero in iis † sine incõmodo vsus publici ædificare licuit,
55 *l. 4. ne quid in lo. publ. Capoll lib. 2. cap. 27. n. 3.* videtur tantum de casa piscatoria exaudiendum, *in l. 5. in fi. de R. D.* quam Bald. *in c. vn. si*
56 *duo fratres in ead. causs.* definit † domunculam sine tecto & pariete, vel de alio tuguriolo, *l. tugurij, de V. S.* quod in alieno haberi potest *l. 6. §. 1. de seru. rust.* sine vllo domicilij constituendi animo. *l. 6. in pr. de R. D.* cum alias maioris impensæ ædificium sine permissu prætoris in littore collocare non liceret. *l. 50 de A. R. D. Quomodo hos textus conciliat Goth. in d. l. 14. eod.* Atque hoc vt vt de iure ciuili
57 controuersum sit, iure tamen feudali planum est, quo † portus, littora & flumina publica cum omnibus annexis locis ad regalia
58 pertinent, *c. vn & ibi FF. quæ sunt regal.* Hinc est quod in publico loco nemini ædificare licet, sine principis consensu, *Aretin. cons. 30. vol. 3.* etiamsi nihil noceat loco publico. *l. 2. de flumin.* Neque in flumine publico *Boss. in tit. de flum. n. 35 Ruland de commiss. p. 2. lib. 2. cap. 14. n. 7.* neque in via publica, *Capoll. lib. 2. tit. de via publ.*

B ssius

Bossius d.tit. Gui d. Pap decis 514. neque super muros castri, vel ciuitatis, *Socin.cons.220.col.1.circ.fi.* Et generaliter nullum opus publicum fieri potest, sine auctoritate Principis. *l. 6. C. de oper.publ.l.13. C.eod. Iacob. de S.Georg. de feud. in verb. & cum fluminibus, n.2.* Atque ita recte docet *Bart. in tract. de alueo in verb. nouus alueus*: Et puto inquit, talia loca esse in dominio eius, qui ibi tenet imperium. Quod patet per leges, quæ soli Principi permittunt disponere super his, *vt in l. continuus, 137. §.6. de V.O. l. sed Celsus, de cont. emt. leg. quo minus, ff. de flumin. &c.* Vnde qui ædificat † in solo alterius, eius 59
iurisdictioni subiicitur. *Capoll. lib.1. cap. 26. n.4* Quod si ergo quæratur de dominio † insulæ in flumine publico ædificatæ, dispici- 60
endum est; vtrum Princeps, vel qui regalia in flumine publico habet, an alius priuatus ædificauerit? Si ille, nulla ratio obstat, quæ ipsi dominium insulæ in suo fabricatæ auferat, *l.7. §.12. de A.R.D. §.30. Inst. eod. l.5. C. de adif. priu. Bapt. Parmens. lib.1, cap.9. § 2. n.1.* Idem 61
obtinet, si priuatus † consensu & auctoritate principis ædificationem instituat, quia per se fecisse videtur princeps, qui facienti consensit. *l.7. de tutel. c. qui facit, 72. c. 68. de R.I. in 6.* Et priuatus consequitur hoc ius ex persona principis, quod ex sua consequi nequit. *c. auctoritate fi. de conceß. prab. in 6. Gail. 2. obs. 68. n. 6. Parmens. d. §. 2. n. 4. pro quo est elegans text. in l. pen. C. de omni agr. desert.* At si priua- 62
tus sine auctoritate principis † tale quid moliatur, facile est æstimare, ædificatum ad ipsum pertinere non posse. Quia non cõuenit, vt ille suum faciat, quod non iure aut legitime operando consecutus est. *l. fin. C. de reb. cred.* Non enim licentiam à princi- 63
pe impetrauit, vt debuit. *l.1. C. de alluu* etiamsi opera aut † impensa graui id perfecisset, quia sumtus alienæ rei impendens donasse videtur. *l.7. §.12. de A.R.D. l.37. de R.V. Parmens. d. §.2.* nisi forte per errorem id fiat. *l.27. §. fin. de R.V.* Idem obtinet, si Princeps in alieno flumine ædificasset, quod facere non debuit. Qui casus ex 64
facto incidit inter † Vlmenses & Antonium F. quando illi in insula fluminis Veræ opus aliquod exstruxerant, ad promouendã publicam nauigantium vtilitatem, contradicente Antonio F. Decisum est in Camera, id ipsis in alieno flumine ac dominio nõ

Nn 3 licuisse

licuiſſe, vt vt vtilitas publica priuatæ præferenda eſſet. *apud Gilman. lib. 2. res iudicat. cam. 33.* Similis ſi non eadem cauſſa Vlmenſiũ contra Fuggeros de flumine Zeler, *cuius meminit P. Fred. Mindan. lib. 2 de proceſſ. cam. 36. n. 5* Decidi hinc poteſt quæſtio, de
65 dominio † Vrbis Venetæ, inſulæ impoſitæ, quod merito Veneti iure ædificationis ſibi vendicant *d. l. 7. §. 10. de A. R. D. 30. §. 4. eod.* Quod enim ex meo fit, omni iure meum efficitur. *l. 12. §. 3. ad exhib. l. 49. in ſi de R. D. Angel. Plat. & Da. in §. cum in ſuo ſolo, Inſtit. de* R. D. maxime cum non tantum iure magiſtratus, vt perſonæ publicæ id fecerint Veneti; *l. 15. & ſeq. de V. S.* ſed etiam,
66 quia ipſius ſoli alueique in quo ſita eſt vrbs, proprietatem † ſibi arrogant, *ob. in. Dauth. in hypotyp. ſect. 3.* Vnde Venetorum angulum iam olim vocauit *Liuius lib. 5. dec. 1*, quem hodie Gulphum
67 de Venetiis dicunt. Hinc domina † maris Adriatici appellatur Venetia, ita vt iure ſuo poſſit omnes per Gulphum ſuum nauigantes impedire, *Angel. in conſil. 290. incip. circumſcripta col. 1. & 2.* vbi dicit nullũ Italum de eo dubitare. *Cluten. in ſyllog. rer. quotid. th. 12.* poſſit item nauigantibus gabellas imponere, merceſque contra ſtatuta Venetorum conductas confiſcare, *Bald. in rubric. de rer. diuiſ.* vbi itidem dicit totum mundum hoc iure vti. *Sequitur Cæpoll. libr. 2. de ſeruit. ruſtic 26. num. 10. Cardin. Tuſchus in concl. pract. tom. 8. lit. V. concl. 70. vbi vide plura.* Sed & litto-
68 rum † maris Hadriatici domina eſt, ſaltem in genere, ſi non in ſpecie, quia ſpeciale dominium eſt ciuitatum adiacentium littori, *Bald. in l. pen. C. de condit. inſert. Bartol. in l. quo minus, q. 2. de flumin. et alii alleg. à Card. Tuſch. d. concl. 70.* In huius maritimi im-
69 perii ſignum Dux † Venetorum electus annulo in mare proiecto ſibi illud deſpondet, *Caſ. Contard. libr. 2. de* Republ. *Venet.* ex inſtituto Alex. *4. de quo Philip. Melanch. libr. 4. Chron.* Quamuis vero A-
70 lex. tertius Pont. Rom. Venetis † aliquando controuerſiam ſuper hoc mari mouerit, titulum curioſius flagitans: argute tamen Legatus Venetus eum eluſit, petendo oſtenſionem in trunc... ſuper D. Petri patrimonio, cui à tergo ſit ..ſcripta conceſſio ma-

ris Hadriatici Venetis facta, *referente Camer. lib. 1. subsec. n. 61.* Et p-
terat huic quoque suggerere Legatus, quod Paulus 3. quærenti, † 71
quo iure tot prouincias teneret, respondit: O te hominem igna-
rum, qui de iure quæris, quod contra omnium vim tot annos
possidemus. *Clapmar. lib. 2. de arcan. Rerump. 15.* Sunt enim Veneti
in notoria possessione libertatis. *Ias. in l. ex hoc iure, de Iust. & iur. n.
26. & seqq.* Et de hoc exemplo, si vel Bartolus vel Parmensis cogi-
tasset, de dominio insularum manufactarum longe aliud sensis-
set. Diuersa ab hac est quæstio, de omnimoda † libertate ab Im- 72
perio Rom. an eam quoq; vna cum dominio vrbis consecuti sint
Veneti? In qua conflictus † Dd. reperitur. Germani enim, impe- 73
rio nostro, vt par est, fauentes, eiusque pomœria pro virili exten-
dentes, maximam partem in negatiuā transeunt, *vt Tobias Paurm.
lib. 2. de iurisd. Imp. 4. n. 38. & c. 15. n. 57. Iohan. Danh. in hypotyp. sect. 3.
Anton. Hering. de fideiuss. cap. 7. n. 585. Bernh. Zirizeus in l. b. de proreg.
princ. Zoanet. de Imp. Rom. Clutē. in Syllog. rer. cotid. d. lo. Ant. Hansman.
de re monet. th. 9. lit. P. & ibid. alleg.* Contra Itali suam & amicæ Reip.
caussam agentes affirmatiuam strenuè propugnant, *vt Bart. in l.
hostes, de capt. & postlim. Bald. in rubr. de R. D. col. 4. Ias. in d. l. ex hoc iure
n. 26. & in l. cunctos, C. de sum. Trin. Menoch. in resp. Finar. 2. art. 1. nu.
63.* Robert. *Maranth. in specul. p. 6. tit. de appell. num. 243. Conrad. Lan-
cell. lib. 1. cap. 1. §. 1. de Imperat. vers. orbem vniuersum.* Quibus ex Gallis
† accedunt *Duar. ad tit. de nou. oper. nunc. ca. 3. Tholos. lib. 6. de Rep. 13. n.* 74
37. ex Hispanis *Gomez. in §. fuerat, Inst. de act.* ex German. *Mascorn.
de iurisd. num. 129. Catell. Cotta in memorab. verb. dignitas, Andr. Knich.
in velit. apolog. numer. 38. Angel. Matthaec. 1. de via iuris, 36. numer.
9. Tangit Goth. in l. 1. §. 1. de acquir. poss.* Vt propterea totum mundum
ita tenere dicant *Bart. & Angel. in l. iniuriarum. § fin. de iniur.* At-
que hi prætensam libertatem quinque modis † potissimum de- 75
monstrant, nempe à natura, consuetudine, priuilegio, con-
tractu & præscriptione. A natura probant *ex l. in tantum, in pr.
de* R. D. quod in mari nullius iurisdictioni subiecto ædificarint *l.
deprecatio, ad L. Rhod. de iact. Bald. in rubr. de rer. diu. &
in leg. 1. §. 18. de nou. oper. nunc.* Sed hoc puerile argumen-
tum

76 rum irridet Alciatus, cum dominium cum iurisdictione perperam confundat. *supra c. 14. num. 7.* Et hanc etiam in mari obtinere satis superque demonstratum, sicuti hodie ipsi Veneti vsurpant.
77 Quod si à natura liberi erant Veneti, quid opus erat † priuilegio Cæsareo exemtionis, quod aurea bulla se munitum vidisse refert *Alber. de Ros. in l. cunctos populos, C. de sum. Trin. n. 11.* Neque
78 priuilegium neque contractum omnigenam † exemtionem inducere ostendunt *Paurm. lib. 2. de iurisd. 4. n. 57. Dauth. & Cluten. d.*
79 *lo. supra cap. 15. n. 78.* Restat ergo vt sola præscriptio † & consuetudo Venetos defendat, in qua etiam se fundat *Bald. in cons. 445. li. 4. Apostill. ad Abbat. in c. exposita, n. 2. de arbit.* Eaque ita gaudent
80 Veneti possidentes, vt nec Pontificis † maiestatem agnoscant. *Bodin. 1. de Rep. 9. n. 122.* nisi in spiritualibus tantum, *d. c. exposita, & ibi Abb. de arbitr. Tusch. d. concl. 70.* De cuius tituli iustitia proprio capite videbimus. Quod de ædificatione insulæ dictum est, id ob-
81 tinet etiam, si † recessus fluminis marisue arte & industria humana prouocetur, & aqua molibus obiectis excludatur. Vnde incrementum aluei caussatur. Qui modus ædificandi secundo modo insulæ naturali respondet, *de quo cap. 6. n. 34.* Non tantum enim maria, flumina lacus & stagna à natura exsiccantur. *l. 1 § 1. ne quid in lo. publ. l. 10. § 3. quib. mod. vsufr.* per calorem solis, sicuti *Homer. Iliad. φ.* introducit Vulcanum Xanthi fluenta exsiccantem. *Exempla dedimus cap. 14. n. 97. Et recenset quædam Ouid. 2. metam. 2.* sed etiam
82 opere humano. Quas partes non nisi Principes & † qui regalia habent sibi sumunt, *vt dictum cap. 8. n. 32.* Priuatis enim huiusmodi opera non conuenire, vel ex magnitudine palam est. Quantum in eo genere sibi tribuerit Xerxes Rex, notum est *ex Herod. lib. 7.* Duplex autem hinc quæstio iuris resultat: Prima an Princeps
83 maria † vel lacus exsiccare, fluminum alueos mutare, incuruare, cursumque alio diuertere possit, inuitis vicinis, quorum territoria illa attingunt? Altera ad quem incrementum hoc modo exsiccatum pertineat? Prima quæstio duas partes habet, lacuum exsiccationem, & fluminum mutationem. Posterior vt in facto, ita in iure quoque difficillima est, propter multorum, quorum interest

tereſt, contradictionem. Quanto cum feruore hæc res agitata aliquando ſit in † Senatu Romano, apparet ex municipiorum, 84
quorum intererat, orationibus. *De quibus Tacit. 1. annal.* Actum deinde in Senatu, an ob moderandas Tyberis exundationes verterentur flumina & lacus, per quos augeſcit. Auditæque municipiorum & colonorum legationes, orantibus Florentinis, ne Canis ſolito alueo demotus, in amnem Arnum transferatur, idque ipſis perniciem afferat. Congruentia his Interamnes diſſeruere, peſſum ituros fœcundiſſimos Italiæ campos, ſi amnis Nar (id enim parabatur) in riuos diductus ſuperſtagnauiſſet. Nec Rheatini ſilebant, Velinum lacum, qui in Narem effunditur obſtrui recuſantes, quippe in adiacentia erupturum. Optime rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuos curſus, vtque originem, ita fines dederit. Seu preces coloniarum, ſeu difficultas operum, ſiue ſuperſtitio valuit, vt in ſententiam Piſonis concederetur, qui nil mutandum cenſuerat. *Hactenus Tacitus. Ibidem tamen Lipſ. in comment.* annotat conſilium eo tempore amiſſum poſtea ſiue a Nerua ſiue à Traiano † reaſſumtum. 85
Et de lacu Velino exſiccato habet quædam *Cice. lib. 4. epiſt. ad Att.* 14. Pro vtraque parte † extant rationes & argumenta in iure ciuili. 86
Pro affirmatiua *in l. 1. §. 6 in fi. ne quid in fl. publ. l. 2 §. 9. de aqu. plun. l. 1. de ripa mun. l. 11. com. præd. l. 14. de impenſ. in res dot. Boer. deciſ. 252. n.* 4. Pro negatiua *in l. 1. §. 1. de aqua pluu. l. 1. C. de alluu. l. 1. §. 1. ne quid in flu. publ. l. 7. C. de ſeru. & aqua. Et maxime huc facit text. & gl. art. 57. li. 2. n. 2.* Landtr. Wiſſet/daß niemandt einerley weiſe ichtes thun mag / dadurch das Waſſer einen newen Weg erkriege/jemand zu Schaden. Sed & † contraria Iuriſconſultorum reſponſa extant. Pro Duce 87
Florentino concedente facultatem auertendi Clanarum flumẽ Illuſtriſſ. Domui Medicææ reſponderunt *Auguſtin. Beroius in conſ. 140. lib. 3. Socinus Nepos in conſ. 28. lib. 4. Natta conſ. 55. lib. 1. quos allegat Parmenſ. lib. 1. de alluu. 9. 6. n. 5.* Ac pro eo iudicatum in Rota Florentina refert *Gerhard. Mizol. in conſ. 4. n. 133.* Contra pro ciuitate Bononienſi contra Ducem Ferrariæ Santerni fluminis curſum immutare volente conſuluit *idem Beroius conſ. 139. lib. 3.* Et nota

88 est controuersia Ducis Lunenburgici † & ciuitatis Hamburgensis de mutato Albis cursu, quę non ita pridem per sententiam Cameræ Imper. omnia in priorem statum reducere iussit. Contra quā tamen ciuitas se in integrum restitui petit.

Non nostrum est calamo tantas componere lites.
Quod necdum gladius potuit. Interim affirmatiua eo casu pro-
89 culdubio obtinet, si princeps † superior, flumen, cuius alueum mutaturus est, à capite ad ostium vna cum adiacentibus regionibus suo imperio comprehendat. *Quo pertinet distinctio Baldi in cons. 195. num. 8. lib. 2. quem refert Cardin. Tuschus vol. 3. concl. 405. num. 20.* si princeps velit diuertere flumen de suo territorio in suum territ. Id enim facere potest. *Boer. decis. 252. num. 4.* Secus si de suo vel alieno in alienum velit. Quamuis vero pauci sint principes, quibus illud *Senec. epist. 89.* competat: illustrium fluminum per priuatum decursus & amnes magni magnarumque gentium termini vsque ad ostium à fonte vestri sunt, *supra cap. 13. num. 52* sunt tamen aliqui. Vnde cum Rhodanus fluuius sit Regis Galliæ in solidum *cap. 17. num. 94.* non dubium est, quin Rex eum in suo regno, mutare, dilatare, coarctare, incuruare alioque deflectere pro arbitrio possit. Vt res nullam in iure, sed in facto dif-
90 ficultatem habitura sit. Ita Euphrates, † quod regium flumen vocat *Plin. lib. 6. nat. hist. 26.* Gobari præfecti opere diductus, vbi is finditur, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret. *Plin. d. lo.* Ita Nicer fluuius à Valentiniano Imp. abductus *Marcellin lib. 28. hist.*
91 *vbi vide modum abducendi.* Quomodo Imp. Rom. fluminum † omnium Germaniæ supremus est Dominus. Vt eo iure Carolus M. aliique Impp eorum mutationes meditati sint. *supr. cap 8. num. 47.*
92 Quod si † particularis saltem sit mutatio fluminum, puta, quia riuus saltem vel brachium ex flumine alio deducitur: ea vt minoris periculi, ita & dubij fuerit. *l. ult. de aqua cottid.* Deinde etiam hoc considerandum est, vtrum id opus ad vtilitatem publicam,
93 an vero ad æmulationem & incommodum † vicinorum instituatur. Hæc enim intentio in iure reprobatur *supra cap. 8. n. 9.* Quomodo Groningenses anno 1483, inuidia Emdensium Amasis alucum

nem per sinum Dollartum ad se traducere tētarunt, irrito conatu, *de quo Emmius lib. 28. rer. Frisicar.* Et quæ aliæ circumstantiæ hic attendendæ, quæ semper ius variant. A fluminum mutatione † 94
multum differt maris exclusio, lacuumque exsiccatio. Illa enim aquam, vel adimit illis, qui retinere volunt, vel superfundit illis, qui excipere nolunt. Quod raro damno vacat *l. 1. § 1. de aqus pluu.* Hæc aquam excludit vel exhaurit tantum, vt plurimum sine accolarum damno. Et plerumque magno eorum bono. Vt propterea huiusmodi opera ad vtilitatem Reip. instituta laudem & gratiam mereantur *l. fin C. de alluu. l. 1. & 2 C. de frum. vrb. lib. 11. l. 1. C. de annu frum. vrb. Rom. Parmens. d. cap. 9 § 2. n. 4.* Ita Thessalia, quondam † lacus fuisse creditur à Neptuno fluminum aliquot 95
deriuatione exsiccata, *Herod. lib. 7. Strab. lib. 9. Reinec. p. 1. syntagm. hist. cap. 43.* Ita lacus Bruges fossa emissus in mare. *Plin. lib. 4. cap. 12.* Ita Iulius Cæsar cogitauit siccare Pontinas paludes, emittere Fucinum lacum *Sueton. in Iulio cap. 44.* Quorum illud à Cornelio Cethego Consule factum, agrique exinde præparati, *Florus in epit. Liuius dec. 5. lib. 6.* hoc à Claudio Cæsare. *Sueton. cap. 20* cuius arduum opus, quo corriuatio aquarum egerebatur per montē machinis commendat *Plin. lib. 36. nat. hist. 15.* Quod nostro tempore Hollandi † in lacu Bimsteriano duorum milliarium inter vrbes 96
Enchusam Hornamque exsiccando, aquamque molendinis extra aggeres in mare rotando ita imitati, vt vbi antea nauibus, nūc curribus eatur, *vetit artic. Hamburg. prorestit. in integ. art. 570.* Et notabilis est solennis † illa deriuatio lacus Alban ex augurio: Ro- 97
mane caue aquam Albanam lacu continere: caue in mare manare suo flumine sinas. Emissum per agros rigabis dissipatumque riuis exting ues *Liu. lib. 5. dec. 1.* Ex quibus satis constat, eas partes Remp. ac principes † sibi semper sumsisse, priuatos numquam, nisi publica auctoritate. Vel nisi à Republica conduxissent. In quos ludit *Iuuenal. sat. 3.*

Queis facile est ædes conducere, flumina, portus,
Siccandam eluuiem.

Vnde agri emphyteutici nati. *l. pen. C. de omni agr. desert. l. 1. C. de iure emph.* Ex hisce iam dictis altera Quæstio decidi potest. Si enim soli Principi vel Reipubl. ius exsiccandi alueı vel lacus com-
99 petit, illi soli etiam incremẽtum † exsiccatum debebitur. Quod aperte euincit *Sueton. locus in Claudio d. c. 20.* Fucinum, inquit, aggressus est, non minus compendij spe, quam gloria, cum quidam priuato sumtu emissuros se repromitterent, si sibi agri exsiccati concederentur. Pertinebant ergo ad Principem. Neque distinguendum est cum Parmens. *in d. §. 2. n. 3.* qua intentione id fa-
100 ciat Princeps, quia † vnius rei plures possunt esse fines subordinati, *proœm. Specul. Saxon. VVesemb. in par. de pact. n. 8.* Quod ex iam adducto Suetonij loco patet. Et alias notum est, quemlibet in commodis suis facile consentire. *l. 39 de neg. gest.* Sed nec illud spectandum, vtrum vicini conticuerint, & ædificationem fieri
101 passi sint, an secus. *Quod voluit Parmens. d. lo.* quia etiam † inuitis ipsis actus expediri potuit, *arg. l. 26. de R. I. l. nec ignorante, de tutel.* nisi forte damni infecti caussa intercurrat. *l. 1. §. 17. de non oper. nunc.* Quod vero eo casu, quo priuatus sine publica auctoritate opus
102 hoc instituisset, incrementum † vicinis prædiorum dominis addicere conatur *Parmens. d. §. 2.* id recipi nullo modo potest. Nititur quidem ille *præter auctoritatem Beroi in d. cons. 140. n. 18. & seq. lib. 3 quem pro sententia sua allegat, etiam generalitati textuum in l. 7. §. 3. de A. R. D. l. 30. §. 1. & 2. eod.* subdens, non esse nostrum, ex generali legum sermone casus quosdam excipere, sed eos generaliter intelligi debere in infinitum vsque *l. 1. §. generaliter, de leg. præst.* Verum cum
103 in toto iure † generi per speciem derogetur, *l. in toto, de R. I.* eoque omnis definitio ex brocardicis desumta sit periculosa, *l. omnis de-*
104 *fin. 202 ff. eod. Ioh. Faber in §. illud, Inst. de R. D.* & pauperis sit † Doctoris allegare regulas generales, *verbo Angel. in cons. 14.* imo miserorum refugium, *vt eundem Ang. citat Neutz. in syl. n. lib 5. n. 72.* anim-
105 aduertere debebat Parmens. in hac † materia, non alluuionis sed ædificationis iura attendenda esse. Nec quod de opere naturali statutum est, ad opera artificialia indistincte trahendum. A-
106 lioqui fit † *μετάβασις εἰς ἄλλο γένος*. Nam Gaius *in d. l. 7. §. 3.* de insula in flumi-

flumine nata, non facta. Et Pompon. *in d. l. 30. §. 1.* de alueo naturaliter non facto hominum exsiccato. Et *in §. 2.* de amnis, non de hominis operatione agunt. Inter quas caussas multum interesse, iam sæpius dictum. Restat ergo id † incrementum à priuato 107
non rite affectatum in commissum cadere, ac ad eum deuolui, ad quem solum siue alueus aquæ pertinet, quia pœna commissi semper ad illum pertinet, in quem delinquitur, ita vt dominium fisco ipso iure acquiratur. *l. 14. de publica.* Atqui contra Principem † & superiorem, qui regalia habet peccatur, præter vel etiam 108
contra ipsius consensum ædificando, *l. 18. §. 1. de aqua pluu. l. 1. §. 42. de aqua cottid.* quippe qui solus iure regalium de flumine vel lacu publico disponere potest *d. c. vn. quæ sunt reg. Parmens. d. §. 2. num. 2.* Et impossibile est, vt alueus aquæ publicæ non sit publicus *ait IC. in leg. 1. §. 17. de flumin.* Vt sic exceptio Parmensis in regulam † con- 109
uertenda fuisset. Atque ita recte *Valascus de iure emphyt. q. 16. nu. 6.* inter priuatum † & principem distinguit, & huic iure regalium 110
alueum exsiccatum in flumine Tago & Beneuentano adiudicat, *allegans Curt. Senior. in conf. 26. Alciat. respons. 302. Crauet. conf. 185. Mãdel. conf. 82.* Licet Rota Romana aliquãdo aliud suo more rotasse dicatur. Cuius tamen decisionem in eo quod habuimus exemplari, reperire non licuit. Idem de maris exsiccati † alueo ho- 111
die dicendum, quando & illud vel illius administratio ad regalia pertinet, ita vt in eo priuatis agere non liceat, absque consensu eius, qui iurisdictionem maritimam obtinet. *d. l. 1. §. 17. de flumin. adde Hieron. de Monte de fin. regund. cap. 24. & pass.* Ad ædificationẽ quoq; pertinet si vel ex peninsula † insula incisa ceruice, vel vice 112
versa ex insula peninsula ducto aggere efficiatur. Id enim nec dominiũ nec iurisdictionẽ priorib. dominis interuertit. *l. id quod nostrũ, de R. I. l. 7. §. 4. de A. R. D. supra ca. 14. n. 118.* Siue enim Xerxes Rex 113
incisa ceruice Athon montem insulã efficiat, siue Alex. Magnus ducto aggere Tyrum insulam continenti iungat, id priuatorum iura conuellere non debebat. *l. 20. §. 1. de capt. & post.* Licet iure belli imperium mutet. Quod enim belli † calamitas introdu- 114
xit, pacis lenitas sopire debet. *l. 1. in pr. C. de caduc. toll.* Notabilis est

115 historia Cleopatræ † Reginæ Ægypti & Rhodiorum de muta-
tione Phari insulæ, quam supra promisimus. Eam sic describit
Ammia. Marcell. lib. 27. Insula Pharos à ciuitatis Alexandrinæ
littore mille passibus disparata, Rhodiorum erat obnoxia vecti-
gali. Quod cum inde quidam nimium quantum petituri venis-
sent, fœmina callida semper in fraudes, sollẽnium specie feriarũ
iisdem publicanis secum ad suburbana perductis, opus iusserat
irrequietis laboribus consummari, & septem diebus totidem sta-
dia molibus iactis in mare solo propinquanti terrę sunt vindica-
ta. Quo cum vehiculo ingressa, errare ait Rhodios, insularum
non continentis portorium flagitantes. Hæc ille. Nititur au-
116 tem Cleopatra hoc argumento, quod Rhodiis tamquam † ma-
ris dominis, *l. 9. ad L. Rhod. de iact.* tributum de insulis marinis tan-
tum, non etiam de continenti terra debeatur. Consequenter
117 nec de peninsula, † quia appellatione insulæ proprie non venit
peninsula. Cum enim in circulari aquæ ambitu forma insulæ
consistat, *supra cap. 2. num. 26.* illa examussim requiritur, ita vt nulla
118 eius pars deficiat. *leg. 7. § 5. in fi. de A. R. D.* Quia forma † rei
ad vnguem obseruanda est, cum det esse rei, *l. g. 9. § si quis, ff. ad ex-
hib Borch. de vast. cap. 5. & de feudis cap. 3 numer. 9. Her. ng. de fideiuss. cap.
11. numer. 14. & 21. & cap. 10. num. 463. & ib. alleg.* ita vt nihil ipsi addi
vel detrahi possit sine corruptiõne sui, *Gail. 2. obs. 19.* Vnde mutata
119 forma † mutatur rei substantia. *d. l. 9 § si quis, ad exhib Parmens. lit.
de allun. 13. num. 4.* Iam autem Pharos non amplius erat insula,
sed peninsula, ducto aggere continenti ac Alexandrinæ ciuitati
coniuncta, ita vt siccis pedibus adiri posset. Qui agger siue isth-
120 mus ex tempore perfectionis heptastadium † dictum est, *Mar-
cell. lib. 3. Strabo lib. 17. & describit latius Cæsar. lib. 4. de bell. Alex.* Ergo
121 mutata terræ conditione † mutatur ius. *leg 137 § 6. de V. O.* Et mu-
tata caussa iuris, ipsum quoque ius mutatur *l. Paulus, & ibi Bart. de
acquir. hered. Tiraq. in tract. cessante caussa. p. 1. numer 10. Borch. cons.* 20.
vol. 2 De mutatione & transformatione rei, quod collat omne
ius, actionem & obligationem late *Sebast. Medic. de amitt. poss. ff.*

glos.3.n.275. Et est bonus text. in d.l.7.§.5.de A. R. *D.* vbi ager amissa propria forma desinit esse. Quod adeo verum est, vt etiam stipulationi hæc tacita insit conditio, † si res in eadem caussa manserit *l.38. in pr. de solut.* Atque hoc etiam iure Genti. ita obseruatum apparet *ex Iustin. lib.* 1. *histor.* vbi scribit ciuitates Medorum quæ tributariæ fuerant, mutato imperio, etiam conditionem suam mutatam esse arbitrantes à Cyro defecisse. Hæc quamuis ita speciose † proferantur: tamen recte innuit Marcellinus, Reginam callide † egisse, dum suo facto Rhodiorum dominium interuertere ac sibi possessionis caussam mutare constituit. Contra quam de iure fieri poterat. *leg. 8. de R. I. leg. 3. §. 19. de acquir. poss. leg. 2. § 1 pro hered.* Nam si naturæ operatione contigisset † mutatio, ea fortasse se defendere Regina potuisset. *arg. leg. 7. §. 5 in fi. de A. R. D.* Quod nunc se aliter habebat facto hominis caussante. Itaque vetusta potius loci species inspicienda erat, quam cultus hodiernus, qui per industriam hominis animosi accesserat, vt dicitur *in leg. 2. C. de præd. nauic. De quo casu eleganter Ioh. Faber in §. insula, numer. 2. Inst. de R. D.* Et hæc † procedunt, inquit, vbi † naturaliter vel ex caussa necessaria mutatur opus: Si autem facto hominis & voluntate, esset secus, quia dolose videtur facere. Pro quo facit *l. nomen, § filio, de leg. 3. l. inter quos, §. damni, ff. de damn. inf. leg. 2. §. qui Stichum, quod cert. lo. &c.* Neque releuat Reginam, quod accessio † cedit principali, & pars toto addita cedat toto, *leg. 26. §. 1. de A. R. D. l. 23. §. 1. de R. V.* quia dolus & mala fides specificatoris efficit, vt neque prior species possideri desierit, *leg. 22. leg. 27. §. sed & is, de R. V.* neque res in aliam formam transiisse existimetur, cum ad priorem reduci possit *l. 7. §. 2. ad exhib. Gœdd. ad l. 14. de V. S. numer. 11.* Denique ad ædificationem referri potest exaggeratio † cum alluuio insulæ naturalis aggeribus ductis ac cæspitibus iniectis prouocatur. De quo Noe Meurer von Forstrecht/p. 5. §. ob ein Anhang durch den Rhein/oder Wasserfluß ohne weitere Hülff vnnd zuthun zubekommen: Der Fluß (inquit) gibt vnd nimbt ohne Menschliche Hülffe oder zuthun für sich selber/ so er einem Gut was anhengt. Doch gemei-

122 123 124 125 126 127

gemeinem gebrauch nach/wirt es also gehalten/daß wann sich das Sand
im Rhein ansetzt zu legen/pflegt man Weiden zu stecken. Denn also
der auffgeworffen Sand vnd Schleim zu einẽ bestendigen Wehrt oder
Anhang leichtlich vnd baldt gemacht wird. Quod tamen in mari ma-
128 iori labore ac impensa constat. Ac sicut corriuatione † aqua è
superiori in inferiorem locum cogitur, *l. 1. §. 2 2. de aqua pluu. l. 1. de
riuis.* vt multum limi ac pinguedinis secum deferat, *l. 11. infi. com.
præd. l. 1. §. 7. de riuis.* Quas partes in agris adeo necessarias putauit
Virg. 1. Georg. vt etiam festis diebus permiserit. Riuos deducere
nulla Religio vetuit. In cuius loci explicatione cum Ser-
uio & Marcobio nō conuenit *Forcat. dial. 86.* ita per restagnatio-
129 nem † arenarum cumuli iniectæ salictæ vel alii rei agglomeran-
tur. *l. 1. §. 6. l. 2. § 1. de aqua pluu. l. 2. §. 28. ne quid in lo. publ.* Vt habeat
arena, vbi pedem figat. Quomodo videmus in flumine vadoso
prope pontes vel nassas piscatorias arenam cumulari. *Ita Lucan.
lib. 2.* Ad molem stetit vnda sequens. Et *dictum est cap. 6.* de stramē-
130 tis Tyberi iniectis, ex † quibus insula nata, limo paulatim & aliis,
quæ fert flumen huc se aggerentibus. *Liu. lib. 2. dec. 1.* Pertinet huc
131 exemplum Broagij † oppidi in Garumna fluuio siti, quod exiguo
aggere aditur. De cuius principio *Thuan. lib. 64.* quod à saburra,
quam in vacuas naues imponebant nautæ, eo loco exonerata tu-
mulus tractu temporis in mari excitatus sit, qui vallo & palis cin-
ctus, asseribus abietinis, & malis nauium introrsum ductis cespi-
tibusque & lignorum fascibus firmatus tandem in vrbem coalue-
132 rit. Didicit enim homo naturam prouocare † *ait Plin. lib. 33. nat.
hist. in pr.* Imo & superare, in quibus à natura vincitur. *Arist. in
pr. mechan. quæst.* Et ars in multis naturam imitatur. *§. 4. Inst. de adopt.
Senec. epist. 65. Arist. cap. 5. de mundo.* vsque adeo vt fere nihil intenta-
tum relinquat. *Plin. lib. 21. cap. 9.* Itaque cum hic modus acquiren-
133 di † sit mixtus, partim natura, partim arte constans, sicut augmē-
134 tum † mistum vocant Feudistæ partim facto hominis, partim di-
spositione legis acquisitum, *Hartm. Pistor. lib. 3. quæst. 42. n. 39.* vtri
parti asscribendus sit, dubitatur. *Ita Ouid. 21. metam 8.*

Est spe-

Est specus in medio natura factus an arte
Ambiguum; magis arte tamen.

Et magis est, vt illi parti asscribatur, quæ præualet, vt à potentiori † fiat denominatio *l. quaeritur, & ibi Dd. de stat. hom. Crau. cons.* 135
638. n. 17. & cons. 406. n. 5. Quia quotiescunque in aliquo actu duæ concurrunt caussæ, quarum vna est proxima † & immediata, altera remota vel mediata, tunc effectus attribuitur propinquæ & non remotæ caussæ, *Barbat. in c. Reinaldus, n. 186. vers. sexto extra de testam. Crauett. cons. 131. n. 15. & cons. 144. n. 2. vol. 2. Roland. à Valle cons. 52. vol. 2.* Est enim caussa immediata semper potentior quã caussa mediata, *Curt. iun. cons. 44. n. 5. Hieron. Magon. decis. Florent. 83. n. 7. Consil. Marpurg. 2. cons. 14. n. 144.* Et caussa proxima semper attenditur; *Bald. in auth. ex testamento, C. de collat. Decius in l. in eo, 35. n. 5. de R. I.* Et caussa proxima magis influit quam † remota. *gl. in l. si mulier, ff. rer. amot.* Et semper plus valet caussa immediata & proxima, quam remota, quia hæc dicitur potius occasio *Neuiz. in sylu. nupt. lib. 1. n. 201. Eberh. in lo. 21 numer. vlt.* Quod si ergo natura sine arte vel prorsus operata non fuisset, vel non tam cito, arti principatũ tribuemus; & hunc † modum acquirendi industrialem dicemus, *per ea quae habet Tholos. 20. synt. 7. 8. & 9. Vult. l. I. R. 70. Goedd. in l. 23. n. 4. de V. S.* quale est incrementũ marinũ, quod per exaggerationẽ marisque exclusionem hic locorum acquiritur. Illud Noe Meureri incrementum *n. 127.* pro naturali habebimus, quia ars naturæ occasionem magis quam caussam prębuisse videtur. Neque obest, si dicatur, ne ab industriali quidem modo acquirendi excludi naturam, quia Paulus plantat, Apollo rigat, Deus autẽ dat incrementum, *1. Corint. 3. c. cum non sit, extra de decim.* Quo respectu † naturalia semper sunt potentiora iis, quæ accidentaliter competunt *Bart. & Dd. in l. qui habet. 3. in pr. de tutel. Menoch. 2. de arb. iud. quaest. cent. 3. cas. 201. n. 69. Schrad. de feud. p. 10. sect. 3. n. 119.* Quo argumento moti discrimen † naturalium & industrialium fructuũ conuellunt *Conan. lib. 4. comm. 5. n. 8. Coras. lib. 5. miscell. 9.* cum tamen certum sit, non ideo minus has esse distinctas species, quia labor & industria hominis in hac parte præualet. *Vult. discept. schol. 19.*

Pp *Menoch.*

Menoch.d.cas.201.n.20.& in 15.remed.recup.poss.q.40.n.59; arg.l.qui scit
142 25 §.*in alieno, de usur.* Unde recte industrialia † augmenta defin it *Schrad.de feud.sect.2 n.1.* quæ principaliter fiunt impensa ac industria vasalli, cooperante natura, vel facto naturali, qualia sunt ædificia exstructa, arbores plantatæ, aggeres erecti, fossæ & huiusmodi similia. Alioquin omnia naturalia essent, nullũ opus artificiale, cum in hoc genere sine naturæ & fortunæ auxilio produci possit nihil. In hisce ergo non alluuionis sed ędificationis iura attendantur. Cætera huc pertinentia infra de conseruatione & augmentatione insularum pertractabimus.

CAPUT XXI.

De apprehensione Insulæ.

SUMMARIA.

1 *Occupatio modus acquirendi frequentiss.*
2 *Sine apprehensione dominium non acquiritur.*
3 *Occupatio est duplex.*
4 *Occupatio pacifica quaenam?*
5 *In feras iniuria non committitur.*
6 *Pugna hominum ac beluarum.*
7 *Feræ certis regionibus noxiæ.*
8 *Hatto Archiepiscopus Moguntinus à muribus deuoratus.*
9 *Insulæ animalibus sacræ.*
10 *Apprehensio vel ad possessionem, vel ad proprietatem pertinet.*
11 *Possessio insulæ apprehendenda est.*
12 *Etiamsi ad regalia pertineat.*
13 *Possessionis vtilitas.*
14 *Possessionis apprehensio coram Notario & testibus.*
15 *Probatio possessionis per instrumentum.*
16 *Scotatio in Dania.*
17 *Dominium quando cum possessione acquiratur.*

18 *Possessio*

18 *Possessio apprehendenda debet esse vacans.*
19 *Apprehensio possessionis iam occupatae vitiosa est.*
20 *Heres possessionem propria auctoritate apprehendere potest.*
21 *Modo sit vacans.*
22 *Vacans possessio quando dicatur?*
23 *Ius Gentium sola occupatione contentum est.*
24 *Publica iuris ciuilis vel Gentium.*
25 *Occupare quid?*
26 *Occupantis melior conditio.*
27 *Praeuentionis iustitia.*
28 *Vigilantis melior conditio.*
29 *In praeuentione etiam momentum temporis spectatur.*
30 *Dolus bonus in praeuentione concessus.*
31 *Arcanum praeueniendi hostes.*
32 *Nemo tenetur primum ictum exspectare.*
33 *Casus insulae praeoccupatae.*
34 *Post litem motam occupatio illicita est.*
35 *Poena talionis in iure ciuili frequens.*
36 *In dubio b.f. possessor intelligitur.*
37 *Errans in iure non desinit esse b.f possessor.*
38 *Bonae fidei possessor lucratur fructus.*
39 *Ad distinguendos fines vicini conuocandi.*
40 *Praeceptum consilij non necessitatis.*
41 *In interdicto retinendae qualem te inuenio, talem te indico.*
42 *Concurrentia duorum circa apprehensionem insulae.*
43 *Duo in solidum possidere non possunt.*
44 *Tantum acquisitum, quantum apprehensum*
45 *Occupatio est facti & non praesumitur.*
46 *Apprehensione partis praesumitur apprehensio totius.*
47 Res *hostilis quando fiat capientis.*
48 *Ad possessiones retinendas requiritur multitudo familiae.*
49 *Modus agrorum & seruorum definitus.*
50 *Romanorum numerosa familia.*
51 *Paterfam. locuples insulam solus occupare potest.*

52 *Fines possessionis cuiusuis destinatione constituuntur.*
53 *Agri occupatorij quinam?*
54 *Crescentibus hominibus decrescunt singulorum dominia.*
55 *Terminorum distinctio ex iure Gent.*
56 *Communio bonorum ex iure naturali.*
57 *Diuiso prouinciarum inter filios Noha.*
58 *Iapheti posteri insulas occuparunt.*
59 *Valor rerum quomodo successiue creuerit.*
60 *Multa olim indistincta hodie sunt distincta.*
61 *Samus insula olim vacua.*
62 *Noui incolæ prioribus addita.*
63 *Mixtura gentium.*
64 *Coloniarum deductio in insulas.*
65 *Insulanorum eruptio in continentem.*
66 *Insulæ deserta postea inhabitata.*
67 *Insulæ Oceani Germanici.*
68 *Insulæ Frisiorum quænam?*
69 *Insulæ olim piratarum latibula.*
70 *Iuthlandia insula.*
71 *Ducatus Slesvvicensis olim desertus.*
72 *An hodie insulæ sint vacuæ?*
73 *Insulæ noui orbis.*
74 *Insulæ pro derelictis habitæ.*
75 *Agri deserti non sunt nullius.*
76 *Insula vacans pro iam nata habetur.*
77 *Migrationes gentium olim frequentes.*
78 *Apprehensio pacifica facile in violentam degenerat.*
79 *An insulæ sint nullius quoad iurisdictionem?*
80 *Territorium est dominium.*
81 *Iurisdictio latius patet quam dominium.*
82 *Res sacræ sunt sub iurisdictione.*
83 *Insulæ propiores non apprehensæ pertinent ad Imperium.*
84 *Iurisdictio in dubio tacite reseruatur.*
85 *Remotiores insulæ in occupantis sunt arbitrio.*

86 *An in-*

86 *An iurisdictio apprehensa censeatur?*
87 *Quilibet paterfam. est* Rex *in sua domo.*
88 *Multi ex priuatis domini insularum facti.*
89 *Insulæ à primis occupatoribus denominatæ.*
90 *Viriathus Lusitanus pirata.*
91 *Magistratus requirit subditos.*
92 *Rex sine regno est Rex chartaceus.*
93 *Principes Germaniæ defenduntur.*
94 *Apprehensio continentis quando ad insulam extendatur?*
95 *Apprehenso castro censentur apprehensæ omnes pertinentiæ.*
96 *Singulæ partes fundi apprehendi opus non est.*

ACTENVS modus acquirendi singulis insularum speciebus quodammodo proprios vidimus. Nunc de illis agendum, qui omnibus sunt communes. Inter quos agmen ducit † occupatio, generali nomine ita dicta, vt frequentior, ita vtilior, quo id quod antea nostrum non fuit, apprehensione nostrum facimus. *l.1. de A. R. D. l. 1. de A. P.* Vt non immerito Imper. *in §. feræ, Inst. de R. D.* hunc primum & præcipuum fecerit, quippe qui etiam sine alterius tituli accessione iure Gentium subsistit. Ac fere cum omnibus aliis modis concurrit, qui † inanes esse videntur, nisi occupatio acce- 2
dat *d. l. 1. d. 1. de A.* P. Ea duplex † est, vel pacifica vel violenta. De 3
illa agitur *in §. feræ, & seq.* de hac *in §. item ea, Inst. de R.* D. Pacifica est
† quę sine vi & armis expeditur: Quam apprehensionem in spe- 4
cie vocare lubuit, *arg. l. 1. §. 1. de acquir. poss.* Quomodo Rebuffus tractatum suum de pacificis possessionibus inscripsit. Eam non
alterat etiamsi contra feras † & noxias bestias insulas obsidentes 5
arma expediantur, *d. §. feræ, Inst. de R. D.* Quia in illas nec vis, nec iniuria cõmittitur. *l. 1. § 3. & 10. si quad. paup. §. si quis rusticus de pace tene. 2 Feud. 27. Capoll. lib. 2. de seru. rust. 21. n. 20. Medices lib. 1. de venat 11.* Cum his enim sæpe non minus, quam cum hominibus † depu- 6
gnatum legimus. *Plin. lib. 6. nat. hist. 12.* Et non cum hominibus solum, sed & cum monstris dimicatum est, *ait Florus in epit. lib. 2.*

cap.2. Ita Alex. M. contra belluas aciem strinxit, sicuti eiusdem classis contra thynnos pisces pugnauit. *Plin. lib. 9. ca. 3.* In Cyrenai-
7 ca † lex est ter in anno debellandi locustas. P*lin. lib. 11. cap. 29.* Et Rex Persarum per triduum venationem Scorpionum indicere solitus sub certo præmio. *Arist. in mirab. auscult. Simon Maiol. lib. 1. canic. 23.* De bello Pigmæorum cum gruibus *vide* P*lin. lib. 7. cap. 2. Iuuen. sat. 13.* Scytharum cum Gryphibus. *Plin. d. lo.* Herculis pugna cum auibus Stymphalidibus. *Natal. Com lib. 7. mythol.* I. Quin sæpe hominibus præualuerunt feræ. Ita Abderitę ranis cesserunt. *Iustin lib 15.* Et è Cycladum insula mures fugarunt incolas *Plin. lib. 8. cap. 29.* Quæ fortean est terra, in qua duos catos tam care vendidit mercator Venetus, *de quo Albert. Abb. Stad. in chron. ad A. 1175. Plura vide apud Tholos. lib. 21. de* Rep. *11. numer. 2.* Quibus ad-
8 di potest notabile exemplum diuinæ vltionis in Hattone † Archiepiscopo Moguntino, in turri insulæ Rheni imposita à muribus deuorato, *Sigebert. Marian. Scot. Schafnab. Reusn. in Isagog. hist. Ioh. VVolf. cent. 12. memorab. lect. ad A.* 1120. Turris, cui à muribus nomen est, in hunc vsque diem in Rheno flumine, in memoriam tantæ immanitatis extat *testatur P. Mersæ. in annal. Ar-*
9 *chiep. Mogunt.* Neque curanda est illa Ethnicorum † superstitio, qua insulas quasdam vt certis animalibus ac auibus sacras suspexerunt. Quo iure Harpyæ insulas Strophadum sibi asserebant, *apud Virg. 3. AEne. Et Apollon. lib. 2.*

Non est fas, Boreæ nati, depellere regno
Inde canes Iouis Harpyas &c.

Vide Natal. Com. lib. 7. myth. 6. supra cap. 10. num. 9. & seq. Hæc enim vana superstitio, neque dominij acquisitionem, neque pacificam
10 apprehensionem impedit. Adhibetur autem † apprehensio duplici fine: vel ad possessionem tantum, vel ad proprietatē simul.
11 Illa necessaria † est, cum dominium vel iam habemus, vel etiam habere volumus. Veluti in insulis fluuialibus. Vt vt enim harum dominium ipso iure ad vicinos pertineat: *l. 7. §. 3. de A. R. D.* non tamen etiam possessio, quia hæc apprehendi debet. *l. cum heres, de*

res, de A.P. Bart. de insul. verb. communis, Capoll. lib. 2. de seru. rust. 33. nu. 12. Parmens. lib. 2. ca. 8. n. 12. supra cap. 9. n. 12. Idem obtinet, si insula † 12
iure regalium ad dominum fluminis pertineat, quia tunc quoq; apprehendenda est possessio *Prapos. in §. si quis de manso, si de inuest. Schrader. part. 5. de feu. 1. cap. 6. n. 27.* Et ratio est, quia insulæ incremẽtum separatum est à fundo continenti. *l. 9. §. 3. de vsufr.* ideo nouã apprehensionem desiderat. *Parmens. d. cap. 8. n. 12.* Et quia possessionis magna est † vtilitas, *de qua supra cap. 9. n. 25.* ideo bona cautela est, eam quantocyus apprehendi, etiam dum insula est in fieri, 13
modo id fiat sine violentia *l. 7. C. vnd. vi. l. vlt. C. de edict. D. Hadr.* Quod fieri solet coram Notario & testibus, confecto desuper instrumento † apprehensæ possessionis. Quo pertinet cautela ap- 14
prehendendæ poss. *apud Specul. tit. de petit. & poss. §. 1. n. 35. De qua tamen quid sentiat Gail. de arrest. c. 1. n. 22. & cap. 11. in fi. Cothman. cons. 9. n. 180. & cons. 38. n. 55. vide ibid.* Quod cum locum habere vult *Matt. Polen. in def. ns. caussæ Sprinzenstein. cap. 8. num. 374.* quando vnus alium indebite anteuertit. Ac per huiusmodi instrumentum possessionem plene † probari dubium non est. *l. prædia,* 15
48. de acqu r. poss. c. 1. vers. si cum domino, 2. F. 2. licet alias per instrumenta obligatoria in futurum collata probatio vacillet, *Mascard. vol. 3. concl. 1191. VVesemb. 1. cons. 21. num. 64. & sq.* quia non ipse ingressus, sed saltem licentia ingrediendi possessionem propria auctoritate probatur, *Specul. in tit. de emt. & vend. in §. sciendum, Aluarot. in d. c. vn. in pr. 2. F. 2.* Multa autem intercidere possunt, vt actualis apprehensio impediatur *arg. l. 5. §. 1. de A. R. D.* Alicubi etiam singularis ritus in apprehendendo obseruatur. Qualis erat scotatio † in Dania cum aliqua terræ particula effoditur, *c. 2.* 16
extra de consuet. Tholos. lib. 20. syntagm. 10. n. 10. vbi scortationem legit. Quod si animus acquirendi dominij † accedat, tum insulæ, quæ 17
nullius est, non saltẽ possessio, sed & dominiũ sine vllo alio titulo per occupationem nobis acquiritur. *l. 3. de A. R. D. l. 1. de A. P. supra c. 9. n. 14.* Itaque sicuti hic requiritur, vt insula sit nullius, quia si alterius sit, tum alium quoque titulum occupatio desiderat. *l. 31. de A. R. D. l. 14. §. fin. de furt. l. 24. C. de R. V. l. 1. de publ. in rem.* absque quo domi-

dominium alteri quæsitum auferri nequit. *l. id quod nostrum, de R. I.*
18 Ita illic quoque possessionem vacantem esse † oportet, neque ab alio præoccupatam. *l. 68. de contr. emt. l. 3 §. 1. de act. emt.* Alioqui vitium clandestinitatis aut violentiæ facillime incurritur, *Ioh. For-*
19 *ster. in process. Camer. fol. 560.* Quia secunda alterius † occupatio nō possessio dicitur, sed possessionis turbatio, etiamsi à iudice esset obtenta. *d. l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. l. si duo, §. 2. uti possid.* adeo vt nec auctoritate principalis rescripti in eam possessionem immitti quis possit, quam alius iam possidet. *l. meminerint, C. vnd. vi. Gail. 2. obs. 76. n. 9 Polen. in defens. causs. Sprinzenst. cap. 9.* Ita quamuis here-
20 di † permittatur, etiam non implorato iudice possessionem rerū hereditariarum propria auctoritate apprehendere: *l. cum heredes, 22. in pr. de acquir. poss. Bart. in d. l. fin. C. de ed. Diu. Hadr. & ib. Dec. nu. 4. Menoch. de adipisc. possess. rem. 6. n. 4. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif. p. 1. declar. vlt. Decian. 3. resp. 41. n. 36. Ioseph. Ludou. 1. decis. Perus. 69. nu. 4. Ioan. de Castil. 3. quotid. controu. 24. n. 5.* tamen requiritur, vt possessio
21 sit vacans † neque ab alio vel prius occupata vel continuata. *leg. nunquam, 31. §. vacuum, ff. de vsucap. l. vlt. C. vnd. vi. Bald. in d. l. fin. C. de ed. D. Hadr. Bero. vol. 2. cons. 16. num. 34. Natta cons. 572. n. 15. lib. 3. Honded. vol. 2. cons. 86. num. 29. Polen. d. cap. 9. n. 465.* Quia prima possessio impedit, ne sequens incipere possit. *l. 1 §. fin. & ibi Bart. n. 18. ff. vti poss. Vasq. 3. illust. contr. 85. n. 6. Marant. in specul. p. 4. dist. 7. n. 19.* Neque enim diu vnam & eandem rem in solidum possidere possunt.
22 *l. 3. §. 5. de acquir. poss.* Quando autem dicatur † vacans possessio explicauit *Menoch. rem. recup. 13. num. 4.* Cum vero insula nullius est tum nullus alius titulus dominij requiritur, vt dictum, quam ap-
23 prehensio, *l. 1. § 3. l. 3. de A. P. l. 1. de A. R. D.* Quod ita ex iure † Gentium introductum est, quo res à natura productæ statim homini apprehendenti subiiciuntur. *Gen. 1. v. 28. l. 28. de vsufr. Vnde Cicer. 1. off.* Sunt priuata nulla natura, sed aut veteri occupatione, qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, vt qui bello potiti, aut lege, pactione, condictione, sorte &c. Et Boiocalus Germanus: *apud Tacit. 13. annal.* Sicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium
24 datas, quæque sunt vacuæ, eas publicas esse. Publicas † vocat res

non

non quæ iure ciuili ad certum aliquem populum, *vt in l. 1. §. 2. de I & l. §. 1. & 2. Inst. eod. l. 15. & seq. de V. S. sup 34. cap. 17. n. 11.* sed quæ iure Gent. ad vniuersam societatem humanam pertinent, *vt in l. 45. de vsucap. l. 14. de A. R. D. Conan. 3. comm. 2. Donell. 4. comment. 2.* Nam alioqui publica iuris ciuilis priuata sunt, quo ad alias gentes, vt occupari nequeãt, *late Hugo Grotius in mari libero c. 5* Itaq; occupare † siue apprehendere hic nihil aliud est, quam præuenire, & id 25 quod in medio positum erat, ante alios capere. *arg. l. 9. d. V. O. l. 10. de pecul. l. 29. de pœn. Ita apud Gell l. b 7. noct. Att. 3.* Quod illos dicimus voluisse facere, id nos priores facere occupabimus *Liu. li. 2. dec. 1.* Priusquam tribunus auctor existeret, occuparent Patres ipsi, suum munus facere. *Senec. l. b. 7. de benef 12* Equestria omnium equitum Rom. sunt, in illis tamen locus meus fit proprius quem occupaui. *Ouid. 1. fast. de pugna Herculis & Caci:* occupat Alcides. *Et 11. met 8.*

Illic te Peleus vt somno victa iacebas
Occupat.

Hinc illud vulgare: Occupantis † meliorem esse conditionem. *l. 26 pluribus, 32. de procur. l. si quis 14. de nox. act. l. 9. de V. O.* Cuius iuris ratio tota in præuentione posita est, *de qua Mascard. concl. 233. De praeoccupat. Capoll. lib. 2. de seru. rust. 31. num. 6.* Ea autem ex solo tempore caussatur, quia qui † prior est tempore, potior est iure. *leg. 11. 27 qui pot. in pign. l. 12. & seq. C. eod. Mascard. concl. 1235.* Ille dicit, vigilaui, meam † conditionem meliorem feci. Iura vigilantibus 28 scripta sunt *l. 24. quæ in fraudem cred.* Huic dicitur: tardi venere bubulci. Post festum venire miserum est. Negligentibus non subuenitur. *l. 16. ex quib. causs. maio.* Quod adeo obtinet, vt etiam per horam vel momentum † prior cæteros excludat *l. 15. de stat. hom.* 29 *Innoc. in c. præsentia, extra de probat. Bald. in l. fin. C. de ed. D. Had. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 47. Riminald. iun. cons. 583. n. 36.* Vbi enim vis est in prioritate temporis, non modo dies, sed etiam hora in considerationem venit *gl. in l si ex pluribus, verb. ex vsu. de solut. Natta cons. 538. n. 4. & 5.* Eius rei multa in iure nostro exempla extant, veluti

in iurisdictione *l.7.l.30.de iurisd.l.9.de V.O.c.proposuisti, & ibi Socin.*
extra.de off.deleg. Maranth.dist.6.n.20.Gail.1.obs.29. Et quæ plura
hic cumulare superuacuum. *v.diff.Saxon.p.4 cap.18.* Quin sæpe
hac in parte solertia quædam admittitur, quæ aduersus hostem
30 dolus † bonus dicitur. *l.1.§.3.de dolo malo.* Ita Iacobus Esauũ fratrẽ
in percipienda benedictione præuenit. *Gen.27.* Ita Darius equo
ad hinnitum concitato socios in regno supplantauit. *Herod. lib.3.*
Et Salius in certamine cursus *apud Virgil.5.Aeneid.*

Ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.

31 Acnititur hoc iure arcanum † præueniendi hostes in bello, *de*
qua Clapmar.li.4.de arcan.Rerump.10. Cum quis alteri nocet, ne sibi
noceatur. *Cic.1.offic.* Quia melius est præuenire, quam præue-
niri. *l.1.C.quan.liceat vnic.l.4.C.ad L.Corn.de sicar.* Inde est, quod ne-
32 mo tenetur † primum ictum exspectare *l.4.l.5.in pr.ad L. Aquil.*
Nemes.Carol.art.140. Clarus in §.homicidium, nu.33. Gomez.tom.3. var.
resol 3.n.22. VVesemb.cons.19 num.15. Mascard concl.98. & 489. num.3.
&c. Multo minus ergo in apprehensione insulę vacantis tene-
tur quis exspectare, donec sibi possessio ab altero præripiatur, sed
33 potest ipse alterum præuenire. † Ecce insula communis nata est
in flumine *d.l.7.§.3 de A.R.D.* De cuius diuisione controuersia
vicinorum circa insulam concurrentium metuitur. Vnus illo-
rum cæteros præuenit, & plus etiam quam sibi debetur occupat.
34 Quæritur quid iuris? Et quidem si post † motam controuersiam
vel delatam finium regund. quæstionem occupatio facta sit, pos-
sessor tantum de suo amittit, quantum de alieno occupauit. *l.4.*
35 *C.fin.reg.* ex æquissimo iure † talionis, quo sæpe Legislatores in
iure nostro vsi. *§.10.Inst.de except.§.1.de vi bon.rapt.* licet iure Saxon.
eo casu mitius procedatur, *art.86 lib.3.Landtr. Differ. Saxon. part.4.*
diff.11. Sed & alia remedia læso competunt, *de quibus Hieron. de*
Monte de fin.regund.cap.34. Quod si antea id factum sit, innoxius est
possessor, *l.4.§.1.ibi: ab altero solo, ff.fin.reg.* si modo bona fide occu-
36 pauit, vt rem ad se pertinentem *l.136. de R.I.* Quod in dubio †
præsumitur. *Crauet.cons.901.num.7.* Neque enim desinit bonæ
fidei

fidei possessor, etiamsi in iure erret. *l. 32. §. 1. de vsucap. Vasq. 2 illust.* 37
controu. 76. num. 16. multo minus si in facto & mensura, cuius applicatio etiam prudentissimum Geometram fallere posset. *l. 2. de iur. & fact. igno. supra. ca. 17, num. 66.* Itaque etiam † fructus interim lucrabitur, etiamsi de portione occupata aliquid restituere cogatur *l. 4. §. 2. fin. reg. l. 25. §. 1. de vsur. l. 48. de A. R. D.* Sed hisce iam dictis obstare videtur iuris Saxonici decretum æquissimum: quod qui vult sepem ponere vel limites distinguere, vicinos † à quibus controuersiam metuit, aduocare debeat. *art. 50. lib. 2.* 38 39
Landtr. *art. 127.* Weichbi. *Schneid. in §. quædã actiones, tit. de act. fin. reg. numer. 22. Inst. de act.* Neque repugnat ius ciuile *iuxta gl. ad d. art. 50. leg 3. C. fin. reg. in fi.* Hoc autem si fiat, vicini contradictione impeditur præoccupatio. Respondetur id præceptum † consilij magis, quam necessitatis videri, *arg. d. leg. 4. § 1. fin. reg.* datum ad hoc, vt sine controuersia vicinorum stabiles quis, & perpetuos limites habeat, neque ipsi noui operis nunciatio impingatur, *l. 1. §. 5. de nou. oper. nunc.* Deinde ad dominij quæstionem tantum pertinet, non etiam ad possessionis apprehensionem, quę etiam ignorante altero obtineri potest. *l. 6. de A. P.* Et quid si vicini cōuocati circa limites dissideant? Adhuc necesse est, vt interim possessio penes vnũ sit, isq; in ea defendatur, quousq; finium regũd. quæstio finiatur. *l. 1. §. fin. de interd. l. 3. C. de interd. l. 13 C. de R. V.* iuxta illud: qualem † te inuenio, talem te iudico. *§ 4. Inst. de Interd. & ibi Dd.* Quid autẽ si duo † circa apprehensionẽ insulæ vnius concurrant, vtri possessio cedet? Impossibile est enim vtrumq; ex æquo possidere. *l. 3. §. 5. de A. P.* Si duo vt socij † concurrant, insula cōmunis erit pro indiuiso: *l. 17. § 1. de pos. l. 25. de V. S.* Si quilibet suũ negotium agat: tantũ cuiq; acquisitum censebitur, quantũ † apprehẽsum. *l. 1. §. 5. de itin. actuque.* hoc est, *vt explicat Donell. 4. cōment. 10* quãtum potestati suæ ac ædificio subiecit, terminis positis inclusit, ac custodia sepibusq; muniuit. *l. 5. de I. & I. l. 5. l. 6. de R. D.* Quod cũ sit in † facto positũ, quia occupatio est facti, neq; præsumitur nisi probetur, *l. siue, C. de probat. Gœdd. de allu. maris. n. 172.* per ocularem inspectionem facile discerni potest. *l. 8. §. 1. fin. reg.* Et licet ad 40 41 42 43 44 45

occupationem non requiratur, vt omnes glebas insulæ circum-
46 ambulet possessor, *l.3.§.1.de A.P.* quia partis apprehensione † totius rei possessio apprehensa videtur. *Mascard.concl.1190.n.5.* tamē necesse est, vt sic occupetur insula, quod retineri & custodiri possit. *l.3.§.2.l.in laqueum, ff.de A.R.D. Capoll.lib.2.de seru rust.33.num.10.* Alioquin sublata insistentia ac munitione res occupata in priorem libertatem recidit, fitque eius, qui postea rursus occupat.
47 *Vasq.in præfat.ill.controu.n.25.* Hinc est, quod res hostilis † capta non fit capientis, nisi intra prædia & loca tuta deducatur, *vt disputat Alber.Gentil.lib.1.aduocat.Hispa.2.* Quod maxime obtinet si insula sit amplior, quam vt ab vno homine possideri possit. *arg.l.27.§.2 ad munic.* Quo maiorem enim familiam quisque habuerit, eo maiorem quoque partem terræ occupare poterit, quia per
48 filios & seruos possessionem † retinemus. *l.1.§.5.l.49.de A.P.l.1.§.16.& seq.de vi armat.* Ita Abrahamus & cæteri Patriarchæ amplissimum numerum gregis & seruorum alentes, amplissimas quoque possessiones obtinuerunt, *Gen.13. & pass.* Apud Romanos li-
49 cet modus † agri in singulos ciues lege Stolonis Licinij ad 500. iugera arctatus esset: *Plin.lib.18.nat.hist.3.Liu.lib.7 dec.1.Valer.Max.lib.6.cap.8.* Et seruorum numerus legibus sumtuariis restrictus: *Arist.2.polit.4.* neutrum tamen à potentioribus obseruatum constat ex querelis Tiberij Cæsaris ad Senatum, *apud Tacit.13.annal.*
50 Catonis: *apud Gell lib.7.cap.3.Seneca.ep.st.90.&c.* De Isidori † copiosissima familia *vide Plin.lib.33.cap.1.* de diuite Crasso *Plin.d.lo. Valer.Max.lib 6.ca.11.Cæl.Rhod lib.0.lect.ant 25.* Ac erat ea necessaria ad retinendas & colendas possessiones, quas sæpe diuersis in locis habebant Romani. *d.l.27.§.2.ad mun.l.10 §.4.l.21.§.2.de excus.tut.* Quia verum est permultis indigere eos, qui permulta possident, *vt Boeth.lib.2.de consol.philos.5.* Ita de publicanis *Cic.pro L.Maml* quod maximas familias habeant in agris, in portubus atque custodiis. Et de latifundiis Romanorum per Siciliam
51 *innuit Florus lib.3 cap.19.* Talis ergo paterfam. † qui sit, facile insulam etiam mediocris magnitudinis occupare & custodire poterit, dum mente & cogitatione hac sit, quod totam possidere velit. *d.l.*

lit.d.l.3 §.de A.P. sin minus in occupatoris est arbitrio, quos fines † possessionis destinatione sua comprehendere velit. l.60.de V.S. 52
l.24.§.2.de leg.1.l.86.§.1.de leg.2.l.6.§.3 com.pred. Reliqua pars, vt vacua, relinquitur illi, qui postea accesserit. arg.l.6.l.46.A.P. Quales erant agri † occupatorij siue artificiales apud Rom. ita dicti, 53
quod quisque colonorum tantum sibi terræ occuparet, quantū colere, & à vicinis defendere posset, vt ex Siculo Flacco citat Parmēs. lib.1.de alluu.16.num.9. Atque hunc processum à prima mundi origine obseruatum deprehendimus, ita quod multitudine hominum † crescente prioribus semper noui domini accesserint, 54
occupantes subseciua ab illis relicta. Quamuis enim dominiorum distinctio ac † terminorum positio statim cum iure Gēt. 55
cœperit: l.5.de I.& I.c.dilectissimi.12.q.2. Caino initium faciente. Ioseph.lib.1.antiq.4. tamen illa distinctio rudis adhuc fuit, ac ἐν πλάτει instituta, cum multi agri, regiones, insulæ, ac prouinciæ † indistinctę manserint, quas posteri successiue occupantes inter se di- 56
miserunt. arg.l.25.de V.S. Ita Nohæ filiis † ac nepotibus singulę 57
prouinciæ obuenerunt. Gen.10.Ioseph.1.antiq.8.& seq. August.lib.16. de ciuit.Dei 10.& seq. Et quod Iapheti † posteri insulas inter se par- 58
titi sunt; Gen.d.cap.10.v.5.supra.cap.19.num.9. id de maioribus tantum insulis accipimus, quia minores insulæ in tanta mundi laxitate, hominumque penuria nullo tunc in pretio fuerit. Verū postea crescente hominum multitudine, fieri necessario oportuit, vt non solum singulorum possesśiones decrescerent, dominia, pondera † & mensuræ diminuerentur, sed etiam pretia rerū pos- 59
sesśionumque, ac numorum æstimatio nimium quantum excrescerent, de quo Plin.lib.18.cap.3. Quo plures enim partiuntur orbem, eo minus opum singuli habent, ait Lactant.lib.1.cap.3. Atque ita recte Alberic.lib.aduoc.Hispan.8.allegans Panormit.q.7. multa † o- 60
lim indistincta fuisse docet, quæ hodie sint distincta, etiam in ipso mari. Inde factum, vt singularum possesśiones in plures portiones diuidendę, plures lites generarent. Nam olim tanto moderatius fratres inter se regna maxima diuidebant, quanto nunc exigua patrimonia partiuntur, ait Iustin.lib.2. Factum quo-

que,vt quas terras maiores contemſerant, poſteri cupidiſſime
61 incolerent. Ita Samus † antiquiſſ. temporibus vacua, *Calius Rhodig. lib. 21. cap. vlt.* poſtea diuerſos incolas recepit. *Reinec. in ſyntagm. hiſt. p. 2. in Tyran. Samia.* Factum item, vt alii aliis aggregarētur, cū qui terræ ſatis haberent, vicinos pati poſſent. Ita Phocenſes ex-
62 ſules † in Sardiniam delati, eam cum prioribus inſulis inhabitarunt. *Herod. lib* 1. Et Pelasgi in Cretam appulſi inſulæ partem tenuerunt *ex Diod. Sicul. Reinec. in ſynt. p. 1. fol.* 233. Ex qua congre-
63 gatione † diuerſa Gentium mixtura nata, *de qua Senec. in conſol. ad*
64 *Helu. c. 6. Bodin. in meth. hiſt. c. 9.* Pertinet † huc coloniarum deductio, qua ex cōtinenti in vicinas inſulas incolæ traducti. Ita Phœnices rei maritimæ peritiſſimi multas inſulas colonis nouis auxiſſe celebrantur. *de quibus late Reinec. d. part. 1. fol.* 141. Ita Slaui in inſulas maris Balthici Wagriæ oppoſitas ſeceſſerunt, *Helmold. lib. 1.*
65 *chron. Slau.* 2. Quamquam vice verſa etiam ex inſulis † in continentem coloniæ deductæ, veluti à Tyriis, *de quibus idem Reinec. d. lo.* ex Theramene inſula in Africam. *Iuſtin. lib. 13. &c.* Factum
66 denique, vt inſulæ olim † deſertæ poſtea inhabitarentur. Quarū multas ſubinde inculcat *Plin. vt lib. 6. cap.* 28. Vltra Tylos magnas aſpici inſulas, ad quas non ſit peruentum. Quaſdam etiam de-
67 ſertas eſſe. Sed & in Oceano † Germanico inſulas immenſæ magnitudinis non pridem compertas *ſcribit lib. 2. cap.* 108. Inter quas etiam Orcades fuerunt, quarum 20. deſerta. *Gobelin. in Coſ-*
68 *modr. æt.* 1. *c.* 6. De naufragio claſſis Germanici ꝓpe Friſiam, *Tacit. 2. annal.* Pars nauiū hauſtæ ſūt. Plures apud inſulas longius ſitas eiectæ. Milesque nullo illic hominum cultu, fame abſumtus &c. Per quas inſulas Friſię obuerſas non intelligit, quando illæ olim continenti terræ multo propiores, aut etiam contiguæ fuerunt, quam nunc ſunt, *ſi credimus Vbboni Emm. lib. 9. rer. Friſic.* Licet Saxonum inſulas Ptolomæi Tacitum innuiſſe credi poſſit. Fuerunt
69 autem inſulę deſertæ ferarum piratarumque tantum latibula, † quibus expurgatis inhabitari cœperunt. *Cic. pro L. Manil.* Quam multas exiſtimatis eſſe inſulas deſertas? quam multas aut metu relictas, aut à prædonibus captas vrbes. *Adam. Brem. in hiſt. Eccleſ. cap.*

*cap.*208. Iuthlandia insula cæteris † horridior, quæ in terra fugi- 70
tur, in mari propter infestationem piratarum. *Et Helmold. lib. 2.*
Chron. Slau. 6. Cæperunt inhabitari omnes insulæ maris, quæ ad
regnum pertinent Danorum, eo quod piratę defecissent, & con-
fractæ essent naues prædonum. Idem de peninsula † Sleswicensi 71
Helmold. lib. 1. cap. 12. Quid ergo, inquis, an hodie quoque vacant
insulæ, an potius inutilis est titulus occupationis pacificæ? Esse
adhuc † vacuas multas in altero orbe † nauigantium relationes 72
confirmant. Qualis Mauricia *à Thuano describitur lib. 124. histor.* Sed 73
& *Strabo lib. 1 testatur*, verisimile esse aliam adhuc habitabilem
terram vltra columnas Herculis, præter eam de qua à veteribus
Geographis explicatum. Quam Lusitanorum & Belgarum naui-
gationes detexerunt, & cottidie detegunt. Quod sic præsagiit
Senec. in Meda.

Venient annis secula seris,
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, nouosque Typhis
Detegat orbes.
Atque ingens pateat tellus,
Nec sit terris vltima Thyle &c.

Cui augurio qui credere nolit, illo, quo Comicus monet, visum
eat, iuris Gentium titulo libere vsurus. Quod si insulæ semel
occupatæ † à prioribus dominis deserantur, in pristinam caussam 74
recidunt, vt nullius fiant, perinde vt ferę è custodia elapsæ, natu-
ralem libertatem recuperant. *l. 3. §. 2. de A. R. D.* Et agri pro dere-
lictis habiti priorum dominorum esse desinunt, & occupantis fi-
unt. *l. 1. l. 3. pro derelict. l. 8. C. de omn. agr.* A quibus tamen multum
differunt agri † deserti, quos priuatis propria auctoritate occu- 75
pare non licet, cum ad regalia pertineant, *Goth. in l. 1. de A. P. Sue-*
ton in Vespas. cap. 8. Tholos. lib. 3. syntagm. 2. n. 8. Honded. vol. 2. cons. 84.
Heig. p. 2. q. vlt. num. 29. & num. 136. licet Menoch. remed. recup. 13. num.
76. Contra occupantem remedium recuperandi nullũ cõcedat.
Nihil ergo interest, hodie nata sit insula † marina, an perpetua 76
cum

cum origine mundi creata, modo hodie cultoribus sit vacua.
Quia cum nullius sit occupanti cedit. *l.7.§.3.de A.R.D.l.1.§.1. de*
77 *A.P.* Quo pertinent migrationes † gentium relictis suis nouas se-
des quærentium, quibus nihil frequentius priori æuo, *vide Reinec.*
p.1. syntagm. fol.13. Bodin. in meth. cap 9. Eleg. Senec. in consol. ad Helu. d.c.
6. Videbis gentes populosque mutasse sedem &c. Intelligimus
autem hic pacificas, non violentas. De Batauis seditione do-
mestica pulsis: *Tacit.4. histor.* quod extrema Galliæ ora vacua cul-
toribus, simulque insulam inter vada sitam occupauerint. Quod
si insula iam ante sit occupata, modus hic facillime in violentum
78 degenerat. Quo pertinent illæ † migrationes Gentium indi-
genas expellentium. Ita Britannia aliquoties incolas mutauit, *de*
qua post Bedam Gobelin. ætat.1. cap.6. Quod de insulis nullius domi-
79 nij dictum est, *ex d.l.7.§.3. de A.R.D.* an etiam ad iurisdictionem †
pertineat, ita vt eodem modo sub nullius sint iurisdictione? quæ-
80 ritur. Dubitandi ratio est, quod territorium † nihil aliud de-
notat, quam dominium, *iuxta Bart. in l.27. ff. de furt. & in l.10. C. eod.*
arg. l.239. §. territorium, de V.S. Ergo vbi nullum dominium, ibi quo-
que nullum territorium, & consequenter nec iurisdictio. Sed
81 certum est iurisdictionem † latius patere, quam dominiũ. Quã-
tum enim singuli in dominio possident, tantum princeps impe-
rio complectitur. *Senec. lib.7. de benef.4. & 6. Hotom. ill. quæst.1. Heig.*
p.2. quæst.40. num.97. Goth. in Nou.105. cap.2. in fi. imo amplius, quia
82 res sacræ † religiosæ & sanctæ nullius in bonis sunt. *l.6.§.2. de A.R.*
D.§.7. Inst. eod. Et tamen principis imperio comprehenduntur
l.9.§.1. eod. Mare & littora in nullius priuati sunt dominio. *l.51. de*
contr. emt. l.14. de A.R.D. Et tamen quatenus propinquius est ad
Cæsaris imperium pertinet. *supra cap.14. n.63. & seq.* Sic ergo &
83 insulæ † propiores Cæsaris Imperium recipient, etsi nondum ap-
prehensæ, quia Proconsul prouinciam ingressus per omnes eius
partes & insulas iurisdictionem exercere potest, etiamsi eas non-
84 dum intrauerit. *l.4.§.6. de off. proconf.* Quæ iurisdictio per appre-
hensionem insulæ à priuatis factam magistratui non aufertur, ni-
si eius animi sit possessor, quod magistratum excludere velit. *leg.*
46. de

46.de acquir.poss. Quod in dubio non præsumitur. *Knich. de pact. in uest. cap. 5.* At remotiores † insulæ marinæ nullius sunt, tam ratione dominij quam iurisdictionis. *supra. cap. 14 num. 72.* Eas ergo occupans, an iurisdictionem quoque vna cum † dominio sibi acquisiuisse censebitur? Ita vult *Bart. in tract. de insul. verb. nullus*, vbi hũc regem facit iure Gentium, quo regna constituuntur. Quod admitti potest, si saltem familiam aliquam habeat, imperio ac dominio insulæ conuenientem, *arg. l. 215. de V. S. Qualem describit Seneca epist. 89.* Sit fundus quod aliquando imperium vocabatur. Sic enim quilibet Rex dicitur monarcha in suo regno. *Socin. cons. 165. col. 2. vol. 2. Hieron. de Monte de fin. reg. c. 3. n. 3.* Et quilibet † paterfam. rex est in sua domo. *c. duo sunt, 23. q. 4. Ludouic. de Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 2. n. 24.* Etiamsi sit rusticus. Cuius rei facetam historiam recensent *Henning. Gœden. cons. 11. n. 6. Tiber. Decia. vol. 2. cons. 67. num. 13. Neu z. in sylu. nupt. lib. 4. n. 17.* Ita Polycrates Samũ insulam quindecim armatis hominibus occupauit. *Herod. lib. 3.* Exempla plurima in historiis occurrunt priuatorum † qui ad insulas delati, principatum earum in familia sua firmarunt. Vt nonnulli etiam nomina insulis † imposuerint Ita Sardinia à Sardo occupata, Lipara à Liparo, Æolia ab Æolo, Sicilia à Sicano dictæ. *Solin. cap. 11. 12. & 13.* Et videri potest in hac classe etiam Publius princeps insulæ Melitensis fuisse. *Actor. 28. v. 7.* Item institor Lusitanus, qui insulam S. Helenæ omnis generis feris compleuit. *Thuan. lib. 81.* Eadem ratio in piratis quoque obtinet, quorum princeps in milites suos potestatem habens speciem politiæ præbet. Qualis † Viriathus Lusitanus, *de quo Appian. Florus lib. 2. de gest. Rom. 17. Cicer. 2. off. n. 40. Bodin. & alij.* Quod si familia vel comitatu iusto destituatur, vt sit quasi in vacuo lætus sessor plausorq; theatro, non poterit princeps vel magistratus † dici, cui non sunt subditi, *arg. l. 7. §. 3. de bon. damnat. Vult. 1. I. R. 15.* Rex enim sine regno & subditis, est sicut Rex Schaccorum, *vt ex gl. in c. Venerabilẽ verb. Germanos de elect. dicit Neuiz. in sylu.* & apud Gallos rex † Chartaceus dicitur, qui titulotenus est rex nõ potentia, *Reinec. in meth. histor. fol. 63. vid. Arnis. 1. de iure maiest. 1.* Quod de Episcopis illis,

85 86 87 88 89 90 91 92

verum esse potest, qui scribunt se de locis in terris Turcarum, *verbo Bald. in leg. vn. C. de nudo iure Quirit. Hering. de fideiuss. cap. 8. num.*
93 *64.* de Principibus † Germaniæ, qui vel prouinciam iniuria amiserunt, vel per successionem aliquando sperant, incongrue dicitur, sicuti eos immerito vellicat *Tholos. lib. 6. de Rep. 11.* cum de iure etiamnum habere videantur. *l. qui habet, de reg. iur.* Quid au-
94 tem si ager continens apprehendatur, an insula quoque vicina † apprehensa censebitur? De iurisdictione insulæ indubium est, si insula continentis imperio subsit, *arg. l. 9. de iudic.* Illa enim vs-
95 que ad fines territorij extenditur. Vnde qui possessionem † castri apprehendit, omnia prædia & pertinentias castri apprehendisse censetur. *Innocent. & Canon. in cap. in litteris, de restit. spol. Dd. in leg. 3. de acquir. poss. Schrad. de feud. part. 5. cap. 2. numer. 25. VVesemb. consil. 1. numer. 51. Gail. 1. pac. publ. 6. numer. 28. Tilem. de Benign. vol. 2. syntagm. dec. 3. vot. 9. n. 14.* At corporalis possessio insulæ tum quoque apprehensa censebitur, si insula in conspectu posita ad
96 dominium agri vicini pertineat, quia nō est necesse omnes † fundi glebas circuire, dum hac mente & intentione sit possessor, quod fundum vsque ad terminum possidere velit. *d. leg. 3. §. 1. de acquir. poss. l. si stillicidium. §. 1. leg. seq. quemad. seru. amit. leg. vna est via, de seru. vrb. præd.* Quod multo magis obtinet si pars principalior rei apprehensa sit. *leg. 1. de off. præf. Aug. & ibi Dd. Angel. in §. insula Inst. de R. D. Natta cons. 446. numer. 3. Polen. in defens. causs. Sprinzen. ca. 8. numer. 353. & numer. 414.* Aliud est, si dum quis in possessione continentis constitutus est, insula de nouo agnascatur. Hæc enim quia priori fundo nondum vnita est, nouam apprehensionem desiderat. *supra cap. 9. numer. 12.*

CAP.

CAPVT XXII.

De occupatione Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Occupatio est modus acquirendi violentus.*
2 *Manu agere quid sit?*
3 *Manus iniectio.*
4 *Lex prædatoria iuris Gentium.*
5 *Bellum venatio quædam est.*
6 *Prisci Germani rapinis assueti.*
7 *Sententia pro lege prædatoria.*
8 *Insulani piratæ ius in vagina gerunt.*
9 *Ius Gentium furta & latrocinia non probat.*
10 *Titulus pro suo iure ciuili non sufficit.*
11 *Venatio hominum illicita est.*
12 *Nimrodus hominum venator.*
13 *Alexander M. orbis prædo.*
14 *Venatio oppressiua est tyrannis.*
15 *Venatio quot modis dicatur?*
16 *Vna hirundo non facit ver.*
17 *Ferarum quarundam peruersitas ius naturale non corrumpit.*
18 *Homo quandoque brutis nocentior.*
19 *An insula semel occupata fiat occupantis.*
20 *Capta in bello fiunt capientium.*
21 *Diuina & humana iura ad victores transeunt.*
22 *Etiam in bello iniusto.*
23 *Cyprus iniuste à Romanis occupata.*
24 Rhodus *à Sarracenis occupata.*
25 *Iusta belli caussa quænam?*
26 *Caussa præcipua occupandarum insularum.*
27 *Vtilitas summus occupantium finis.*

28 *Romani non semper æque iusti fuerunt.*
29 *Tartarorum expeditio in insulam Ziprangi.*
30 *Euentus bellum iustum facit.*
31 *Insulani an propter barbariem subiugandi?*
32 *Caroli M. in Saxones arma iusta.*
33 *Conuertere barbariem tyrannidis prætextus.*
34 *Fides Christiana non tollit dominia.*
35 *Consensus Doctorum contra Hispanos.*
36 *Dominici à Soto pia sententia.*
37 *Indi ab Hispanis occupati ingeniosi.*
38 *Belli sacri infelix euentus.*
39 *Hispanorum crudelitas in Insulanos.*
40 *Sepulueda & Franciscus Burchardus adulatores.*
41 *Ferdinandus Vasquius temporizat.*
42 *Iniuria ac rapina iustam caussam belli præbet.*
43 *Modo clarigatio præcedat.*
44 *Insulanorum bona ex delicto auferri possunt.*
45 *Iure Gentium principes ex æquo vtuntur.*
46 *Princeps est animal rationale.*
47 *Nemo sine caussa rebus suis priuandus.*
48 *Insulani piratæ impune debellari possunt.*
49 *Rugiani piratæ.*
50 *Saxonum insulæ quænam?*
51 *Saxones piratæ.*
52 *Saxonum nauigia.*
53 *Piratæ capite truncati.*
54 *Normanni piratæ.*
55 *Frisiæ incolæ olim piratæ.*
56 *Cilices Isauri piratæ.*
57 *Piratæ in regno Melibarensi.*
58 *Piratæ furcis affigendi.*
59 *Receptatores piratarum æque noxij.*
60 *Piratæ integrum exercitum sæpe contrahunt.*
61 *Piratarum arces destructæ.*

6 *Piratæ*

62 *Piratæ an iura belli habeant?*
63 *An prædoni fides data sit seruanda?*
64 *Piratæ quando in hostium numero sint?*
65 *Bellum seruile.*
66 *An vitium primi acquirentis ad successorem transeat?*
67 *Vitium rei non attenditur in acquisitione ex noua caussa.*
68 *Præsens rerum status considerandus.*
69 *Res semel alienabilis perpetuo est alienabilis.*
70 *Recuperatus ab hostibus fit liber.*
71 *Res capta ex æquitate prioribus dominis restituenda est.*
72 *Sumtus belli refundendi.*
73 *Res latrocinio ablatæ manent prioris domini.*
74 *An victor subiugatis bona adimere possit?*
75 *Romanorum clementia in deuictos.*
76 *Prædia adempta veteranis assignata.*
77 *Victis an autonomia relinquenda?*
78 *Pars regni accedens iudicatur legibus regni.*
79 *Bartoli distinctio.*
80 *In arbitrio victoris est insulam regno suo incorporare.*
81 *Mensura pænæ non debet egredi quantitatem delicti.*
82 *Romanorum iustitia.*
83 *Occupatio quando facta sit?*
84 *Inclusus castello non possidet.*
85 *Præparatoria belli non inducunt possessionem.*
86 *Nec excursio in hosticum.*
87 *Bellum comparatur iudicio.*
88 *In conflictu occupantium possessio dubia.*
89 *Terra occupata quomodo diuidenda?*
90 *Belligeratur vel societate inita, vel sine illa.*
91 *Quilibet sibi non alteri acquirit.*
92 *Fœdera & pacta sociorum attendenda.*
93 *Pacta de diuisione prædæ præmatura sunt.*
94 *Diuisio prædæ iuxta proportionem Geometricam instituenda.*
95 *Leonina societas damnatur.*

96 *Inter æquales æqualia iura seruanda.*
97 *Partitionis nomine dimidium denotatur.*
68 *A pluribus factum non videtur à singulis factum.*
99 *Ad belli duces pertinet fructus victoriæ.*
100 *Iustinian. Imp. per alios vincit.*

1 Lter modus occupandi insulam † violentus est, prope ad bestialem accedens, cum insulam, quæ in alterius est dominio, nostri iuris facere conamur, sine vllo iuris ciuilis titulo, *per l.5. in fi. l.7. in pr. de A.R.D.* Quod fieri sine vi nõ potest, sæpe nec sine iniuria. Itaq; hæc ꝓprie est manucapio
2 cũ insula de facto occupatur. Quia manu † agere est p vim agere, *l.4. & ibi Dd. de l. & l* veluti manu militari, *l.68. de R.V.* manu regia,
3 *l.2. in pr. de O.I.* Inde manus † iniectio, *in l.10.§.1. de in ius voca. l.9. de seru. export. l.1. & 2. C. si seru. export. l.54. C. de decur. De qua Coler. in præfat. de process. execut. n.17.* Romani vindicias dicebant. *Dd. in d.l. 2.§. 24. de O.I. Cæl. Rhod. lib.17. lect. ant. 29.* Germani das Faustrecht, quod hodie sublatum dixit *Moller. ad Constit. Saxon. lib.1. ca.10. in fi.* Quã-
4 uis vero iure quodam Gentium huiusmodi lex † prædatoria recepta videatur, qua potentiori imperium in imbecilliorem defertur. *Arist.1. polit.5. iuxta versus Ennij.*

Sic pisces sæpe minutos
Magnu' comest, & aues enecat accipiter.

Et Mantuan. eclog.4.

Cunctis animantibus vna est
Conditio, semper maiora minoribus obsunt.
Agna lupo, mites Aquilis sunt præda columbis.

5 Quia bellum venatio † quædam est, *Xenoph. lib.2. Cyropæd. Alberic.*
6 *Gent. lib.1. aduocat. Hispan.5.* Quales † prisci Germani *apud Virgil. 7. Æneid.* Quibus pigrum & iners videbatur sudore acquirere, quod sanguine parari posset. *Tacit. de morib. Germ.* Ita Tencteri *apud eund. lib.4. hist.* inquiunt: Quomodo lucem noctemque omnibus
7 hominibus: ita omnes † terras fortibus viris natura aperuit. Et Gallorum legati, quærentibus quodnam id ius esset, agrum à posses-

possessoribus petere, aut minari arma: respondent, se ius in armis
ferre, & omnia fortiũ virorum esse. *Liu. lib. 5. dec. 1. v. Clapmar. lib. 5.*
cap. 11. In quem sensum miles *in somnio Viridarij lib. 1. cap. 36.* abuti-
tur testimonio diuinæ legis: *Deut. 13.* quamcunque terram calca-
uerit pes tuus, hæc tua sit. Ac pertinet illuc Aristidis peroratio
ad Rhodios, cuius *meminit Alciat. 2. parad. 21.* Item Ariouisti: *apud*
Cæsarem lib. 1 de bell. Gall. Pertinet Hispanorum dicterium.

La guerre est ma patrie,
Mon harnois ma maison,
Et en toute Saison
Combatre c'est ma vie.

De la None discurs. 9. Quod maxime insulani † prędones vsurpa- 8
runt. Qualis Ruthenorum gens in insula Scythici ponti, *de qua*
Gunth. lib. 6. in pr.

Venatu tantum, crebrisque alimenta rapinis
Quærit, & assiduis pirata senescit in vndis.

Tamen aliæ ciuiliores & humaniores gentes † hanc immanitatẽ 9
non probarunt, neque cuiquam sine iusta caussa res suas per vim
auferri permiserunt. *arg. l. 1. de furt. l. 42. de V. S. § 2. Inst. de oblig. ex*
del. Forcat. in Necyom. dial. 29. infi. Domin. à Soto lib. 5. de iust. & iur. q. 3.
art. 5. Neque enim † titulus pro suo sufficiens est ad res alienas 10
l. 2. pro suo. quo prædo ille nititur, qui interrogatus, cur possideat,
nullam aliam caussam reddere potest, nisi quia possidet. *leg 11. &*
12. de petit. hered. Quod Logici vocant principium petere & ni-
hil agere. Neque sicut ferarum: ita & hominum † venatio iu- 11
re Gentium proba est, quam omnium primo Nimrodus exercu- 12
it, vnde etiam robustus venator dictus est *Gen. 9. & 10.* id est la-
tro, *Bodin. lib. 2. de Rep. 2. num. 189.* siue *vt iocular iter vertit Dresserus*
Nimbrot. Eiusque æmulus Viriathus ex Venatore latro, ex la-
trone princeps *Florus, supra cap. praeced. num. 90.* In quam classem et-
iam Alexand. M. refertur † quẽ prædonẽ orbis terrarum *vocat Lu-* 13
can. lib. 10. Seneca lib. 7. de benef. 13. paulo rigidius Latronem Gentiũ
que

que vaſtatorem. Quem tamen defendit *Schonborn. li. 2. polit. 15.* Vn-
14 de hæc venatio oppreſſiua † dicta eſt à *Bart. Alber. & Hoſtienſ. in rubr. extra de cler. venat.* quæ nihil aliud eſt, quam tyrannis. *c. non eſt, §. his itaque, in fi. diſt. 6. vide Sebaſt. Medices de venat. p. 1. q. 3. numer. 4. & q. 9. Pruckman in §. venatio, c. 3. numer. 1 Noe* Meurer von Forſtrecht, *§. quot*
15 *modis † dicatur venatio. Schurf. conſ. 1. cent. 3. Gail. 2. obſ. 68. numer. 9. Gilman. lib. 2. deciſ. Camer. 20. in pr.* Itaque recte reſpondetur ad ſupra
16 allegata exempla, vnius † & alterius gentis corruptos mores ius Gentium non conſtituere, *Alciat. in d. l. 42 de V. S.* perinde vt nec
17 ferarum quarundam † peruerſitas ius naturale inuertit, *l. 1. §. 7. ſi quad. paup.* quia has quoque ſcelerum ſocias reperit homo, *Scal.*
18 *exer. 240.* vt tamen multo nocentiores † nos, quam feræ ſimus. *Plin. lib. 10. nat. hiſt. 36.* Quia nec hic lupis mos, nec fuit leonibus, vmquam niſi in diſpar genus ſæuire *Horat. epod. 7.* Interim non habet difficultatem quæſtio, *quam Bart. in tract. de inſul. in verb. nullius* variis diſtinctionibus implicat magis, quam explicat: An inſula
19 ſemel † occupata, denuo occupanti concedatur? Si enim à priuatis id fiat, nota eſt tritiſſima iuris regula, *ex l. id quod noſtrum, de R. I.* Quia vacua non eſt, *vt cap. praced. dictum.* At ſi iure belli id fiat à Principe vel illo, qui ius belligerandi habet, aliud dicendum eſt,
20 quia ab hoſtibus capta fiunt † capientis, *l. 5. §. fin. de A. R. D.* non ſolum mobilia, & ſe mouentia *d. §. fin. l. 7. ipn. r. l. 51. eod. l. 1. §. 1. de A. P.* Sed etiam immobilia *l. 21. § 1. de capt. & poſtlim.* Imo diuina & hu-
21 mana † omnia. Hac enim formula ad demonſtrandam vniuerſalitatem iuris vtebantur Rom. Deditis ne vos Pop. Collatinũ, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtenſilia, diuina humanaque omnia in meam Pop. Rom. ditionem. *apud Liui. lib. 1. dec. 1. Tholoſ. lib. 6. de Rep. 18. num. 16 Schonborn. lib. 2. polit. 15.* Quod non tantum obtinet, ſi bellum ſit iuſtum, *vt videtur velle Goth. in d. l. 1 §. 1. de*
22 *A. P.* ſed etiam ſi ſit † iniuſtum *Vaſq. 1. ill. controu. 9. num. 19. & cap. 10.*
23 *n. 2.* Ita enim Cyprus † inſula in dominium Rom. conceſſit Catonis ſcelere magis quam virtute, *vt fatetur Vell. Paterc. lib. 2.* Neque multo iuſtiori titulo eam Veneti occuparunt. Eodem iu-
24 re Sarraceni Rhodum † & circumiacentes inſulas ſub Conſtantino

rcino sui iuris fecerunt. *Sabell. ennead.* 8. *lib.* 8. Vt victor turpiter faciat, quod iniquum bellum gerit, non turpiter belli iure vtatur, cũ est victor, *vt in similis ICtus ait in l.* 4. §. 3. *de cond. ob turp. causs.* Hæc ergo præiudicialis quæstio est, quando licitum sit insulam bello petere? Siue quænam sit iusta † belli caussa? *de qua Canonist. inc. iu-* 25
stum, 23. q. 2. Couarruu. in c. peccatum, §. 9. *n.* 3. *de R. l. Lips.* 5. *polit* 4. Præcipuæ † sane caussæ, sed non semper iustæ sunt duæ, vtilitas oc- 26
cupantis & facilitas occupandi. Ad illam pertinet † Aristago- 27
ræ consilium Persarum Regis fratri datum de bello contra insulanos *apud Herod. lib.* 5. insulam Naxum esse, non spaciosam illam quidem, sed pulcram & bonam, Ioniæque vicinam, multis præterea pecuniis refertam. Ex qua occupata in cæteras quoque insulas imperium pateat. Proin tu, inquit, aduersus hanc regionem exercitum ducito. Ad istam pertinet exprobratio ministri Regij ad præfectum, *apud eundem Herod. lib.* 3. Quod insulam Samum suæ prouinciæ adiacentem captuque facillimam regi non acquireret. Neque hac in parte † Romani ipsi iusti- 28
tiæ gloriam vbique seruarunt. De Cypro occupata iam dictum. De Creta *Florus lib.* 3. *cap.* 7. Creticum bellum, si vera volumus noscere, nos fecimus sola vincendi nobilem insulam cupiditate. De insula † Ziprangi siue Iaua *scribit Paulus Venetus lib.* 3. *c.* 2. quod auro 29
& margaritis abundet. Ergo cum Magnus Cham audiisset, hanc insulam tantis pollere diuitiis, cogitare cæpit, quomodo eam suo subiugaret dominio &c. Quam autem conatus hic illicitus & sordidus Deo displicuerit, infelix exitus declarauit, exercitu illuc misso funditus interemto. Nimirum quia euentus † belli, 30
velut æquus iudex, vnde ius stat, ei plerumque victoriam dat, *ait Liu lib.* 10. *dec.* 3. *Et Lucan. lib.* 7.

Caussa iubet superos melior sperare secundos.

Sed recte plerumque: quia quandoque prosperum scelus virtus vocatur, *verbo Senecæ, v. Lips.* 5. *polit.* 3. Interim quoad homines semper prætextus aliquis iuris quæritur. Qualis est, si † incolę sunt 31
barbari, & veri Dei cultus ignari. Fortasse etiam idololatræ, im-

pij, scelerati, perfidi. An sufficiens sit videamus. Ita volunt Hispani, qui Orientales insulas eo quoque nomine sibi mancipant. Pro quibus militat Aristot. doctrina *1. polit. 5.* vbi quosdam natura seruos facit, quibus expediat seruire potius, quam imperare. Certe
32 nisi à Carolo M. † subiugati essent Saxones, à veteri idololatria Irmensulæ aliorumque Deastrorum fortasse non abducti fuissent. *Erpold. Lindenb. in chron. Carol. Mag. in pr.* In quam sententiam extat constitutio *Friderici 2. de statu & consuet. contra libert. Eccles. §. si vero dominus temporalis.* *Ex qua desumta est auth. si quæ dominus, C. de hæret. & Mani. quem text. huic fini inducit Bart. ad l. 2. C. de commer. Ioh. Fab. in §. ius a. Gent. num. 4. Inst. de I. N. G. & C. Lips. 5. polit. 4.* sed hanc
33 πρόφασιν πλεονεξίας esse, ἡμερῶσαι τὰ βαρβαρικά, iam † olim animaduertit Plutarchus. Quæ hodie tanto magis in Christianis cessare debet,
34 quanto melius fidem Christianam dominia † iuris Gentium nō tollere nouimus. *arg. leg. 6. C. de pagan. c. dispar, 23. q. 8. c. Iudæi, extra de Iudæ. Somn. Viridar. lib. 1. cap. 104.* Itaque recte hanc sententiam
35 vt profanam damnant † *Ferdin. Vasq. lib. 1. controu. 10. num. 4. & seq. & in præfat. nu. 5. Bodin. 1. de Rep. 5. Chassan. in catal. de glor. Mund. consid. 2. part. 2. Couar. in d. c. peccatum, §. 10 num. 1. & 2. Antimachia. lib. 3. polit. theor. 1. Alber. Gentil. lib. 1. de iure bell. 9. Bocer. lib. 1. de iure bell. 5. Bart. Keckerm. lib. 1. system. polit. 4. Hugo Grotius in mari libero lib. 2. Setser. di-*
36 *sput. Instit. 9. corol. 1. Domin. à Soto † de iust. & iure lib. 5. q. 3. art. 5. & lib. 4. q. 2. art. 2.* vbi superiori argumēto respōdet. Quod si quis, inquit, id sibi prætexere cogitauerit, quod præclare cum illis agitur dum pro seruitute beneficium eis Christianismi rependimus: iniurium se nouerit esse in fidem, quæ summa est in libertate docenda ac persuadenda; tantum abest, vt eorum excusationem Deus ad-
37 mittat &c. Imo non barbaros esse sed ingeniosos † & satis probos Indos illos *ostendit Hugo Grotius d. lo.* Et quod bella huiusmo-
38 di Deo accepta non sint, docuit sinister euentus belli † Romani contra Sarracenos per aliquot secula gesti, quod immerito sacrum appellatur *à Canonist. in cap. hæc est fides. 24. q. 1. & cap. excommunicamus, extra de hæret. De quo vide Guilhelm. Tyrij libros.* Quam bene

bene vero ac pie cum deuictis insulanis egerint † Hispani, *id ex* 39
narrationibus Bartholomæi Casæi Episcopi Chiopensis oculati testis referunt
Anton. Benbell. de Godent. ad pragmat. Constit. de pace relig. lib. 1. cap.
vlt. Keckerman. d. c. 4. Lips. lib. 2. de constant. 22. Iac. August. Thuan. lib.
84. histori. & alij. Et licet Ioannes Genesius † Sepulueda in li- 40
bro Romæ excuso, Hispanorum iusti contra Indos belli gerendi
caussam defendat, *cuius meminit Thuan. lib. 54. hist. in fi.* astipulante
ipsi personato Francisco Burchardo : tamen illum *prædictus Epi-*
scopus Chiopensis in d. lib. de tyrann. Hispan. ad deputatos Commissarios gra-
uiter & neruose refutauit. Hunc nomine Andreæ Erstenber-
geri furti litterarij aliorumque criminum insimulat *post Possevin.*
lib. 1 biblioth. select. 26. Frideric. Tileman. in discurs. philol. fol. 41. De
eadem materia scripsit etiam Alphonsus Guerrerius *in specul.*
Princip. cap. 31. num. 5. cuius sententiam se nec probare nec impro-
bare, quia non vacet inuestigare, *ait Vasq.* † *lib. 1. illust. contr. 10. nu.*
11. Imo, quia non tutum erat Hispano iura sui Regis in dubium 42
vocare. Quod si insignis iniuria vel rapina † barbarorum infideli-
umue præcesserit, iam illo nomine ob delictum bellum ipsis iu-
stissime infertur. Sicuti id etiam Carolum M. contra Saxones
commouit. *arg. c. noli, 23. q. 1. c. dominus, ead. q. 2. leg. 68. in pr. de R. V.*
Gail. 2. obs. 57. num. 5. & de pac. publ. 4. Bocer. 1. de iure bell. 6. Paurm. lib. 1.
de iurisd. 3. numer. 23. Tholos. lib. 11. de Rep. 1. Cicer. 1. offic. pręmissa ta-
men prius clarigatione † ad satisfactionem petendam, vel ad res 43
ablatas repetendas. *Lips. 5 polit. 4. Busius lib. 3. de Rep. 3.* Itaque li-
cet recte concludat *Bart. d. lo.* quod inferiores à principe pos-
sint insulanorum bona † auferre, si modo ex eorum delicto ta- 44
lis occupatio facta sit: tamen in eo fallitur, quod Principes su-
periorem non recognoscentes excipit, quasi ipsi etiam sine de-
licto insulanorum id facere possint: cum ius † Gentium, quo 45
bella nituntur, *leg. 5. de I. & I.* omnes ex æquo concernat *§ pen. Inst.*
de I. N. G. & C. iunct. §. singulorum, Inst. de R. D. Constitutiones enim
naturales etiam Principem supremum, vt Papam & Imperat.
ligant, *Bald. in c. 1. §. fin. qui feud. dare poss.* Nec vlla auctoritas,

vel principis vel Senatus efficere poteſt, quod princeps non ſit
46 animal † rationale, nec poteſt eum abſoluere à dictamine rectæ rationis, *Bald. in l. 2. C. de ſeru. & aq. l. 2. §. 1. de vſufr. ear. rer.* Iam autē
47 naturalis ratio prohibet quemquam vel rebus ſuis ſine † cauſſa priuari, *l. id quod noſtrum, de R. I.* vel cum detrimento alterius locupletiorem fieri: *l. 206 de R. I. l. 14. de cond. indeb. leg. 6. inſi. de iure dot.* Quod Principem ne quidem ex abſoluta poteſtate facere poſſe
48 *dictum. cap. 11. num. 6.* Quod ſi autem inſulani † piraticam exercentes mare intutum reddant, naueſque tranſeuntes diripiant, ſatis cauſſæ habent vicini principes, eos in ordinem redigendi, ſi poſt iteratas admonitiones non reſipiſcant, læſisue ſatisfaciant. In hoc enim vitium inſulani præ cæteris procliues ſunt. Ita Scyri incolas latrociniis mare infeſtare ſcribit *Plutar. in Cimon.* De Ru-
49 gianis † aliiſq; inſulis in mari Balthico *ſcribit Helmo'd. lib. 1. Chron. Slau. 2.* omne hoc hominum genus vagum ſemper & mobile piraticas exercentes prædas, ex vna parte Danis, ex altera Saxonibus infeſtum. Quomodo Daniam infeſtarint *vide eundem lib. 2. cap.*
50 13. In hoc numero fuerunt † tres Saxonum inſulæ ad Albis fluuij oſtium, iuxta Ptolomæum. Quas *Adamus Bremenſis in hiſt. Eccleſ. c.* 3. male circa Rhenum collocat, vnde in Angliam traiecerint Saxones. Sed nec Friſiorum inſulas eas eſſe *aſſentimur Vbb. Emmio lib. 2. rer. Friſic.* Magis veriſimile Hilligerlandiā & Cimbricam Cherſoneſum, vicinasue inſulas ex illis eſſe, *de quibus Oroſius, Cranzius,*
51 *Emm. d. lo.* De Saxonum horum † piratica meminere ſcriptores Romani. *Sidon. in paneg. Auiti carm. 7.*

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle ſalum ſulcare Britannum
Ludus, & adſuto glaucum mare ſcindere lembo.

52 Vtebantur enim Saxones † myoparonibus ex vimine factis & crudo corio tectis. Quod genus dum Iſidorus Germanis piratis in littoribus tribuit, procul dubio Saxones intelligit. *P. Berth. lib. 1. rer. Germ. 15.* Nam alioqui Germaniæ prædones ſingulis arboribus cauatis vtebantur, quarum quædam etiam 30. homines ferrent. *Plin. lib. 16. cap. 40 Vide Reinec. de orig. Saxo. fol. 10.* Apud

has quoque† insulas latitarunt olim archipiratæ Godefridus 53
Michaelius & Nicolaus Stortebekerus anno 1402. Hamburgi capite truncati. *Cranz. in Vandal. lib. 10. cap. 6. Vbb. Emm. lib. 17. rer. Frisic. Petit artic. Hamburg. pro restit. in integr. art. 144.* De Normannis† 54
piratis qui sunt Norwegij *vide Adam. Bremens. cap. 228. Epiced. Caroli M.*

—Normannis vastantibus insula quædam
Paruula Fresonum, damna tulit grauia.

Sed & Gronlandi Islandis crudeliores sunt, raptuque piratico remigantibus infesti, *scribit idem Adam. cap. 244.* qui tamen Islandis iniuriam facere videtur, cum sint homines simplices, furta auersantes. Francos quoque maritimos † inter Albim & Ama- 55
sin, (vbi postea Saxones ex Cimbrica Chersoneso consedere) ex littore piraticam exercuisse *ex Eutropio, Mamertino, Ammiano demonstrat Vbb. Emm. lib. 1. rer. Frisiæ.* Fuerunt & Lusitani tales *in leg. 21. in pr. de neg. gest.* quorum popularis fuit Viriathus, *de quo supra.* Item Cilices † piratæ Romanis negotium facessentes. *Flor. lib. 3. cap. 6.* Eorumque præcipui Isauri *l. 10. C. de feriis. & ibi Goth. l. vlt. C. ad L. Iul. de vi publ. De quorum rapinis v. Strab. li. 12. Marcell. lib. 14. De Ponticis Iustin. in Con. 8. in pr.* De Regno Melibar † *scribit Paul. Venetus* 57
lib. 3. cap. 34. Inueniuntur in hoc regno piratæ multi, qui singulis annis cum 100. nauibus vagantur in mari, & capiunt transeuntes mercatores, bonaque eorum deprædantur. Ducunt secum vxores & filios, & totam æstatem versantur in mari, præcludentes mercatoribus semitam, vt non facile euadere possint laqueos eorum. Nam cum viginti nauibus occupant in transuersum centum miliarium spacium, quinque milliar. spacio vni naui assignato. Et cum vident aduentare nauem aliquam mercatorum bonis onustam, signum faciunt cum fumo, proximiori id indicantes naui, & hæc rursus tertiæ sibi collaterali. Vnde fit, vt fere in momento omnium nauium gubernatores sciant adesse nauem quam diripiant. *Hæc ille. Adde latronum insulas, quas describit Thuan. lib. 126. hist.* Sicuti ergo ipsi prædones ac piratæ capi ac supplicio affici debent, & quidem ad terrorem aliorum † furcis affigi, *l. 28.* 58

 §. 10.

§.10.*& pen ff.de pœn. auth.sed nouo,C.de seru fugit.Tholos.li.37.syntag.9.nu.8.Senec.epist.*7.Latrocinium fecit aliquis. Quid ergo meruit? vt suspendatur.Ita omnes illi,qui opem & auxilium ipsis ferunt eadem pœna digni *l.52.§.19.l.36.in pr.de furt.l.sæpe,53.§.vlt.de V.S.*
59 *§.11.Inst.de obl.ex delict.* Quales sunt receptatores † piratarum,plerumque insulani,aut maritimi. Qui si non essent,nec piratæ essent,vel certe non æque commode prædarentur.*l.13.in pr.de offic.præs.Tholos.lib.37.synt.vlt.*Item si societatem cum piratis contrahant, vt partem prædæ participent.*l.53.pro socio.* Qualis lembus Plautinus,communis cũ hospite & prædonibus,in Bacchid. *Act.2.Sce.*3.De insula Scoita *Venetus lib.3.c.38.* deferuntur ad hanc insulam à piratis multa bona,quæ rapta illic vendunt. Illi autem scientes Sarracenis ablata libenter emunt.Atque hoc quod de supplicio dictum facilius obtinetur,si singuli sint,vel prædonum more vagentur. Sæpe autem gens aliqua tota piraticam
60 exercet, vel integro exercitu † constant,classemque numerosam habent piratæ,vt aperto bello cũ ipsis sit decertãdum, *de quibus Cic.2.offic.num.*41.Tale est bellum piraticum à Rom. gestum
61 in quo prædonum vrbes & † arces destructę. Inter alias quoque Isaurum Ciliciæ,&c. *Flor.lib.3.cap.6.Strab.lib.14.*Item Balearicum.*de quo Flor.lib.3.cap.*8. Quod si iam quæratur,an in nume-
62 ro hostium piratæ habendi,in illisque iura belli † seruanda sint, hac distinctione res expedienda erit. Prioris generis si sint,negatiua vera est,*arg.l.24.de capt.& postlim.reu.l.19.§.2.eod. leg. 13.qui test.fac.poss.l.1.in pr.de leg.3.Quam late propugnat Bodin.lib.1. de Rep.1.*
63 *& lib.5.cap.6.* Vnde huiusmodi piratis pactum † pro capite pretium soluendum non est.*arg.leg.22.quod met.causs.leg.24.de capt. & postl.* ne quidem si iuratus id feceris,*ait Cicero 3.offic.num.72.* quod tamen non probat *Eberh.Speckhan.cent.1.class.2.q.14.num.34. Paulo aliter Danæ.lib.2.Eth.Christ.9.* Quod si vero iusto bello cum piratis publice decertetur, vt etiam belli iura in iisdem seruentur
64 consequens est,quia hostium † numero sunt *d.l.24.de capt.& post.l.hostes,118.leg.234.de V.S.Hotom.illust.q.7.Ita Cæsar lib.3.de bell.ciuil.scribit* actum à Romanis Ducibus,cum prædonibus de compositione

tione,& legatos ad eos missos esse. Tales Illergetes prædones *apud Liu. lib. 8. dec. 3* licet Scipio ad alacritatem militum conciliãdam, non tam ad bellum , quam ad expetendas ab hominibus scelestis pœnas se ire profiteretur. Talis etiam Spartacus, qui collecta seruorum † manu Romanis publice bellum intulit & 65
cum Crasso depugnauit, *cuius fit mentio in leg. 3. §. 10. de acquir. poss. Cic. 6. ad Attic. 2 Verri. 5. Flor. lib. 3. cap. 20. Velle. Paterc. lib. 2. Horat. 3. carm. 14.* Quod si ergo insulani hoc modo, dum vel ipsi sunt piratæ, vel piratis opem & receptacula præbent, iustum bellum in se concitent, sibi auaritiæ, & audaciæ suæ id expensum ferant. *arg. l. 3. C. de naut. fœn.* Dederunt enim operam rei illicitæ *cap. damnum, 86. de R. I. in 6.* Quid autẽ si insula † semel iniuste occupata, postea 66
iterum occupetur: veluti si insulę Orientales ab Hispanis nullo iure occupatæ ab Hollandis rursus intercipiantur, iuxta illud: væ spolianti, quia spoliaberis: an vitium rei † inhærens ad succes- 67
sores propagabitur? *arg. leg. vitia, 11. C. de acquir. poss. l. 24. §. 1. de vsucap.* Et dicendum in bello iusto & legitimo id non considerari, quia secundi occupatores dominium nouo iure habere videntur, non iure primi acquirentis. Quo casu id vitium non attenditur. *arg. cap. cura pastorali, extra de iure patro. Fab. in §. furtiue, n. 3. de vsucap.* Mutata est enim conditio insularum: *l. per procuratorem, 90. §. 1. de acquir. hæred. Tiraq. in reg. cessant. causs. ca. 1. n. 210.* vt secundum eum statũ, in quo nunc sunt †, non in quo antea fuerunt, iu- 68
dicari debeant, quia qualem te inuenio, talem te iudico. *VVesemb. cons. 4. n. 87. vol. 1.* Qui enim rem recuperat, non tenet eodẽ iure *l. si à me, 29. ad L. Falcid. c. 1. quid iur. si post alien. & ibi Matth. de Afflict. n. 40.* Et res semel † alienari cœpta, imposterum libere alienari 69
potest. *Bart. in leg. pater, §. quindecim, ff. de leg. 3. leg. quoties, 11. & ibi Dd. C. de fideicom. Curt. iun. de feud. in 2. p. princ. q. 4. num. 5. Vasq. lib. 2. contr. 89. num. 2.* Neque enim nouum est, vt qui dominium non habet, alij dominii caussam præbeat. *leg. 45. de A. R. D.* præsertim cum insulanorum conditio ea occupatione non fiat deterior, sed melior, *leg 2. & 3. de alien. iud. mut. causs.* Neque obstat quod

70 quod ab hostibus virtute militari † recuperatus in pristinam caussam libertatis recidit *l.20.§.1.de capt.& postlim.l.10.l.12.C.eod.* vt & redemptus ab hostibus, modo pretiũ refundatur 1.*l.12.§.1.de capt. & postl.Cuiac.19 obs.7.Niell.disput.feud.8.th.1.& coroll.2.lit.B.* Quia illud stricto iure verum est, de sociis militibus ex eodem populo vel exercitu, non de aliis, qui ius ciuile non agnoscunt, nec iure postliminij obligãtur *l.5.l.19.§.3.de capt.& postl.* nisi ex æquitate &
71 caritate Christiana rebus occupatis decedere vltro † velint, *iuxta l.bona fides,31.depos.Domin.à Soto lib.4.de iust.& iure q.7.art. 2. Couarr. in c.peccatum,§.11.num.7.de R.I.* Quomodo Abrahamus ab hostibus recuperata prioribus dominis restituit.*Gen.14.* Vt tamen eo
72 casu sumtus belli † refundatur *d.l.12.§.7.de capt.& postl.Rutger. Ruland.lib.2.de commiss.de interrog.cap.11.num.25.* Alia ratio est re-
73 rum à piratis † ablatarum. Hæ enim priorum dominorum ita manent, vt semper vindicari, *d.l.pen.pro socio.* vel per condictionẽ furtiuam repeti possint *l.47.l.66.§.1.de furt.l.10.de cond.furt.l.7.§. 1.eod.* Ex supradictis illa quoque decidi quæstio potest, *quam tan-*
74 *git Bart.in d.tract.de insul.* an victor † bona subiugatis adimere, aliisque ea concedere possit? vulgo ita distinguitur, vtrum per vim debellati sint, an per deditionem in fidem accepti. Vt illo casu victoris arbitrio subsint: hoc gratię & clementiæ. *Tholos. lib. 11.*
75 *de Republ.12.* Sed † Romani ne hoc quidem casu victis prædia aut possessiones adimebant, nisi vel à fide defecissent, vel alio modo grauiter peccassent, *vt in l.21.quib.mod.vsufr.am.* Tunc enim au-
76 diebant illud: Veteres migrate coloni, prædiaque † veteranis militibus relinquite.*Virg.eclog.1.l.11.de euict.* Quo de discrimine obseruando grauiter disputat *Cic.1.offic.num.8.* Ex iisdem funda-
77 mentis illa quoque quęstio decidenda est, an gentes † occupatæ legibus Principis populiue victoris, an vero suis propriis vti debeant? Illud voluit *Guilhel.de Cuneo quem allegat Bart.* si quidem talis sit principis intentio, quod velit eos subditis suis vnire, quia victoris regnum bello auctum videtur, perinde vt alluuione incrementum agro adiectum eiusdem iuris & conditionis efficitur, cu-
78 ius est ager principalis.*l.9.§.fin.de admin.tut.* Vnde aucto † regno, etiam

etiam illa pars, quæ per augmentum accessit, debet constitutionibus ac consuetudinibus regni censeri, *Alex. in leg. si ex toto, in 3. notab. de leg. 1. & in cons. 178. incip. in occurrente casu, vol. 2. Felin. in cap. translato, de constit. Ludou. Roman. cons. 218. præsens casus, Schrad. de feud. ca. 6. num. 26. Boer. decis. 50. num. 19.* Alibi tamen Bart. † ita distinxit 79
si prouincia accedens adiiciatur regno vel castro accessorie, ita quod vnum regnum fiat: quod tum reguletur secundum statuta primi cui accessit: aliud si accessorie non adiiciatur: quia tunc debet regulari secundum leges & consuetudines suas, *Gilman. 2. decis. Cam. 3. num. 25. & seqq.* Et certum est illud à voluntate victoris † 80
qui in vnum regnum multa regna coniecit, *vt de Alex. M. ait Seneca epist. 94.* dependere, quando velit insulam vel prouinciam occupatam suo regno incorporare, *vt vulgo vocant DD. Borch. de regal. n. 68. id est vnire, de quo Gail. obs. 61.* Quomodo res allodialis vnitur feudo, *de qua post Schrader. & FF. VVesemb. cons. 4.* Recte tamẽ Bart. præsupponit delictum † præcedens, absque quo populus innocens, iure suo priuari non debet. Quod ita à Rom. obseruatum, dum pro discrimine delicti cuiusque alios populos in prouinciæ formam redegerunt, alios suis regibus ac legibus reliquerunt. Quo ipso summam iustitiæ & clementiæ gloriam consecuti sunt Rom. † vt passim commendantur *à gl. in §. ex his, 28. q. 1. 1. Macciab. 8. Augustin. lib. 18. de ciu. Dei. Petr. de Andlo. lib. 1. de Rom. Imp. 10. & ibi Freher. in not. Lips. de magnit. Rom.* Licet & ipsi homines fuerint, *vt supra n. 28.* Quando vero occupatio † facta sit, ac possessio insulæ acquisita, ex iis quæ de apprehensione dicta sunt, cognoscere licebit. *Distinguit tamen Bart. in verb. nullius, & ex eo Capoll. lib. 2. de seru. 33. num. 10.* si plures occupent bellando, eum possidere, qui per tres dies in possessione victor stetit, *l. 3. §. cum igitur de vi arm.* Maxime si fortalitium erexit, ex quo non facile possit expelli: aut alium in castello ita inclusit, vt exire nequeat. Quia incastellatus † non videtur possidere sed possideri. *l. 1. §. pen. de vi* 84
arm. Bald. in rubr. ff. de R. D. Sed hæc omnia in facto consistunt. Si enim præparatoria saltem quædam ab vna parte facta sunt, ea alteri viam occupandi non præcludunt, quia præparatoria † non 85

faciunt rem desinere integram. *l. si pecunia, in pr. de cond. ind.* Et præparasse non videtur, qui prior incipit, sed qui prior perficit. *leg. si vero, 10. ff. de pecul.* Aliter ac supra de ædificatione dictum. Idem
86 dicendum, si Dux cum suo exercitu excursionem † aliquam in hosticum (caualcatam vocant Itali, Germani Streiff) fecerit. Nã nec per illam præoccupata censetur insula, *arg. leg. 53. de A. R. D.*
87 quia sicut in iudicio ac † bello ciuili ante litis contestationem nihil acquisitum: *leg. 12. de V. S.* ita nec in bello hostili tali excursione quicquam occupatum censebitur. *Bart. d. lo.* Quod si adhuc in
88 conflictu † versentur occupantes, dubia est possessio & quasi momentanea. *leg. vn. C. si de moment. leg. 8. C. vnd. vi.* Itaque hic quoque obtinebit edictum prætoris, vti possidetis ita possideatis *l. 1. vti possid.* quousque euentus belli vt iudex possessionem stabilẽ alteri addicat. *arg. leg. 25. in fi. de A. P. l. 3. §. 9. de vi arm.* Cæterum vbi victoria litem in possessorio terminauit, contentio est de diuisione terræ occupatæ, quomodo inter plures occupantes iudi-
89 cio communi diuidundo † diuidi debeat. Quæ forte Bartoli tẽporibus vsum habebant, bellis pro recuperanda terra sancta cõtra Sarracenos vigentibus. Distinguendum autem fuerat, vtrum
90 plures duces † seorsim sine societate terram hostilem occuparint, an vero coniunctim societate inita? Priori casu tantũ cuiq; acquisitũ, quantũ occupatũ, *vt de apprehensione dictum.* Singuli enim suũ negotium gesserunt. *l. 4. l. 28. §. 1. de stip. seruor. l. 8. §. 1. de acceptil.* Et
91 regulariter quilibet sibi † non alteri acquirere, & suo potius quã alieno nomine agere censetur. *Bart in leg. Titium, 47. §. 6. de admin. tut. Menoch. lib. 3. de præsumt. 46. num. 1. Mascard. concl. 619.* Posteriori casu attendenda sunt pacta & conditiones, quibus societas belli inita est, quia legem dant contractui *leg. 1. deposit. l. 23. de R. I.* Ple-
92 rumque enim duces † fœdera iungentes paciscuntur, quas partes prædę quisque habere debeat, Ita Agathocles Siciliæ Tyrannus cum Cyrenarum rege pactus, vt victis Carthaginẽsibus, huic Africæ, illi Siciliæ imperium cederet. *Iustin. lib. 22.* Cuiusmodi
93 tamen † pacta Maximil. Cæsar pulchro apologo, de vrsi pelli nõ venden-

vendenda nisi capta prius fera, irridere solitus, *teste Comin. lib. 5. comment. Facit l. 2. §. 2. de vulg. & pupil. l. 1. §. 21. de dot. collat.* Si nulla interuenerunt pacta, tum proportione † geometrica, qui princeps est belli primas quoque prædæ partes, cæteri aliquas habebunt. *arg. l. 7. de capt. & postl. reu. l. 6. l. 80. pro socio. §. 2. Inst. eod.* vt tamē non fiat leonina diuisio, *l. 29. §. 2. pro socio.* Leone † omnia sibi arrogante, sociis nihil vel parum relinquēte, *vt habet apologus AEsopicus.* Ita licet Romani prouincias deuictas sibi assignarent, sociis tamen & amicis, pro cuiusque merito, aliquam quoque partem concedebant. Quod si omnes potentia, militibus, expensis sunt pares, proportione arithmetica † æquales quoque lucri partes obtinebunt. *leg. 29. pro socio. §. 1. Inst. eod. quia, vt ex Ciceron. in topic. dicitur in cap. vn. de allod.* æquitas in paribus caussis, paria iura desiderat. Et similes fratres similia quoque caputia gestant, *cap. recolentes, extra de stat. monach. Anchara. cons. 2. num. 3.* Quod Germani ita efferunt: gleiche Brüder tragen gleiche Kappen. Et æqualitas mater est concordiæ. *supra cap. 17. num. 102.* Et regulariter partitionis nomine † dimidium denotatur. *leg. 164. §. 1. de V. S. gl. in cap. priusquam, dist. 28.* Quo pertinet regula à Bart. allegata *ex leg. 51. in fi. ad L. Aquil. leg. vulgaris, §. pen. de furt.* à pluribus factum † non videtur à singulis factum. Quæ ad priorem casum male aptatur. Imo eodem argumento ad singulos milites pertineret, cum tamen non his, sed belli Ducibus, sicut belli gloria ita & victoriȩ fructus † tribuatur, *arg. l. 5. §. 1. de pact.* Quidquid Cicero *in Orat. pro M. Marcello* Cæsari subblandiens differat. Et plerumq; tanti exercitus, quanti imperator. *Flor. lib. 2. cap. 18.* Imo hic pluris. *Lips. 5. polit. 14.* Neque alio modo sustineri posset locutio † Iustiniani Imp. *in l. 3. in pr. C. de vet. iure enucl. proœm. Inst. §. 1. in pr. C. de off. P. P. Afric. & pass.* vbi victoriæ laudem sibi tribuit, cum tamen eos populos per Bellisarium, Narsetem aliosque duces subegerit *testibus Procop. de bell. Vandal. Paul. Diaco. de gestis Longob. &c.* Hæc licet ad iura belli in genere pertineant, neque solis insulis propria, sed omnibus terris occupatis communia sint,

94 95 96 97 98 99 100

tamen cum à *Bartolo in d. tract. de insula* ita inducta sint, eius vestigiis insistere volumus.

CAPVT XXIII.

De Arcanis politicis & Stratagematis bellicis circa insulas.

SVMMARIA.

1 *Circa insulas multa arcana consilia occurrunt.*
2 *Arcana politica qualia?*
3 *Dolus dolo excluditur.*
4 *Venena quaedam bona, quaedam mala.*
5 *Dynus propter cautelas ad infernum detrusus.*
6 *Insula confidere.*
7 *Insula pro locis munitis.*
8 *In insulis habitare.*
9 *Fistilandia insula Rheno vicina.*
10 *Dionysii Siculi metus.*
11 *Sedes imperij in insula.*
12 *Comitia in insula celebrare.*
13 *In insula colloquium cum hostibus indicere.*
14 *In insulam studiorum caussa secedere.*
15 *Tiberij secessus Rhodum.*
16 *Tychonis de Brahe sedes.*
17 *In insula coenobium condere.*
18 *Exempla monasteriorum insularium.*
19 *Augia maior.*
20 *Equites Rhodij postea Melitenses dicti.*
21 *An sint Clerici, vel laici.*
22 *Tiberij Caesaris secessus in Capreas.*
23 *Tiberij probrosa vita.*
24 *Fuga priuatorum in insulam.*
25 *Fuga exercitus in insulam.*

26 *Imbellium*

26 *Imbellem sexum in insula collocare.*
27 *Atheniensium secessus in Salaminam insulam.*
28 *In insulam deportare.*
29 *Insulanos domi retinere.*
30 *In insula occidere.*
31 *Insula aliquem arcere.*
32 *AEgyptus Senatoribus Rom. interdicta.*
33 *A munimento insulæ excludere.*
34 *Insulam commodiorem occupare.*
35 *Insulam vrbi imminentem occupare.*
36 *Pugna de proprietate Salaminæ insulæ.*
37 *Exempla insularum occupatarum.*
38 *Insulam vicinam vrbi ponte connectere.*
39 *Propugnaculum vrbis Bremensis.*
40 *Insulæ præsidium imponere.*
41 *Insulæ castellum imponere.*
42 *Fleuum castellum Roman.*
43 *In confluente fluuiorum castellum condere.*
44 *Insulæ munimentum destruere.*
45 *Controuersia Treuirensium cum Comite Luxenburgico.*
46 *Castella prædonum licite deiiciuntur.*
47 *Vrbem aqua cingere.*
48 *Insulam ex continenti facere.*
49 *Hallenslebij oppidi clades.*
50 *Vrbis Brunsuicensis oppugnatio.*
51 *Insulam continenti iungere.*
52 *Peninsulæ isthmum incidere.*
53 *Peninsulæ isthmum munire.*
54 *Holsatiæ limes.*
55 *Isthmo vrbem imponere.*
56 *Corinthus Græciæ vrbs.*
57 *Insulæ portus occupare.*
58 *Insulæ portus obstruere.*
59 *AEstum & recessum maris captare.*

60 Flumine secundo insulam adoriri.
61 Insulam hyberno tempore aggredi.
62 Mare Septentrionale glacie stringitur.
63 Glacies pontis vicem praestat.
64 Glacies facile resoluitur.
65 VVilhelmi Caesaris calamitas.
66 Ioannis Oldenburgici felix expeditio.
67 Glaciem prohibere.
68 Insulam nando assequi.
69 Germani nandi periti.
70 Fluminis fundum acutis sudibus inficere.
71 Flumen traiicere.
72 Flumen iuxta insulam transire.
73 Fluminis cursum obstruere.
74 Eurypum abducere.
75 Manheimum Palatinatus vrbs.
76 Erici Brunsvicensis irritus conatus.
77 Fluminis alueum diducere.
78 Rapiditas fluminis nauigationi noxia.
79 Nauigationem prouocare.
80 Fluminis alueum incuruare.
81 Flumen diuidere.
82 Flumen abductum reuocare.
83 Insulam nauibus inuadere.
84 Insulam classe defendere.
85 Paucis nauibus insulam occupare.
86 Mare nauibus occupare.
87 Maria hostibus praecludere.
88 Eurypi angustias occupare.
89 Insulanis naues interdicere.
90 Insulanos classe priuare.
91 Q. Fabij Labeonis dolus.
92 Nauis diuisio inutilis.
93 AEginetis pollices praecisi.

94 *Marci quinam?*
95 *Hostibus reditum praecludere.*
96 *Rhodiorum clades.*
97 *Ziprangiorum clades.*
98 *Nauium funes praecidere.*
99 *Scientia situs locorum vtilis.*
100 *Insulanos ad bellum nauale attrahere.*
101 *Insulani classibus valent.*
102 *Roman. ignorantia circa res maritimas.*
103 *Insulanos in continentem elicere.*
104 *Equi insulanis inutiles.*
105 *Vrbem maritimam mediterraneam facere.*
106 *Carthaginis excidium.*
107 *Maritimos in mediterranea submouere.*
108 *In insula se recolligere.*
109 *Insulam amissam statim recuperare.*
110 *Naues per terram transportare.*

VM circa insulas siue occupandas, siue defendendas, multa arcana politica † & strategemata bellica in historiis passim occurrant, non grauabimur ex iis quaedam, in gratiam Studiosorum politices, huc apponere, vt ipsi plura eius generis colligant & obseruent. 1
Fieri enim potest, quod vsum habeant. Sunt autem arcana † illa 2
(ita vocat *Tac. l. 2. ann. il. Arist. 5. polit. 8.* σοφίσματα, item κρύφια Polybius ἐπικρύφια, alij machinamenta, *Clapmar. lib. 1. de arcan. Rerump. 4.* ICti remedia, *l. 66. de iure dot. l. 3. §. 2. de stat. lib. Modestinus in leg. 65. de procur.* εὑρήματα, qui singularem tractatum de iis scripsit, Practici cautelas, de quibus vide libros Cornelij Brederodij Bartholomęi Cæpollę & aliorum) plerumque inter se contraria, itaque ita cōparata, vt vni hostium salubria, alteri sint noxia. Sicut enim in pugna forensi actio per exceptionem, & haec per replicationē, & ita deinceps eliditur, *pr. Inst. de except. & replicat.* ita in bello callidis machinamentis callida remedia opponuntur, vt ita fal-

3 lacia alia aliam trudat, & dolus † dolo, vt cuneus cuneo excludatur. *l.1.§.3. de dol. mal. Lipsius.5.polit.17.* De quorum iustitia in velitationibus politicis iam olim à nobis disputatum est, sed ita, vt
4 instar veneni † ea habenda esse monuerimus, *iuxta l.3.§.2. ad L. Cornel. de sicar.* Quod est vocabulum ἐκ τῶν μέσων, *De quo Homeri ver-*
5 *sus ex Odyss.4. citatur in l.236. de V.S.* Nam Dynum † ICtum propter vsum vnius cautelæ ad inferos damnatum scribit ex visione quadam *Angel. in l. hac verba, C. de fals. causs.*

Primum & generale arcanum, ex quo plura specialia oriun-
6 tur, sit: insulæ † confidere. Habet enim ab aqua naturale munimentum. Quod Tyrios cōtra Alex. M. animauit, eo quod eorum muros turresque præaltum mare ambiret. *Curt. lib.4. hist. supra c. 8. num.27.* Nec minus & Venetos contra Fridericum Barbaros-
7 sam protexit. *Plati. in Gregor. 6. Philip. lib.4. chron.* Vnde insulæ † pro locis munitis accipiuntur in sacris. *Esai.42. v.4.10.13. & pass.* quibus incolæ plus iusto confidunt, *Esa.41. in pr. & v.5.* ideo secure in diem viuentes. *Ezech.39. v.6.*

8 Secundum: In insula † habitare. Securitatis caussa. Quod & Reges quidam fecerunt, vt Athabalus in insula Tigridis, *Dion. Cass. in Traia.* Radbodus Frisiorum tyrannus in † Fastilandia ad ostia Rhe-
9 ni P. *Berth. lib.3. comment. in Traiecto. Eius crebra fit mentio in historia S. Ludgeri & Bonifacij apud Marcellin. presbyterum.* Vt hanc diuersam esse oporteat ab Hilligerlandia, *de qua supra cap.15. num. 64. Vbb.*
10 *Emmius lib.4. rer. Frisic.* Et potest huc referri Dionysii † Siciliæ tyranni metus, qui ædem in qua cubare consueuerat, alta circūdedit fossa, eamque ponte solutili superstrauit, cuius disiectos asseres & axiculos secum in somnum abiens trāsferebat, eosdemq; compaginabat lucis initio processurus, *Ammian. lib.16. hist. Cicer.5. Tuscul. & 2. off.3. Valer. Max. lib.9 cap.13.*

11 Tertium. In insula † sedem imperii constituere. Quod Constans Imper. de Sicilia cogitauit *supra. cap.15. n 54.* Et obtinet hodie in Hafnia regia Daniæ sede. *ib. n.56.*

12 Quartum. In insula Comitia † habere. Quod olim fecerunt

Borea-

Borealium regnorum monarchæ, *Iohan. Messen. in specul. regni Sueciæ. cap. 2.*

Quintum. In insula † colloquium cum hostibus indicere. Vi- 13
tandi periculi ergo Quod cuiusmodi sit in congressibus hostium
docet *Philip. Comine. lib. 3. comment.* Eoque pertinet pons à Lu-
douico XI. exstructus, ac cancellis distinctus *apud eundem Comine. lib. 6. comment.*

Sextum. In insulam † animi vel studiorum caussa secedere. Ita 14
Tiberius iuuenis † Rhodum secessit, vbi etiam per septennium 15
egit. *Suet. in Tiber. cap. 10. & seq. Clapmar. lib. 4. de arcan. Rer. 11.* Quo
referri potest Vraniburgum † Tychonis de Brahe nobilis mathe- 16
matici in insula Huæna ex aduerso Cronenburgi in sinu Coda-
no, *apud P. Berth. lib. 3. comment. fol. 513.* Et Haionis Cammingæ Fri-
sii Erasmi Roterodami familiaris domus in insula Amelandiæ,
cuius dominus erat, *Vbbo Emmius in descript. Leovvard.*

Septimum. In insula † cœnobium condere. Tum propter trã- 17
quillitatem: tum quia hinc non facile egressus patet, vt de Pal-
meria dictum *cap. 16. num. 78. De monachis † insularibus v. Simonem* 18
Maiolum li. 1. dier. canicul. 23. De Rugianorum insula, in qua Mona-
chi Corbeienses oratorium construxerunt, *Helmold. lib. 1. histor. Slau. 6.* De insula Sancta Holsatię, quæ id nomen à monialibus
accepit *v. cap. 15. num. 63.* De Werdena *cap. 1. num. 16.* De Rothumo
Frisiæ insula, in qua fuit cœnobium S. Benedicti. *Vbb. Emm. lib. 1. rer. Frisic.* Ita in Richauia insula lacus Podanuri non procul à
Constantia monasterium fuit † Augia maior dicta. Cui Caro- 19
lus M. Vlmam villam regalem donauit. *Lindenb. in chron. Carol. fol. 252.* Cuius abbas tam diues fuit, quod Romam petiturus toto
itinere in propriis suis possessionibus pernoctare posset, *Munster. lib. 3. Cosmogr.* Est & cænobium in insula caput omnium aliorum
in Tartaria. *de quo Paul. Venet. lib. 2. cap. 60.* Ac referri huc quoque
potest, Ioannitarum militum secessus in Insulam Rhodum, qua
à Turcis occupata, in insula Malta consederunt, *Sleidan. lib. 3. comment.* Dicti ab eo tempore Equites † Melitenses siue Mal- 20
tenses, *Tholos. lib. 15. synt. 34. in fi. Bodin. 1. de Republ. 9. num. 135.* Quam-

quam illi etiam ob aliam caussam, militiæ contra Turcas in in-
21 sula resident. Vnde an sint clerici † vel laici disputant Feudistæ, *Vult.1.Feud.9.n.67. Gothof. Anthon.disp.feud 6.th.9.* Feudi certe capaces censentur, *Aluarot.inc.vn.de milit.vasall.n.9.*

Octauum. In insula latibulum quærere. *arg.l.7.§.4.quib.ex causs.*
22 *in possess.* Proprium Tiberij † Cæsaris arcanum in insula Capreis latitantis. Vnde *Iuuen.sat.10.* principem vocat angusta Capreaŭ in rupe sedentem. Quam & Augustus Cæsar ἀπραγόπολιν appellauit, à desidia illuc è comitatu suo secedentium. *Sueto.in August.c.98.* Tiberiani secessus quamuis aliæ caussæ tum prætextæ: tamen
23 hæc vera fuit, vt solitudine vitia † & luxuriam tegeret, *Tacit. 4. annal.* Ideo ea insula maxime delectatus, quod vno eoque paruo littore adiretur, *Sueton. cap.40.* Vnde eam arce nobilitauit, cum antea villam saltem haberet. *Plin.lib.3.cap.6.* De Tiberio Ausonius:

Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro,
Quæ prodit vitiis, credit operta locis.

Nonum. In insulam † aufugere. Metu pœnæ vel tyrannidis.
24 Quod primo Romæ à voluntate sontium profectum, necessariŭ deportationis exilium peperit. Ita Anna Didonis soror in insulā Meliten profugit *Ouid.3.Fastor.* Quo & Cicero profugere constituit. *lib.10.epist.ad Attic.* Et Perseus Rex Macedoniæ victus fugit in maria, insulamque Samothracen fretus celebri religione *Flor. lib.2.cap.12. Liuius lib.5 decad.5.*

25 Decimum. In insulam † cum exercitu aufugere. Ita ciuilis raptis quæ ferri poterant, cæteris iniecto igni, in insulam cōcessit, gnarus deesse naues efficiendo ponti, neque exercitum Rom. aliter transmissurum. *Tacit.5 histor.* Sed & Germani occupatis insulis Rheni Romanos conuitiis incessebant. *Marcell.lib.16.* Et his quoque obiicit Arminius, apud *Tacit.2. annal.* ab ipsis classem & auia Oceani quæsita, ne quis venientibus occurreret, aut pulsos premeret.

26 Vndecimum. In insulam † imbellem sexum transponere. Ita
27 Athenienses in insulam Salaminē † vxores & liberos contra Xerxis aduentum transtulerunt. *Herod.lib.9. Cicer.1.offic.n.61.* Ita Pompeius

peius in bello ciuili Corneliam vxorem in insulam Lesbum misit. *De quo Lucan. lib. 5.*

—seponere tutum
Coniugij decreuit onus, Lesboque remota
Occulere &c.

Duodecimum. In insulam relegare † vel deportare. Ne turbas 28
in continente mouere possit. *De quo arcano dictum c. 16.* Quod adeo obtinuit, vt relegatus in insulam, si eam exiret, deportaretur, si deportatus euaderet, capite puniretur. *l. 4. l. 28. §. 13. de pœn. Cuiac. 6. obs. 36.* Eoque iure Crassum egressum insula, in qua exulabat procurator Cæsaris, etiam eius iniussu, quasi res nouas moliretur, occidit, *Spartia. in Hadr.*

Decimumtertium. Insulanos † in insula retinere. Quo perti- 29
nent Leges Danorum, Anglorum, Scotorum, ne patriciis sine venia Principis insula egredi liceat. *Bodin. li. 1. de Rep. 6. n. 58.* Quo iure etiã Neapolitani vtũtur. *Matth. de Afflict. decis. 265. Et alÿ de quibus ciuis & affinis quondã noster Anton. Hering. in tract. de fideiuss. c. 7. n. 213.*

Decimumquartum. Sontes in insula † occidere. Ne suppliciũ 30
in oculos hominum incurrat, *Clapmar. lib. 4. de arcan. Rer. 12. & lib. 5. cap. 10.* Ita Dumnorix id esse Cæsaris consilium dicebat, vt quos in conspectu Galliæ interficere vereretur, hos omnes in Britanniam traductos necaret, *Cæsar lib. 5. bell. Gall.* Ita Alphonsus Rex Neapol. captiuos in Ischiam vicinam insulam deportare ibique interfici iussit, *Comina. lib. 2. de bell. Neap.*

Decimumquintum. Insulæ † ingressu interdicere. Ita Iudæi sub 31
pœna capitis Cyprum attingere prohibiti, q. eam insulam mota seditione magna clade affecissent, *Dion Cass. in Traia.* Ita ciuis Carthaginensis edicto insulã extra colũnas Herculis sitã ingredi sub pœna capitis ꝓhibitus, ne coitione cũ incolis facta insulæ principatũ arriperet, *Arist. in mirab. auscult. fol. 1093. Bodin. 1. Rep. 6. n. 58.* Et spectat huc Augusti Cæsaris arcanũ, ne Ægyptus peninsula, sine † 32
permissu principis, à Senatorib. vel equitib. Rom. adiretur, ne fame vrgeret Italiã, quisquis eã ꝓuinciã, claustraq; terræ & maris, quãuis leui p̃sidio aduersus ingentes exercitus, insedisset. *Tacit. 2.*

 annal.

annal. Sueton. in Tiber. ca. 52. Clapmar. lib. 3. arcan. 3. Et qua plura huc pertinentia habet Cuiac. 6. obseru. 35.

33 Decimumsextum. A munimento † insulæ excludere. Ne eo quisquam ad dominatum abutatur, Ita in propugnaculum insulæ Gypsi vel alia præsidia relegare vetitum. *l. vlt. C. de pæn. Cuiac. d. obs. 35.*

34 Decimumseptimum. Insulā † commodiorem & faciliorem captu primum occupare. Ita Antiochus Rex cum Græcis pugnaturus in Eubœa insula tanquam in loco tuto consedit, occupato castello eurypo imposito *Flor. lib. 2. cap. 8. De quo Liuius lib. 5. dec. 4. in fi.* Cum id quod caput erat Eubœæ teneret Rex, ne cæteræ quidem eius insulæ vrbes imperium abnuerunt, magnoq; principio sibi orsus bellum videbatur, quod tanta insula & tot opportunæ vrbes in suam ditionem venissent. Ita Nola insula Britanniæ vicina & incolis valida, receptaculum perfugarum à Suetonio occupata, *Tacit. 14. annal.*

35 Decimumoctauum. Insulam vrbi † vicinam occupare. Id si ab ipsa vrbe fiat, ipsi salutiferum, noxium si ab hostibus. Ita Cæsar oppugnaturus Alexandriam Ægypti vrbem omni ratione contendendum sibi existimauit, vt Pharum insulam aduersam, molemque ad eam pertinentem in suam redigeret potestatem. *Cæsar lib. 3. in fi. & lib. 4 in pr. de bell. Alexan.* Ita Libo cum classe cui præerat Brundusium venit, insulamque, quæ contra vrbem est, occupauit, quod præstare vnum locum arbitraretur, qua necessarius nostris erat egressus, quam omnium littora ac portus custodia tueri. *Cæsar lib. 3. de bell. ciuil.* Ita Lindauio oppido adiacet parua insula, qua velut arce ad inuadendos Vindelicos in pugnis naualibus commodissime vsus est Tiberius Cæsar. *Strabo lib. 7. Geogr. Glarean. ad Cæsar. lib. 4 de bell. Gall.*

36 Notæ sunt † celebres pugnæ Atheniensium & Megarensium de proprietate Salaminæ insulæ Athenis admodum oportunæ, *de quibus infra. cap. 30.* Vnde Solon eam velut hostilem arcem, ex propinquo saluti eorum imminentem recuperauit. *Valer. Max. lib. 5. cap. 3.* Eandem ob caussam, Demarathus Cytheram insulam Lacedæmoni adiacentem occu-

occupari suadebat, vt propter periculum Chilon aliquando affirmarit, melius esse eam insulam mari obrui, quam superesse, *Herod. lib. 7.* Hoc stratagemate in bello Belgico † contra Hispanos nihil frequentius. Ita insula Rheni ante Nouesium à Duce Parmensi occupata, parum abfuit, quin caussa esset occupatæ quoque vrbis. *Meteran. lib. 13.* Idem insulam Casand ante Slusiũ occupat. *Meteran. lib. 14.* Comes Lycester insulam ante Zutphaniam *Meteran. d. lib. 13.* Ita Landerei consilium erat, non solum Resensem insulam Rupellæ oppositam, sed etiam Oleronensem, quæ Aluertensi proxima est, sui iuris facere, iisque captis Broagium, quod est veluti salinarium emporium & arx, in potestatem redigere. *Thuan. lib. 60. Et Comin. lib. 2. de bell. Neapol.* Quod si nostri in vicinam insulam maioribus aliquot tormentis adductis, aditus omnes atque loca defendissent, Neapolim facile expugnassent &c. 37

Decimumnonum. Insulam vicinam † ponte vrbi coniungere. 38
Ne præoccupata vrbi perniciem afferat. Ideo Ianiculum Romæ vrbi ponte sublicio additum, ne fieret hostium arx. *Liuius lib. 1. dec. 1. Dion. Halicarn. lib. 3.* Tale est propugnaculum † vrbis Bremensis, cui sponsæ nomen, insulę aduersæ & ponte vrbi connexæ impositum, *quod P. Berthius laudat & describit Guilhelm. Dilich. in Chron. Bremens.* quod sicuti vrbi subsidio, ita præreptum magno proculdubio detrimento futurum esset. 39

Vigesimum. Insulæ † præsidium imponere. Ita Issæ insulæ Dalmatiæ præsidium à Romanis cum duabus nauibus impositum, *Liuius lib. 3. dec. 5.* 40

Vigesimumprimum. Insulæ † castellum imponere. Non solum enim munimentum præstat contra pedestem exercitum, sed etiam flumen siue mare vicinum in potestate retinet, ne quisquam ingratiis præternauigare, aut commeatum in hosticum transportare possit. Tale Anathen munimentum in flumine Euphrate, *apud Marcell. lib. 24.* Item castrum Tilutha in medio fluminis situm, locus immenso quodam vertice tumescens, & potestate naturæ velut manu circumseptus humana. *Marcell. d. lo.* Tale 41

42 fuit etiam castellum Rom. in insula Fleuo, vbi haut spernenda manus littora Oceani præsidebat *Tacit.4.annal.in fi.* Item castellum Rene apud *Meteran.* Et quod nuper à Belgis ædificatum est in insula Kempter Wrd. &c.

43 Vigesimumsecundum. In confluenti† fluminum castellũ collocare. Eo enim vtriusq; fluminis ostia in potestate retinẽtur, & tam ingressus quã exitus nauium prohibetur. Tale est celebre castellum Martini Schenkij in cõfluentia Rheni & Wahalis ad defendendam insulam Batauiam an.1586.exstructum: *Meteran. li.13. Thuan.lib.85.histor.* Eodem fine arx Lerortana Frisiæ in confluente Lædę & Amasis ab Hamburgensibus olim exstructum. *Vbbo Emm.li.22.rer.Frisic.* Tale fuit etiam castellum Trauemundæ ab Adolpho Comite super littus maris in ipso introitu Trauennæ fundatũ, vt tanto facilius piratæ intrantes inde obrui possent. *Arnold.Lubecens.lib.3.Chron.Slau.19.* Adde quę de ciuitatũ cõmoditate diximus *c.3.n.35.* Ita Seleucia in confluente Euphratis fossa per ducti atq; Tigridis cõdita. *Pli.li.6.c.25.* Quam fossam Traianus & Seuerus egesto solo renouarunt. *Marcell.li.24. Zosim.lib.3.*

44 Vigesimumtertiũ. Insulæ† munimentum destruere. Quasi libertati ac saluti vrbis imminens. Ita Hamburgensis arcẽ Nessan ex aduerso Embdæ in insula sitã destruunt, ne quid oppido obesset, *Vbb.Emm.li.22 rer.Frisic.* Ita Philippi Burgundi legatus Scellingię insulæ castellũ impositurus, ad parandũ aditũ in Frisiã, ab Hu-
45 gone Frisiæ potestate auertitur. *Emmius li.40.* Talis est † controuersia ciuitatis Treuirensis cũ Comite Lutzenburgico, *quã describit Kyriander in annal.Treuir.part.vlt.* Comes Lutzenburgensis ædificare cœpit castrũ in quadã insula fluminis Mosellę iuxta villam dictã Machra, ponens ibi Kelonarios & prædones, qui indifferẽter religiosos & peregrinos mercatores, & alios quoscunq; p Mosellæ alueũ nauigantes, timore Dei postposito, sine misericordia spoliabant. Quã iniuriã ciues Treuirenses sustinere diutius nõ valentes inchoatũ castrũ in manu forti flãma & igne aggressi sunt, nec lapidẽ super lapidẽ, nec lignum super ligno reliquerunt &c. Quæ tamẽ exinde secuta sint incõmoda idẽ auctor describit. Atque

quę hæc demolitio † iure fit, si latrocinia exinde inferantur. *l. adif. cit. 14. C. de oper. publ.* sicuti hodie plurium castellorum rudera ex altis montibus posteritati declarant, vulgo Raubschlösser. *Clapmar. lib. 3. de arcan. Rerump. 7. & 8.* Adde quæ de piratarum latibulis destruendis diximus *cap. praced. n. 91.* 46

Vigesimumquartum. Vrbem † in modum insulę aqua cingere. Exempla dedimus *cap. 8. n. 23.* Quod arcanum pleræque vrbes Germaniæ æmulantur, non tantum muris, sed & fossis cinctæ. 47

Vigesimumquintum. Insulam † ex continenti facere. *supra. c. 8. n. 41.* Addemus hic insigne exemplũ oppidi Hallenslebiensis alio cõtrario stratagemate vindicatũ. *Quod ex chron.* Lauterberg. *recitat Henricus Matbomius amicus noster ad Gerhardi* Præpositi *Stederburgens. Historiã de Henrico Leone, n. 5.* Habet autẽ † sic: Qui in ciuitate erant adhuc si possent eã amplius munire cogitabant. Cũ enim fluuius Ora ex vna eã parte præterfluens valde muniret, aliũ tamen fluuiolũ, qui Biuera dicitur, ad alterã eius partẽ deriuãtes, inaccessibilem penitus reddiderunt. Aquis enim circumquaq; stagnantibus quasi insula videbatur. Sed hæc res ciuitati perditionẽ procurauit. Deprehensum enim est ex hoc situ terræ considerato, ꝙ si decursus aquarum aggere iacto prohiberetur, ciuitas aquis sursum crescentibus mergeretur. Hoc etiam ad obsidionẽ Episcopũ (Wichmãnũ Magdeburg.) mox reuocauit. Labore itaq; maximo intra tres menses & duas hebdomadas aggere consummato, in tantum aqua excreuit, vt pene super muros ciuitatis influeret. Tum demum Episcopus naues armatorum plenas ciuitati iussit applicari. Obsessi autem & captiuati rebus suis & corporibus saluis ciuitatem ipsius tradiderunt potestati &c. Idem stratagema ad vrbem † Brunsvigam aquis expugnandam nostra ætate Henricus Iulius Dux Brunsuicensis applicuit. 48 49 50

Vigesimumseptimũ: Insulã ducto † aggere continenti iungere. Quod Alex. M. fecisse sæpe dictũ, Tyriis non credentib. imo irridentibus hoc scommate: Num maior Neptuno esset Alexander. *supra. cap. 3. n. 10.* Idem impari euentu Xerxes tentauit ducto aggere Heracleo Salaminem insulam versus, in excerpt. Ctesiæ. 51

Vigesimum-

52 Vigesimumseptimũ. Peninsulæ † isthmum incidere. *De quo dictum cap. 8. n. 41. Adde Simon. Maiol. lib. 1. dier. canicul. 23.* Ita Guilhelmus Nassouius ex aduerso Embdæ ex peninsula Reide castellum & insulam effecit, *Meteran. lib. 15. hist. Belg.*

53 Vigesimumoctauum. Peninsulæ † isthmum munire. Quod Peloponnenses contra Persas tentarunt, *apud Herod. lib. 8.* Ita inter Scotos & Britannos olim murus erectus, non lapideus, sed cęspitius à Seuero Imp. *Spartia. in eius vita.* Cum eius fundamenta iam ante iecisset Hadrianus Imp. *Pancirol. in comment. ad Notit. V. Imp.*

54 *cap. 69.* Et similis agger ductus olim à † Sleswico vsque ad mare contra irruptiones Saxonum, Ottonis Cæsaris opera *Munster. lib. 4. Cosmogr. Helmold. lib. 1. cap. 12.* Adde hic quæ de munimentis Germanorum diximus *cap. 13. n. 14.*

55 Vigesimumnonum. Isthmo † vrbem imponere. Talis Corin-

56 thus † ex summa arce vtraque maria ostendens. *Liuius lib. 5. dec. 5.* Vnde Philippus Macedo olim per iocum, compedes Græciæ appellauit. *Reinec. p. 3. syntagm. hist. in Corinth.* Quæ caussa esse videtur, quare à Rom. destrueretur *Flor. lib. 2. cap. 16.* Vnde id tamquā duriusculum improbatur *à Cicer. 1. offic. n. 60.* Talis etiam Sinope vrbs Ponti portus & stationes optimas habens. *Strab. lib. 12.* Item Alexandria, quam claustra Ægypti vocat *Suet. in Vespas. c. 7. supra cap. 8. n. 33.* sicut Forum Iulij claustra maris *Tacit. 3. histor.*

57 Trigesimum. Insulæ † portus occupare. Quia per illos aditus in insulam patet. Quod Cæsar Britanniam occupaturus obseruauit, vt eam partem insulæ caperet, qua optimum esse egressum cognouerat. *Cæsar lib. 5. de bell. Gallic.*

58 Trigesimumprimum. Insulæ † portus obstruere. Quod modo ab insulanis fit ad defensionem, vt ab Amsterodamensibus olim, modo ab hostibus. Cum enim insulæ marinæ plerumque nō nisi per portus adeantur, his interclusi, etiam insula ipsa interclusi videntur, quia vt in simili *Florus ait lib. 2. de gest. Rom. 12.* nisi à cœlo venturis hostibus aditus non relictus. Ita Cæsar portum Brundusinum Pompeio præcludere tentauit *lib. 1. de bell. ciuil. Lucan. lib. 1.*

Ita

Ita Mago Carthaginensium Dux portu Balearis insulæ prohibitus. *Liu. lib. 8. decad. 1.*

Trigesimum secundum. Æstum & recessum † maris captare. 59
In occupanda vel defendenda insula. Sunt enim insulæ, quæ per æstum nauibus, per recessum pedibus adiri possint. Ita Cæsar Britanniam intraturus æstus commutationem exspectauit *lib. 5. de bell. Gall.* Sub recessu autem naues in sicco deprehensæ diripiuntur; vt eidem Cæsari à Pharis contigit *lib. 3. de bell. Alexan. in fi.*

Trigesimumtertium. Flumine † secundo insulam adoriri. Ad- 60
uerso enim nihil violentius. Et plerumque ab eius parte stat victoria, qui ventum & vndam fauentem habet. *Veget. lib. 3. mi it. Rom. 14.* Exemplum in Lælio prope Gades *vide apud Liu. lib. 8. dec. 3.*

Trigesimumquartum. Insulam hyberno † tempore aggredi. 61
Tunc enim aqua gelu indurata pontis vicem præbet.. Quod maxime verum est in mari † aquilonari glaciali, *de quo scribit Olaus* 62
Magnus lib. 1. & 2. in eo pedibus pugnari, domus ædificari &c. vt nihil differre à continente videatur. *v. Simon. Maiol. lib. 1. dier. Canicul. 1.* De ponto *Ouid. lib. 2. eleg. 10.*

Hic freta vel pediti peruia reddit hyems:
Vt qua remus iter pulsis modo fecerat vndis,
Siccus contemta naue viator eat.

Vt Taurus Philosophus *ἀπορίας* vitio laborasse videatur, *apud Gell. lib. 17. Noct. Att. 7.* Hac occasione Saxones Henricum Principem Obotritorum ad inuadendam Rugianorum insulam concitant, *apud Helmold. lib. 1. Chron Slau. 39* Perge, vt cæpisti, transi mare, vtere † ponte, quem strauit tibi bonus artifex &c. Hoc tamen ar- 63
cano caute vtendum est, quia conditio temporis facile mutari glaciesque † intra paucos dies resolui potest, vt sunt exempla *a-* 64
pud Vbb. Emmi. lib. 40. & lib. 60 rer. Frisic. De eodem Henrico *Helmold. d. cap. 39.* secundam expeditionem in Rugianorum insulam parante: vix tribus noctibus illic remanserant, & cœpit hyems resolui, & glacies liquescere, contigitque vt imperfectis rebus reuerten-

uertentes marina pericula vix euaserint. *Et Arnol 1. Lubec. in continuat. lib. 6. cap. 10.* Marchio Brandenb. Sclauos inuasit hyeme fluuios & paludes durius cõstringente, & ipsam Rugiam vastassent si glacies stagni, quod terras diuidit, soluta non fuisset. Quantũ
65 in eo periculi sit, docuit calamitas Cæsaris † Wilhelmi, qui anno 1256. Frisios inuasurus, fracta glacie & paludibus hærens occubuit. *M. Chron. Belgic. Vbbo Emmius lib. 10. rer. Frisic.* Meliore euentu
66 Ioannes Comes Oldenburgicus † Ducum Brunsuic. & Lunenburg. auxiliis Frisiæ insulas Butiadiam Stadlandiamque per glaciem adortus domuit an. 1513, *Chytræ. in contin. Cranzij Saxon. Chron. Oldenburg. lib. 3. cap. 10. Emm. ius lib. 44. rerum Frisicar.*

67 Trigesimumquintum. Maris glaciem † impedire. Quod fieri potest si superficies aquæ phocæ siue vituli marini adipe perfundatur. Tunc enim gelu aquas non inuadit, *Olaus Magnus lib. 11. cap. 20. & 21. De quo genere liquaminis vide Geth. in L. 1. C. quæ res export. Cuiac. 9. obs. 9. Plin. lib. 31. cap. 8. Scalig. exerc. 51.*

68 Trigesimumsextum. Insulam † nando oppugnare. Quod eo facilius est, quo flumen intercedens magis est vadosum. Ita Iulianus Cæsar exploratorum delatione doctus æstate torrida Rhenum vado transire posse, auxiliares velites contra insulanos misit, qui incedendo per breuia, aliquoties scutis in modum alueorum suppositis, nando ad insulam propinquam venere, nactique vacuas lintres, per eas licet vacillantes euecti, huiusmodi loca plurima perruperunt, & vbi satietas cædendi cœpit opimitate prædarum onusti rediere incolumes. Hocque comperto residui Germani, vt infido præsidio insularum relicto, ad vlteriora necessitudines & fruges opesque barbaricas contulerunt. *Marcell. li. 16.* Ita cum circa insulam in medio Pado sitam Ottoniani è nauibus,
69 Germani † Vitellio addicti nando præliarentur, hi superiores fuerunt, quippe non perinde nutantes è nauibus, sed stabili gradu è ripa vulnera dirigebant. *Tacit. 2. histor.*

70 Trigesimumseptimum. Fluminis † fundum acutis sudibus inficere. Quod est arcanum priori contrarium, ne nando tra-

nari flumen possit. Quo tamen non deterritus Cæsar Thamesin fluuium perrupit. *lib. 5. de bell. Gallic.*

Trigesimumoctauum. Flumen † inuitis hostibus traiicere. 71
Quomodo Hannibal Rhodanum fluuium traiecit, pluribus stratagematis vsus, de quibus *vide Liuium lib. 1. dec. 3.*

Trigesimum nonum. Flumen † illa parte transire, qua insula 72
interiacet. Hæc enim requiem in media via præbet, & simul munimentum. Eodem quoque Hannibal vsus *apud Liu. d. lo.* Item Carolus Lotharingus *apud Comine. lib. 1. comment.* Item Germani, vbi supra.

XL. Fluminis cursum † obstruere. De Cimbris *Florus lib. 3.* 73
cap. 3. Athesin fluuium non ponte nec nauibus, sed quadam stoliditate barbarica, primum corporibus aggressi, postquam retinere amnem manibus & clypeis frustra tentarunt, ingestu obrutum sylua transiluere.

XLI. Eurypum † intercedentem abducere. Ita Iulius Cæsar 74
omnia flumina atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant, aut auerterat, aut magnis operibus obstruxerat, *lib. 3. de bell. ciuil.* Ita Ciuilis diruta mole Drusiana effecit, vt velut abacto amne tenuis alueus insulam inter Germanosque continentium terrarum speciem faceret, *Tacit. 5. histor.* Et Valentinianus reputans munimentum præterlabente Nicro flumine paulatim subuerti posse, vndarum pulsu immani meatum ipsum aliorsum vertere cogitauit *Marcell. lib. 8.* Quod hodie Manheimum † esse 75
putat *Freberus lib. 1. orig. Palat. 4.* Ita Ericus Dux † Brunsvicensis 76
Visurgim in alium alueum deducere tentauit, *Dilich. in Chron. Bremens. fol. 278.*

XLII. Fluminis † alueum diducere. Sic enim & profun- 77
ditas minuitur & vires fluminis franguntur. Vt eo melius vadari possit. Ita Cæsar, vt flumen Iberum etiam sine ponte transiret, fossas plures facere instituit, quibus partem aliquam Sicoris auerteret, vadumque in eo flumine efficeret, *lib. 1. de bell. ciuil. Lucan. lib. 4.*

Ac ne quid Sicoris repetitis audeat vndis,
Spargitur in sulcos, & scisso gurgite riuis,
Dat pœnas maioris aquæ &c.

Eodem modo Cyrus Gyndem amnem mulctauit. *Herod. lib. 1.* Ita Hercules creditur per fossas exclusa antea admisisse maria & rerum naturæ mutasse faciem. *Plin. lib. 3. nat. hist. in proœm.* Et Euphrates Gobari præfectio opere diductus ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret *Plin. lib. 6. cap. 25.* Dictus Armalchar id est regium flumen. Vbi tamen Nehar Malcha legendum *monet Scalig. lib. 5. de emend. temp. Quod confirmat Ammia. lib. 24. histor.* Pertinet huc, alueum Tyberis laxare contra inundationem: *de quo Sueton. in August. c. 30.* Prodest id arcanum etiam alij fini, vt scilicet na-
78 uigandi facultas † in flumine rapido amplietur. Ita C. Marius in bello Cymbrico factis manu fossis inuitauit mare, perniciosamq; feruentis Rhodani nauigationem temperauit. *Solin. lib. 1. c. 9. Pompon. Mela lib. 2. in Gall. Narb.* Fossam Marianam vocat, *Plin. lib. 3. ca. 4.* insigne stagnum.

79 Quadragesimumtertium. Nauigationem † prouocare. Eo quoque iam dictum arcano Ita Sesostris Rex Ægypti in ora illa quæ à Memphi ad mare spectat, frequentes à Nilo fossas duxit, quo fructibus breuiore itinere facilique inuectis, maior rerum copia esset. *Diod. Sicul. lib. 7.* Vnde postea septem Nili ostia nata. *Adde quæ diximus cap. 8 n. 46.*

80 Quadragesimumquartum. Alueum fluminis † incuruare. Sic enim rapidus eius cursus quoque frangitur. Ita Nitocris Regina Babyloniæ Euphratem rectum ita tortuosum fecit, vt vicum vnũ Assyriæ ter influat &c. Hæc & alia fecit, vt flumen per multos anfractus retentus, sedatior mearet. *Ita Herod. lib. 1.*

81 Quadragesimumquintum. Flumen † diuidere. Quo ipso quoque insula efficitur. Ita Thales Milesius vt exercitum in insula constitueret, fluuium Halyn diuisit. *Herod lib. 1.*

82 Quadragesimumsextum. Alueum † abductum in priorem locũ reducere. Vt interea in fundo fluminis aliquid vel ædificetur vel occultetur. Prioris exemplum est *apud Herod. lib. 1.* vbi Nitocris

Regina

Regina Babylon. Euphrati põtem impositura, eum in effossum stagnum interim abduxit. Eodemque arcano Cyrus postea Babylonem vrbem cepit. *Herod. d. lo.* Posterioris *apud Dion. Cass. in vita Traia.* vbi Decebalus Dacorum Rex subter vada Sargetiæ amnis alio deriuati thesauros occultauit. Et Gothi in fluminis Barentini aluco Alaricum Regem cum magna auri vi sepulturæ mandarunt *Iornand. de gest. Goth. Parmens. lib. 1. de alluu. 13. n. 9.*

Quadragesimumseptimum. Insulanos † classe inuadere. Nam quæ de eorum securitate dicta sunt, ea tantum obtinent contra pedestrem exercitum, Non contra classem. Ab hac enim tutius in mediterraneis viuitur. Ita Alex. M. ád oppugnandam Tyrum classem è Cypro & Græcia accersit. *Curt. lib. 4.* Et Romani primũ bellum nauale contra Siculos meditantes tanta celeritate naues præpararunt, vt non arte factæ, sed munere Deorũ conuersæ in naues arbores viderentur, *Flor. lib. 2. cap. 2. Repetit pleraque Iornand. de regnor. success.* Et Iulianus Cæsar ad inuestigandos Germanos in insulis Rheni à Barbatione septem naues petiit, ex his quas velut transiturus flumen ad compaginandos parauerat pontes, quas tamen ille, ne quid à se impetraretur, omnes incendit, *Ammia. lib. 16.* 83

Quadragesimumoctauum. Insulam † classe defendere. Hæc enim vtrobique prodest. Ita Athenienses contra Xerxis exercitum ex Oraculo iussi salutem suam ligneis muris, idest nauibus tueri, *Iustin. lib. 2.* Ita Asdrubal Carthaginens. Imper. contra classem Rom. & ipse instrui pararique classem iubet, ad insulas maritimamque oram tutandam. *Liu. lib. 3. dec. 3.* Ita Ferdinandus Rex Neap. contra Carolum Gallorum Regem apud Ænariam insulam salutem suam nauibus tuebatur. *Onuph. Panuin. in Alex. 6. Comin. lib. 2. de bell. Neapol.* 84

Quadragesimumnonum. Insulam paucis † nauibus opprimere. Singulare stratagema quod in occupanda Tiberiade vsurpauit Iosephus, *describit ipse lib. 2. bell. Iudai. 27. Bunting. in itinerar. lib. 2.* 85

L. Mare nauibus † occupare. Qui enim est dominus maris, 86

 est et-

est etiam dominus insularum in mari sitarum, *supra cap. 14 numer. 60.* Ita Rex Hispaniæ vocat se pelagi pontique dominum. *Vasq. lib. 1. controu. 20 numer. 29.* De cuius insulis quædam diximus *ca. 4. n. 43.* Qua tamen in parte vanitas principum quorundam videnda est, vt Xerxis, qui tamquam Maris dominus Hellesponto refractario verbera infligi, & in eum par compedum dimitti præcepit. *Herod. lib. 7.* Quam stoliditatem pluribus prosequitur Michael Piccartus amicus noster dum viueret, *decad. 2. obseruat. hist. 1.* Adde Iuuenal. *sat. 10.*

87 LI. Maria vndique † hostibus occludere. Ne euadere possint. Quod fecit Pompeius in bello piratico præclusis omnium nauium ingressibus & exitibus. *Flor. lib. 3. cap. 6. Plutarch. in Pompe. Appian. in Mithrid. Cic. pro L. Manil.*

88 LII. Eurypi † angustias nauibus occupare. Ne circumueniantur à multitudine hostium. Quod Atheniensibus contra numerosam Xerxis classem saluti fuit, *Iustin. lib. 2.*

89 LIII. Insulanis † naues interdicere. Vt Deportatis factum à Romanis, ne in continentem pateret aditus, *supra cap. 16* Eratque in his exceptio *à l. 1. C. de nauig. non excus.* quia alias cuiuis priuato nauigia habere licet, *Cuiac. 7. obs. 38.*

90 LIV. Insulanos † classe priuare. Eo enim ipso à continenti terra ac maris fluminisque vsu prorsus exclusi sunt. Vt propterea Carthaginenses classe sibi ademta, ad reparandam nouam tecta domosque rescinderent. *Flor. lib. 2. cap. 15.* Nauibus enim amissis, iã in mari deleta erat Carthago, *ait idem Florus lib. 2. c. 2.* Pertinet huc
91 dolus, malus magis quam bonus Q. Fabij Labeonis, qui ab Antiocho pactus dimidiam nauium partem, vt eum tota classe priuaret, medias omnes secuit, *Valer. Max. lib. 7. cap. 3.* Nam alioqui Cascellus ICtus mercatori à societate recedenti, & quemadmo-
92 dum † nauem cum socio diuideret interroganti, recte respondit: Nauem si diuides, nec tu nec socius habebitis. *Macrob. lib. 2. saturn. 6. Quintil. lib. 6. cap. 3. Facit l. 10. §. in nauis, 7. quib. mod. vsusfr. amit. Hotom. illust. quæst. 8.* Pertinet item Atheniensum seueritas,
93 quando sciuerunt, vt Æginetis † qui classe valebant, pollices præ
cide-

ciderentur. Nimis enim imminebat propter propinquitatem insula Ægina Piræo. *Cic.1.offic.n.60.* Latini murcos † dicebant, de 94
quibus est iocus in Gallos, *apud Cæl. Rhod. lib.18.cap.21.* Spectat huc etiam consilium Themistoclis, vt classis Lacedæmoniorum, quæ subducta ad Gythinum erat, clam incenderetur. Quo facto frangi Lacedæmoniorum opes necesse esset. Quod tamen vt parum honestum ab Atheniensibus receptum non est, *Cicer. d.li.1.offic.*

LV. Insulam ingressos hostes † reditu præcludere. Quod 95
fit subtractis nauibus. Id metuens Cæsar Britanniam ingressus naues penes se retinuit, *lib.5.de bell.Gall.* Rhodiis † id exitiale 96
fuit, *teste Vitruuio lib.2.archit.10.* contra quos duplici stratagemate vsa Artemisia Regina Cariæ, dum primo Rhodios ex nauibus in vrbem elicitos, nec habentes quo se reciperent, trucidaret: deinde militibus suis Rhodiorum nauibus impositis Rhodum vrbem & insulam occuparet. *Reinec. c.p.3. syntagm. in Rep. Rhod.* Et simili dolo Pisistratus Atheniensium Dux paululum abfuit, quin Megaram caperet. *Iustin. lib.2.* Aliud *narrat Paulus Venetus lib.3. cap.4.* de Tartaris quibusdam in insulam paruam delatis: Vbi cū nec naues haberent, quibus discederent, neq; alimenti satis, sed mortem ex inopia exspectarent, insulæ † Ziprangi incolę contra eos 97
vt hostes multis nauibus venerunt. Quorum aspectum cum illi retrocedentes vitassent, & sic ad interiora deduxissent, deinde per circuitum ad naues prolapsi ita recesserunt, Ziprangiis in insula relictis. Et pergentes ad insulam Ziprangi, expositisque hostium vexillis admissi, metropolim facile in suam potestatem redegerunt.

LVI. Nauium † funes præcidere. Exempla *vide apud Simonem Maiolum lib.3. dier canicul.3.* 98

LVII. Insulæ situm † cognitum habere. Hoc sicuti ad victo- 99
riam proficit: ita eius ignorantia multum officit. *Lips. 5. polit. 16.* Vnde Veneti de Romanis *apud Cæs. lib.3. bell. Gall* dicebant, Romanos neq; vllam facultatem habere nauium, neque eorum locorum vbi bellum gesturi essent, vada portus ac insulas nouisse.

LVIII. Ad

100 LVIII. Ad bellum † nauale insulas attrahere. Sunt enim maxime commodæ. Exemplum habet *Ouid. 7. metam. 24. & seq.* Nec dubiæ vires, quas hæc habet insula &c. Eadem de caussa Fridericus Barbar. insulam maris peritam ac piraticam sibi coniungit *Gunther. lib. 9. v. 243.*

Hanc Rex ob varios bellorum prouidus vsus,
Conciliare suis sapienter cogitat armis &c.

101 Insulani enim † plerumque non solum classe valent, *Simon Maiol. lib. 1. dier. Canic. 23.* sed etiam rei maritimę gnari sunt *infra, cap.*
102 *31. n. 62.* Vnde Romani † Siciliam aggressi primum irridebantur, quia insulanis plus nauticæ artis, detorquere remos, & ludificari fuga rostra. *Florus lib. 2. cap. 2. Iornand. de regn. succ.*

103 LIX. Insulanos † in continentem elicere, vel contra. Quia gallus in suo sterquilinio plurimum potest. Quo arcano Pittacus Cræsum à bello insulanis inferendo deterruit, *apud Herod. lib. 1.* Suggerebat enim Regi famam esse insulanos eques in continenti terra contra Lydos conduxisse. Quod cum cupide audiret Rex fiducia certæ victoriæ: subiecit Pittacus, eodem modo optare insulanos, si ipsos Rex classibus inuaderet. Eo quod Persæ exiguũ vsum rei maritimæ haberent. Idque infelix eorum pugna prope Salaminem insulam comprobauit. *Herod. lib. 7.* Alioquin equi
104 insulanis † parum vtiles, nisi in insula spaciosa. Celebrantur tamen Gaditani equites *ab Alex. ab Alex. lib. 2. genial. dier. 29.* Qui etiam in continentem ad populandam Hispaniam traiicere ausi. *Liu. dec. 3. lib. 8.*

105 LX. Vrbem maritimam † à mari remouere. Quod Carthagini euenit decreto Romanorum: vt in alio loco procul à mari
106 decem M.P. nec minus † remoto oppidũ facerent, nauibus traditis. *Appia. in Lybico. Liuius in epit. li. 9. dec. 5. Bodin. 1. Rep. 6. numer. 50.* Nimirum, vt omni vsu maris priuata, minus posset. Nihil enim speciosius videbatur, quam esse Carthaginem, quæ non timeretur, *ait Florus lib. 2. cap. 15.*

LXI. Insulanos † maritimos in mediterranea submouere. Quod arcanum eidem fini militat. Et plerumque in deducendis colo-

colonis obseruatum, vt mediterranei in maritima loca & contra transferrentur. Quo minus metuendi essent. Ita Iulius Cæsar aliquot millia ciuiũ in transmarinas colonias deduxit. *Sueton. c. 42.* Contra Pompeius captis piratis agros in mediterraneis assignauit, ne ex inopia ad piraticam relaberentur *Flor. lib. 3. ca. 6. Cic. pro L. Manil.*

LXII. In insula sese † recolligere. Ita Mago Carthaginensium dux in insula Gadibus ex fuga substitit, nauibusque ex Oceano collectis, aliquantum auxilij coegit. *Liu. lib. 8. dec. 3.* Ita Pseudo-Nero in Scithino insula pedem fixit. *Tacit. 2. histor.* 108

LXIII. Insulam † occupatam statim recuperare. Priusquam hostes se in ea munire possint. Exemplum vide in insula Retensi *apud Thuanum lib. 60. histor.* 109

LXIV. Naues † trans isthmum è mari in mare traducere. *Turneb. lib. 27. aduers. 24. Exemplum est in Chron. Hierosol. lib. 2. cap. 32.* vbi naues per terram transportatæ. Hæc pauca ex magno consiliorum aceruo, *vt Lipsius loquitur lib. 5. polit. 16* seligere visum fuit, non quod plura non essent, *de quibus vide comment. bellic. Henrici Ranzouij nobilissimi iuxta ac eruditissimi Dani*, sed ne lectori fastidium pareret nimia prolixitas. Quorum licet quædam maritimis in continenti quoque communia sint: tamen sufficiat insulis applicari posse. 110

CAPVT XXIV.

De traditione ac inuestitura Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Traditio modus transferendi dominij iustissimus.*
2 *Abusus rei suæ cuiuis concessus.*
3 *Res mobiles proprie traduntur.*
4 *Etiam immobiles traduntur.*

5 *Primum traditionis requisitum voluntas domini.*
6 *Alterum requisitum titulus.*
7 *Titulus est lucratiuus vel onerosus.*
8 *Titulus onerosus fauorabilior lucroso.*
9 *Tertium requisitum proprietas rei.*
10 *Res aliena obligari potest.*
11 *Et nihilominus à domino vindicari.*
12 *Insula futura an promitti possit?*
13 *Casus aurea mensa extracta.*
14 *Quartum requisitum rei commercium.*
15 *Commercium quid sit?*
16 *Res alienari prohibita.*
17 *Insula potest donari.*
18 *Alberti Cranzij lapsus.*
19 *Insula obligationibus supposita.*
20 *Insula Hammelvverdena oppignorata.*
21 *Melita Equitibus Rhodiis concessa.*
22 *Statutum vrbis Bremensis.*
23 *Insulæ feudales alienari prohibitæ.*
24 *Etiam pro parte.*
25 *Insulæ ad regalia pertinentes quatenus alienabiles.*
26 *Regalia Cæsaris propria.*
27 *Hodie Principibus communicata.*
28 *Regalia subinfeudari possunt.*
29 *Alienationis nomine non continetur subinfeudatio.*
30 *Insulæ ad minora regalia pertinent.*
31 *Insulæ quandoque ad priuatos pertinent.*
32 *Maiora regalia in subditos transferri nequeunt.*
33 *Dominus non potest insulam feudalem alienare.*
34 *Nisi cum vniuersitate alienetur.*
35 *Princeps non potest subditos suos alienare.*
36 *Maxime in inferiorem.*
37 *Alienatio in casu necessitatis admittitur.*
38 *Necessitas non habet legem.*

39 *Alienatione prohibita non prohibetur alienatio necessaria.*
40 *Francisci Regis Galliæ pacta cum Carolo V. Imp.*
41 *Imperator non potest res Imperij alienare.*
42 *Imperator quare Augustus dicatur.*
43 *Donatio Constantini Magni fabulosa.*
44 *Legistæ disputantes de facto ridentur ab Historicis.*
45 *Dantes ad infernum detrusus.*
46 *Donatio Exarchatus Pontifici Rom. facta.*
47 *Semel meum non amplius fit meum.*
48 *D. Petri Patrimonium.*
49 *Sicilia Pontificis Romani propria.*
50 *Reges Arragoniæ vasalli Pontificis.*
51 *Sardinia & Corsica Siciliæ annexa.*
52 *Regnum Palæstinæ Siciliæ additum.*
53 *Genuenses & Pisani insularum domini.*
54 *Sicilia, Sardinia, Corsica an sint Cæsaris?*
55 *Sunt feuda Ecclesiæ Romanæ.*
56 *An omnes insulæ sint Pontificis Romani.*
57 *Papa est vicarius Christi.*
58 *Vicarius cum suo principali eandem potestatem obtinet.*
59 *Alexandri sexti donatio.*
60 *Eiusdem diuisio inter Reges Castiliæ & Lusitaniæ.*
61 *Papa est iudex inter summos Principes.*
62 *Lusitanorum progressus in India.*
63 *Vitia donationis Pontificiæ.*
64 *Vacantes insulæ sine donatione occupanti acquiruntur.*
65 *Quod iure commune cuiuis patet concessione non indiget.*
66 *Titulus dominij duplicari non potest.*
67 *Insulæ alienæ valide donari non possunt.*
68 *Donatio rei alienæ furtum sapit.*
69 *Papa non est mundi dominus.*
70 *Christus non habuit temporale dominium mundi.*
71 *Imperator quatenus sit mundi dominus?*
72 *Imperator potest amissas insulas recuperare.*

73 *Traditionis actus inuestitura dicitur.*
74 *Festuca actibus legitimis adhibita.*
75 *Feudorum collationi certa insignia adhibita.*
76 *Traditio & inuestitura est duplex.*
77 *Inuestitura propria transfert possessionem.*
78 *Abusiua inuestitura quid sit?*
79 *Oculi sunt manus instar.*
80 *Possessio nisi vacans tradi nequit.*
81 *Clauium traditio signum traditæ possessionis.*
82 *Modo tradens possessionem habeat.*
83 *In controuersiis insularum contractus & inuestituræ inspicienda.*
84 *Expressa insularum concessio tollit ambiguitatem.*
85 *In claris cessat interpretatio.*
86 *Verba ambigua disputationem requirunt.*
87 *Taciti & expressi eadem vis.*
88 *Inuestitus in flumine est etiam inuestitus in insulis.*
89 *Connexorum eadem ratio.*
90 *Concesso territorio conceduntur insulæ.*
91 *Sub territorio mare & flumina continentur.*
92 *Territorium cum pertinentiis quid denotet?*
93 *Abundans cautela non nocet.*
94 *Sophistica interpretatio vix excludi potest.*
95 *Concessa ciuitate tacite conceduntur pertinentia.*
96 *Concessis regalibus conceduntur insulæ.*
97 *Insulæ quandoque exprimuntur, quandoque non.*
98 *Inuestitura Archiepiscopi Bremensis.*
99 *Dotalitium Comitis Holsatiæ.*
100 *Transactio Frisiorum cum Comite Hollandiæ.*

1 SVbsequitur traditio, siue † alienatio, *vt vocat Vlpia. in fragm. tit. 9.* Qui & ipse est modus transferendi dominii iustissimus, eo quod à voluntate domini initium capit, quæ vt effectum sortiatur, naturali æquitati cõueniens est *l. 9. §. 3 de A.R.D.* Est enim quilibet rerum suarum

suarum liberrimus moderator & arbiter. *l. 21. C. mand.* ita vt non solum iis vti, sed † & abuti ac in mare proiicere impune possit, *l.* 2
25. §. 11. de petit. hered. Ayrrus in process. hist. part. 1. cap. 13. obs. 2. Anton. Hering. de fideiuss. cap. 7 n. 192. modo id ne fiat detrimento Reipubl. *§. 2. Inst. de his qui sui vel alie.* Illi suam rem esse æquum est in manu, *ait Plaut. in Merc. Act. 2. Sce. 3. quem allegat Cagnol. in l. si qua illustris n. 25. C. ad S.C. Orficia.* Et contra iniquum est, ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem, *Gaius in l. 2. ff. si quis à parent. man.* Quamuis vero hic modus † proprie ad res mobiles 3
pertineat, quippe quæ de manu in manum tradi possunt, *l. 1. in pr. & ibi gl. in v. rb. datum, ff. de pos. l. 1. §. 1. commod.* Vnde Theophilus definit ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα μετάθεσιν, *explicante id Cuiac. 11. obs. 19.* tamen optima ratione etiam ad immobiles † extensus est, quæ pro tra- 4
ditis habentur, si in re præsenti contrahentes consenserint. *l. 1. §. 2. de acquir. poss. l. 18. §. 2. l. 51. eod.* Ita fundus tradi dicitur *in l. 3. de act. emt. l. 28. l. 72. in pr. de V. O.* Item pignori dari, *l. 38. §. 23. eod.* & deponi, *l. 24. depos. l. 10. & seq. de peric. & com. rei vend. Gædd. ad l. 110. de V. S. & ad rubr. extra. de sequest. poss. & fruct. num. 10.* licet quoad posterius communis opinio Dd. contrarium sentiat. Neque tamen sola traditio sufficit, sed requiritur omnium primo † voluntas do- 5
minium transferendi & acquirendi ab vtraque parte, *d. l. 9. §. 3. de A. R. D. l. 8. de R. I. l. 12. d. precar. l. 70. de R. V.* adeo vt hic nec error sufficiat, *l. 7. §. 8 de cond. causs. dat. l. 35. de A. R. D. l. 18. de reb. cred. l. 18. C. de R. V. l. 34. de A. P.* Deinde † requiritur caussa ad transferendum 6
dominium habilis, *l. 31. de A. R. D. l. 14. §. fin. de furt. l. 24. C. de R. V. l. 22. C. fam. hercisc.* sicuti vice versa caussa ac obligatio sola non sufficit, nisi traditio subsequatur, *l. 20. C. de pact. leg. 8. com. præd. l. 50. de R. V.* paucis tātū casib. exceptis, *de quib. Specul. tit. de actio. §. 2. n. 24.* Caussa hæc siue titulus est † vel lucratiuus, quando res ex liberalitate a- 7
liena gratuito nobis obuenit, *l. 1. de donat. l. 19. de O. & A. l. 1. C. de impon. lu. rat. describ. l. 1. l. 7. §. 3. de Public. in rem.* vel onerosus, quando caussa acquisitionis est onus, *Decius in l. in ea, 33. de R. I.* qualis est obligatio & contractus: *d. l. 31. de A. R. D.* Ex quibus in iure nostro caussa onerosa semper fauorabilior est † lucratiua: *Vincent. Honded. vol.* 8

9 1.cons.34.num.18. Tertio requiritur † rem traditam tradentis esse propriam, quia dominium transferre non potest, qui ipse dominus non est. *l.27.de nox.act. l.167.de* R.I. Et quod quis non habet, male dat, *ait Bart.in l.si vniuersa, C.de legat,* Rol.à Valle. *cons. 92. nu. 3.vol 2.c.quod autem, extra.de iure patro. Senec.5.de benef.* 12. Et quod quis non habet, siue actu siue potentia, non potest alteri tradere. *Tiber. Decia.cons.125.num.33.lib.3.* Quid ergo, inquis, an insula
10 aliena efficaciter promitti nequit? Imo. Potest † enim res aliena commodari, *l.15.l.16.commod.* oppignorari, *l.20.de pign.act.* precario dari, *l.21.de acquir.poss.* permutari, *l.1.§.3.de rer.permut.* in feudum concedi, *Laudens.ad tit.2.Feud.27 in fi.* legari, *leg.10.C.de legat.* donari, *leg.13.l.33.de mort.causs.donat.* emi, vendi, *leg.28.de contr.empt. l.11.§.2.de euict.* adhoc vt teneat obligatio ac præstetur euictio vel interesse, *d.l.11.§.1.de act.empt.leg.13.in pr.com.præd.leg.1.& 11.de e-*
11 *uict.* vero interim domino facultate † vindicandi rem suam minime prærepta. *leg.3.C.de R.V.l.10.§.1.quib.mod.pign.l.6.& 11.C.de*
12 *reb.alien.* Idem dicendum, si futura † & nondum nata insula sit promissa. Nam & hæc obligatio valet. *leg.8.de contr.empt.l.12.de act.empt.* Et potest etiam spes cedi vel vendi, *Zobell.in differ. Saxon.p.3.cap 10.numer.17.* sed actio non ante competit, quam si insula nata fuerit, quia hæc conditio tacite inesse videtur, si nasca-
13 tur. *l.1.in fi.de cond.& dem.* Quo referri potest casus extractæ † mensæ aureæ, *apud Valer. Max.lib.4.cap.1.Remec.part.1.synt.fol.497.* Neque dissimilis altercatio serui & piscatoris *apud Plautum in Rudent.*
14 *A.4.S.3.* Denique necesse est rem esse talem, quæ sit in † commercio contrahentium, *l.34.§.1.de contr.empt.* quod est emendi
15 vendendique ius. *Vlpia.in fragm.tit.19.§.4.* Quia quædam † specialiter prohibitæ sunt alienari, non solum lege, *11.Inst.quib.alien.licet.* sed etiam pacto, statuto vel consuetudine. *l.vlt.C.de reb.alien.non alien.l.24.de pignor.Gail.2.obs.19. Hering.de fideiuss.cap.1.numer.88.*
16 *& ib.alleg.* Quales sunt † res regiæ coronæ, *de quibus Vasq.lib.1.controu.4.numer.5.&c.* Vbi ergo circa insulas ius commune obtinet, libere obligari & alienari poterunt, *arg.l.13.qui pot.in pign.l.53.de act.empt.l 30.l.58.locat.* præsertim cum exemplis iuris Gentium

id con-

id confirmetur. Ita Philęus Princeps Salaminem † insulam A- 17
theniensibus donauit, remuneratus ab iisdem ciuitate & multis
aliis honoribus *Reinec. in syntagm. hist part. 1. cap. 37* Haldanus in te-
stamento regnum Daniæ Vnguino Gothorum Regi, Norwegiæ
Hasmundo reliquit, *Albert Cranz lib. 2. Dania. 3.* qui licet id tam- 18
quam nouum & incompertum munus admiretur, eius tamen
ἀνιστορησίαν multis exemplis coarguit *Hotom. illust. quæst. 1.* Ita Augu-
stus Cæsar Ænariam pro Capreis cum Republ. Neapolitana
permutauit. *Sueton. August. cap. 92.* Et Samij † ab Hermioneis 19
pecuniæ loco insulam Thyream Peloponneso adiacentem in so-
lutum acceperunt. *Herod. lib. 3* Et vt ad nostra veniamus, Adol-
phus Comes Oldenb. cum fratribus † insulam Visurgis Senatui 20
Bremensi aliquando oppignorauit, quam Antonius Comes resti-
tuto pretio luit anno 1534. *Chron. Oldenb. par. 3. cap. 9.* Multo ma-
gis ergo in feudum vel emphyteusin concedi insulę possunt. *arg.
l. vlt. C. de reb. alie. cap. vn. §. 1. per quos fiat inuest.* Ita Carolus 5. Imp.
† equitibus Rhodiis Rhodo insula à Turco exutis Meliten con- 21
cessit, hoc pacto, vt liberi ab omnibus oneribus essent, ac pro re-
cognitione quod Regem Vtriusque Siciliæ protectorem agno-
scerent annuum Falconem penderent. *Refert Iohan. VVolf. cent. 11.
rer. memor. ad A 1529.* Quod ita obtinet, nisi statuta, pacta vel
priuilegia sint in contrarium. Quale est illud ciuitatis † Bre- 22
mensis statutum, *part. 2. tit. 1* §. 1. Ne Senatores vllo modo alie-
nent vel in feudum aut emphyteusin concedant insulam è regio-
ne vrbis trans pontem Visurgis sitam, item insulam S. Andreæ.
&c. Quasi ita sentiant, cassa habere, quę neque dari neq; accipi
salua Republ. possint, *verbo Taciti. 3. h stor.* Idem obtinet si insulæ
sint † feudales, quia vasallum sine consensu domini feudū alienare 23
non posse, quin pœnā amissionis incurrat, tralatitiū est, *apud Feu-
dist. in c. 1. de inuest. c. 1 qual. olim feud. alien. c. 5. de prohib. feud. alien. per
Frider. & ibi Dd.* siue insula totum feudum, siue † partem eius con- 24
stituat. *d. c. vn. in pr. ibi. totum vel partem eod. tit.* ita tamen vt in amit-
tendo non amplius puniatur vasallus, quam in quantum pecca-
uit alienando. *d. §. 1. 2. Feud. 38. Borch. de feud. cap. 8. n. 32. Zas. de feud.*

part.

part 10. Qua de materia latissime agunt Feudistæ quos hic cumu-
25 lare superuacuum. Quod sicubi ad regalia pertineant † insulæ, priuatorum commerciis exemtas esse consequens est. *arg. l. 6. l. 34. §. 1. de contr. emt. FF. in c. vn. quæ sunt regal. Matth. Stephan. lib. 2. p. 1. c.*
26 *7. n. 24. de iurisd. &c. supra cap. 11. n. 74.* Regalia enim † Imperatoris sunt propria, ipsi in signum præeminentiæ competentia, *Vult. 1. Feud 5. n. 6. & ib. alleg. late Arnisæ in tract. de iure maiest.* Itaque solius Imperatoris est ea concedere, *art. 58. & 60. lib. 3. Landtr. Dauth. in discurs. general. & special. p. 2. fol. 15* quem tamen ea alienare posse nō vult *Vasquius lib. 1. controu. 5 n. 23.* Cæterum ex quo de consuetudi-
27 ne per communicationem Cæsaris regalia etiam † ad inferiores principes transierunt, *Vult. d. lo.* illi tantum posse dicuntur in suo territorio, quantum Imperator in vniuerso imperio, *cap. seq. n. 59.*
28 Vnde etiam principes inferiores regalia † quæ à Cæsare habent, subinfeudare possunt, cum etiam priuatis concedere possint, *Socin. iun. cons. 80. n. 52. vol. 3. Matth. Stephan. de iurisd. lib. 2. part. 2. cap. 7.*
29 *n. 28.* quia alienatione † feudi prohibita, non censetur prohibita subinfeudatio. *c. 1. § 1. per quos fiat inuest. c. 1. in pr. qual. olim pot. feud. alien. Vult. 1. Feud. 10. n. 79. Borch. de feud. c. 8. n. 49. Schrad. p. 8 c. 2. & 5.*
30 *Mynsi. 1. obs. 62.* Hæc in minoribus regalibus † siue iuribus fiscalibus, *vt vocat Cuiac. in d. c. vn. qu. sunt regal* ad quæ etiam insulæ pertinent, ita obtinent. Vbi tamen notandum, desinere insulam ad regalia pertinere, si proprietas priuatis concedatur. Itaque argumentum, quod insulæ ad regalia pertineant, nō semper pro-
31 cedit, quia † priuati nōnumquam eas, vel ex successione parentū vel præscriptione, vel alio iusto titulo consecuti sunt. Ita Menouia insula Constantiæ sedes olim nobilium à Langenstein fuit, *Munster. li. 3. Cosmogr.* Adde duo alia exempla *ex cap. praced. num. 16.* Et apud nos insula Arngastū ad Hannekeniū Varlensem spectat. Et quæ plura exempla priuatorum insulas possidentium in Frisia
32 occurrunt. Quod autem maiora † regalia attinet, ea cum subditis ne communicari quidem sine dissolutione imperij possunt. *Bodin. lib. 1. de Rep. 10. n. 49. Lancell. de Imper. §. 4. vers. tricesimo loco. nu. 4. Herman Kirchner. disp. pol. 1. th. 4.* Vnde sacra sacrorum *dixit*

Baldus

Baldus in proœm. feud. & in c. intellecto, extra de iureiur. quę non sunt in marsupio principis. Itē indiuidua *Cynus in l. si viu C. de bon. matern.* quæ ossibus Imperatoris inhærent, neque ab iis auelli, ac in inferiorem transferri possunt. *Knich. de iure territ. c. 1. num. 121. Matt. Steph. lib. 2. de iurisd. p. 1. cap. 7. n. 26.* Circa alienationem diuersum à subinfeudatione ius receptum. Quia neque dominus directus † insulam feudalem vasallo inuito alienare potest, *§ praterea, de* 33
prohib. feud. alien. per Frid. §. ex eadem, de lege Corradi. Rosenthal. de feud. cap. 9. §. 52. Borch. cap. 8 num. 18. Dominus enim & vasallus iudicantur ad paria, *c. vn. 2. Feud. 47. c. vn §. domino, 2. F. 26. c. esto subiectus, dist. 95. Vult. d. lo. cap. 11. num. 52.* nisi forte † cum vniuersitate fiat a- 34
lienatio, *d. §. ex eadem, verb. totum, Vult. d. cap. 10. num. 71.* quia quædā per se non transeunt, quę cum vniuersitate transeunt. *l. quadam ff. de A. R. D. Gail 2 p. p. 15. num. 14. licet in hoc passu † ss. nt. Vasq. d. lib. 1. cōtrou. 5 num. 3. Heig. 1 quæst. 19. num 16. & alij quos allegat Gothofr. Anthon. disp. feud. 9. th. 6. lit. A.* Neque princeps potest subditos † suos 35
sine ipsorum consensu in alium transferre, *c. intellecto, 33. extra de iureiur. §. 1. 2 F 55. Hotom. ll. quæst. 1. Heig. Vasq. Gail. d. lo. Ias in l. filiusfam. §. Diui, vol. 3. de leg. 1. Guid. Pap. decis. 239. Trentac. vq. lib. 3. de pact. resol. 1 num. 17. Treutler. lib. 1 sel. ect. disp. 1 2 thes. 3. lit. F.* quia æque interest subditorum non mutare dominum, ac domini non mutare subditos, *arg. l. 1. & 2. de alien. iud. mut. Socin. cons. 40 num. 6. vol. 3. Lancellot. d. lo. num. 13* præsertim si prior dominus sit potens, bonus ac pacificus, ac subditi † inferiori ac rixoso principi subiiciantur, 36
Abb. in cap. ad audientiam, num 13. extra de præscript. Innocent. in c. fin. extra de maior. & obed. quia breue regnum non parit subditis lætitiam, in lata gente gloria principis. *Quod vt Salomonis dictum commendat Hostiens. in sum §. cui confitendum num. 20. de pœnit. & remiss.* Nisi forte necessitate cogente, vel pro commodo pacis fiat † 37
alienatio: tunc enim tenet, *Socin. in reg. 139. incip. donare. Duar. ad l. 5. de pact. Bald. in l. vn. in pr. C. de caduc. toll. Vultei. d. cap. 10. num. 71. Goth. Anth. disp. 9. th.* 6. quia necessitas † legem non habet, sed sibi i- 38
psi est lex, *leg. non solum, 10. §. fin. de excus. tut. gl. in cap. 1. dist. 6. c. quāto, 4. extra de consuet. Ayrer. in process. histor. cap. 5. obs. 6. num. 5 Hering. de*
Zz *fideiuss.*

39 *fideiuss.cap.1.nu.153.* Et alienatione † prohibita, necessaria non includitur *l.13.fam.hercisc.l.1.de fund.dot.l.vlt.§.4.C.de bon.quæ lib.Hering.d.lo.* Vt propterea non satis tuto pacta Francisci Galliarum
40 Regis cum Carolo V. inita Parlamentum irrita pronunciarit, *teste Bodin.6.de Rep.6.n.595.* sed iustam criminandi caussam Cæsari præbuerit. *apud Sleid.lib.6.comment.* Atque hæc, quæ iam dicta sunt,
41 adeo obtinent, vt ne quidem † Imperator terras imperij, sine consensu Electorum ac Principum rite alienare possit *c.non liceat, 12.q.2.cap.intellecto,& ibi Abb.& Canon.extra de iureiur. Lancell. de præstant.Imper.§.4.vers.tricesimo loco,M.Stephan.li.2.de iurisdict.p.1.ca.*
42 *2.num.65.Ioan.Niell.disp.feud.2.th.vlt.in fi.* Ideo enim † Augustus dictus est, allzeit Mehrer deß Reichs/ab augendo scilicet, *Iohan.Faber.& Dd.ad proœm.Instit. renitente tamen Cuiac. 3 miscell.22.num.6.* quia quilibet Imperator debet eius esse propositi, quod imperium augere velit. *glos.& Aretin.in proœm.ff.* Quæ glossella nisi saluaret titulum Imperatoris, nullus fere nostra ætate se denominaret Augustum *ait Petrus de Andlo l.b.1.de Imper.Rom.7.* Quibus argumen-
43 tis subuerteretur iustitia † donationis Constantini M. qua is Syluestro Papæ Italiam & totum Occidentis regnum cum omnibus prouinciis, vrbibus ac insulis donasse scribitur, *in c. Constantinus, dist.96.* nisi totum capitulum fictum fabulosum ac suppositicium esset. Quod post alios accurate demonstrarunt *Fr.Hotom. in bruto fulmine Sixti V.pag 128.& seq.Iohan VVolf.in cent.4.rer.memor. Freher.in notis ad P.de Andlo lib.1.cap.11.Anton.de Rosell. de potest. Imp. & Papæ. Alciat.7.parad.19.Albert.Crantz.lib 3.Saxon.3.Henning.Arnis. 1.polit.13.& ib.relat.* Vt propterea operam hanc merito irriserit
44 Pius quidam † auditor Rotæ Rom. in dialogo suo, dicens, se mirari miseros Legistas disputare de validitate eius, quod numquã fuit, *referente Felino in c.solita,extra de maior.& obed. Eberh.in top in lo. 11.num.15.* Quamuis aliis articulus fidei videatur, cuius contrariũ asserere non longe sit ab hæresi, *Abb.in cons.82.vol. 1. Lancell. de*
45 *Imper.§.2.q.2.n.12.* ob quam miser Dantes † etiam post mortem condemnatus ad infernum fuit, eo quod contra Ecclesiam Romanam sensisset, *si credimus Bart.in extrauag.ad reprimendum.* Certe si vel

si vel extitisset vel valuisset prætensa donatio Constantini, non opus fuisset speciali concessione Exarchatus † Rauennatis cū omnibus pertinentiis, siue à Pipino, *vt est apud VVolf. cent. 3. memorab. lect. fol. 199. Sleid. lib. 3. de 4. monarch.* siue à Ludouico Pio, cuius diploma extat *apud Volater. li. 3. Geogr.* in quo etiā continentur insulæ Sicilia, Sardinia & Corsica, quæ tamē desunt *in c. ego Ludouic. dist. 63.* siue etiā ab Ottone M. facta, *in c. tibi domino, & ibi CC. dist. 63. Bodin. 1. de Rep. 9. n. 35.* nisi omnia hæc diplomata inter se cōtraria, spuria ac falsa essent, ab Anastasio bibliothecario aliisq; Rom. Ecclesiæ parasitis conficta, *vti sentit Molinæus.* Cum alioqui † res semel mea facta, non amplius fiat mea. *§. 10. Inst. de legat. l. 159. de R. I. l. 14. §. 2. de except. rei iud. l. 12. §. 8. de capt. & postlim.* Interim hoc speciale D. Petri † patrimonium vocatur *in d. c. tibi domino, dist. 63. c. ad Apostolica, de re iud. in 6.* Quod licet ab aliis Italia terminetur, ab aliis tamen illi regnum † Siciliæ additur, *c. mandata, 6. & ibi CC. extra de præsumt. clem. pastor. de sent. & re iudic. clem. Romani, de iuretur.* Itē Sardinia, *c. si diligenti, extra de præscript. & ibi Abb. Siculus & CC.* Quo prætextu nisi Pontifices Rom. eas insulas Imperio Rom. detractas sibi vindicarunt, aliisque in feudum concesserunt, *Hotom. disput. feud. 8.* De Sicilia testis est *Andr. de Ifern. in c. 1. § præterea, n. 53 de prohib. feud. alien. Hieron. de Monte de fin. reg. c. 28. n. 3.* Eoq; nomine Platina *in Greg. 9.* Fridericum 2. Imp. Ecclesiæ feudatarium vocat. Inter quos vasallos postremi fuerunt † Arragonum Reges, facti nō solum Siciliæ, sed etiā Arragoniæ nomine fiduciarij Pont. Rom. *Bodin. d. c. 9. n. 133.* Additū est illis in remunerationē Sardiniæ Corsicę † & Balearū insularū dominatus, vt solent aliena magnifice largiri Pontifices, *ait Bodin. d. lo. n. 119.* Quæ insulæ omnes tandem hereditario iure ad Carolū V. Imp. transierunt. Siciliæ autē etiā † regnū Hierosolymitanū cohæret, *Platin. in Honor. 3.* q; ipsum quoque Papa sibi vēdicat, vtpote bello sacro & Romano occupatū. *c. igitur, 23 q. 8. c. iustum, 23. q. 2.* Potest enim regnū in feudū conuerti ea lege vt à tyranno bello recuperetur, *Vult. 3. feud. 5. nu. 14. in fi. Rosenth. de feud. c. 4. concl. 21. Vasq. in præfat. illust. controu. & pass. supr. c. 22. n. 93.* Atq; ita † Pisani Sarracenos ex insulis Balearib. eiecerunt an.

46 47 48 49 50 51 52 53

1117. Qui etiam ad Sardiniam manus extendere voluerunt, *in cap.*
17. extra de præscript. Et Genuenses Corsicam recuperantes ab
Hispanis in feudum acceperunt. Itaque quod *Cæpolla lib. 2. de ser-*
54 *uit. rust. 33. num. 2.* disputat, omnes insulas naturales, vt sunt † Sici-
lia, Sardinia, Corsica, esse Cæsaris in dominio, non patrimonia-
li sed iurisdictionali, *per d. l. 9. de iudic. l. illicitas, §. qui vniuersas, ff. de*
offic. præsid. Bald. in rubr. de R. D. id additionator Cæpollæ limitat in
Sardinia, vt quæ subiecta sit Ecclesiæ Romanæ, *d. c. tibi domino,*
dist. 63. c. ego Ludouicus, dist. 96. Sed hoc, si hodiernum rerum statum
consideremus, de omnibus tribus insulis dicendum fuerat, qui-
55 pe quæ eodem iure † Ecclesiæ Romanæ censentur. Neque iis
56 contentus Pontifex Rom. omnes † insulas marinas ac remotas
iure quodam superregali sibi arrogat, quasi ipse sit dominus mū-
di, ac monarcha supremus. *Tholos. lib. 6. de Republ. 13. num. 23. & seq.*
57 Est enim vicarius † Christi vniuersalis, *c. vnam sanctam, extrauag.*
com. de maior. & obed. clem. vn. de iureiur. Cardin. Alex. in c. in nouo, dist.
21. Lancell. lib. 2. de Pont. Rom c. 1. §. 1. vers. pallium, & seq. Arnis. 1 pol. c. 13.
58 Ergo eandem potestatem obtinet † cum Christo, cuius est vica-
rius. *c. 2. vbi C. de offic. vicar. in 6. Lancell. d. lo. c. 6. de vicar. ep. §. 1. nu.*
15. & seqq. De quo scriptum est, dominabitur à mari vsque ad ma-
59 re, *psal. 72. v. 8.* Hoc iure Alexand. VI. in † solenni bulla 4 Maij an-
no 1493. data motu proprio, de mera liberalitate & ex certa sci-
entia & de Apostolicæ potestatis plenitudine, vt loquitur, Ferdi-
nando Castiliæ siue Portugaliæ Regi omnes occidentales insu-
las donauit, *teste Francisco Lopez de Gomera in histor. Indica.* Sed & in-
60 ter eundem & Ioannem † Lusitaniæ Regem iudicio finium re-
gundorum contendentes, terminis in mari Athlantico positis,
ducto à septentrionali ad australem polum circulo, vtriusque In-
diæ insulas diuisit, orientali parte Lusitaniæ, occidentali Casti-
liæ Regi assignata: ita tamen vt & possessionem earum gladio ob-
tinerent, & occupatas ab Ecclesia Romana fiduciario iure re-
cognoscerent. *Osorius Lusitan. de rebus Hispan. Paris de Puteo in cap. 1.*
num. 6. de desin. feud. Vasq. 1. controu. 8. num. 31. Hieron. de Monte cap. 7. n.
8. Bernh. Zieritz. de prærog. Princip. lit. L. Paurmeist. lib. 1. de iurisd. Imp.
3. num.

*3.num.33.Goth.in l.9.de leg.1.Ioachim.Cluten.amicus noster in syllog. rer.
quotid.th.10.lit.C.Philip.Nicol.lib 1.de regno Christi.9.Bodin.d. cap. 9.
n.20.Hugo Grotius,in mari libero c.3.& 6.* Nimirũ † quia. Papa iudex 61
esse debet finalium quęstionum inter summos Principes, si re-
gna vel prouinciæ sint diuidenda. *Hieron.de Monte de fin. regund. c.
1.n. vlt.& c.76.n.7.* Hoc titulo freti Lusitani† maritimæ Indię Re- 62
ges, veluti Calecutium, Malachium, Canorum & Cambarrum
partim fœderibus, partim vi & armis subiecerunt. Sed & Africæ
& Orientalis Indiæ oram suæ ditionis fecerunt, propugnaculis
hinc inde extructis, & in Insula Orma, arce munitissima collocata
vnde vectigal à prætereuntibus exigere possint. *Bodin. d. lo. n. 42.
& lib.6.n.650.* Sed hæc acquisitio dominij non vnos † defectus iu- 63
ris incurrit. Si enim donatione Alex.6. vacantes tantum insulæ † 64
comprehunduntur, ex sola occupatione ex iure Gentium Hispa
nis acquiruntur, *vt dictum cap.21.& seq.* Vt nulla concessione pa-
pali sit opus. Quod enim iure † communi cuiuis patet, id frustra 65
& stulte precibus postulatur. *l.1.C.de petit.bon.subl.l.si quando,C. de
inoff.test.l.vn.C.de thesaur.* Neque enim duplicati titulus † posses- 66
sionis potest, ita vt quis ex duplici caussa dominium acquirat. *l.
7.C.de contr.emt.* Quo referri possunt Insulæ vacuæ à ministris E-
manuelis Lusitaniæ Regis inuentæ, & nouis colonis auctæ. At si
occupatæ erant, & suis cultoribus inhabitatæ insulæ, de quibus
hic agitur, non † poterat ipsis dominium, imperium ac libertas, 67
aliaque quæ habebant iura, non præcedente læsione aliqua, sine
insigni iniuria adimi. *l.id quod nostrum,de Reg.iur.supra.cap.22.* quia
donatio † de alieno esset, *l.12.C.de donat.* quæ furti speciem sapit. 68
gl in l.1.C.si aduers.vend.l.si pignori,de furt.c.1.14.q.5.per tot. Quod in
prouerb. transiit, de alieno corio latas corrigias facere, *Neuiz. li.
1.sylu.nupt.n.128.* von frembdem Leder ist gut Riemen schneiden. Multo
minus ex aliena iniuria aliquid dandum est. Ne quod detur qui-
dem, gratum esse donum potest, quod eum qui det, vbi vellet,
ablaturum esse sciat, *ait Liu.lib 5 dec.5.in fi.* Qui enim nocent aliis
vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, vt si in suam rem
aliena conuertant. *Cic.1.off.num.9.* Ipse Papa, *in cap.26.extra de de-*

cim. talem constituit regulam, quod nulli liceat aliena concedere
præter domini voluntatem. Eadem ergo ipse quoque vti debue-
rat. *arg. l. 1. quod quisque iuris.* Et pati legem, quam ipse tulerat, *iuxta*
distichon Catonis approbatum in c. cum omnes, 6. de constit. Specul. tit. de
aduocat. §. 4. *n.* 5. Vt taceamus, quod tota conclusio falso præsup-
69 posito nititur. quia Pontifex dominium ciuile mundi † nō habet,
nec vnquam habuit, *Panorm. lib. 2 de iurisd.* Imp. 3. *Hugo Grotius d. lo. &*
70 *ibid. alleg. Dd. Pontificij.* perinde vt nec † Christus habuit. *Ioh. 12. v.* †
71 36. *Matth. 8. v. 20. &c.* Eadem est ratio † Imperatoris Rom. qui li-
cet sit mundi dominus, quo ad supremam iurisdictionem & pro-
tectionem, *late Lancell. de* I*mper. Rom* §. 1. *vers. orbem vniuersum* : id
tamen de illa tantum mundi parte intelligendum est, quæ Rom.
Imp. subdita fuit. *l. mercatores, C. de commerc. l. 2. C. de vet. iure enu. Co-*
uar. in c. peccatum, §. 9. *n.* 5. Vnde nec insulas extra Romanum orbē
sitas concedere aliis potest, *supra cap. 14. n. 65. & 71.* neque sub Im-
perio constitutas suis dominis adimere. *d. l. id quod nostrum,* Recu-
72 perare † autem amissas, aut cogere infideles, vt suum imperium
recognoscant, *quod voluerunt Bart. in tract. de insul. verb. nullus, Ol-*
dradus de Ponte & alij, quos allegat Lancellot. de Imper. §. 4. *vers. 28 num.*
5. ita demum potest, si non per præscriptionem Imperio Roma-
no sunt exemti, *vt c. sequenti dicemus.* Quamquam hic fortasse fa-
cile esset prætextum aliquem iuris inuenire *cum Knich. in velit. a-*
polog. n. 105. si modo gladio satis accincti essemus, *vt ibidem prose-*
quemur. Hæc de personis insulas concedentibus & accipientibus.
73 Ipse actus † cōferendi, qui inter dominū & vasallū celebratur a FF.
inuestitura dicitur, siue inuestitio, *c. vn. si de inuest. int. dom.* ab infe-
stucando, *iuxta Hotom. in lexico feud. verb. exfestucare. Aliter & rectius*
Knich. lib. 1. de pact. inuest. 1. in pr. eo quod certo & solenni ritu ad-
h bitis & quasi indutis corporalibus signis plerumque expedia-
74 tur, *c. vn. quid sit inuest.* Cum enim Romani veteres festucam † in
missionibus in possessionem, *v. Renard. ad LL. 12 tab.* manumiss.
seruorum, *l 23. de manum. vind. Brisson. 1. select. 11. Tholosan. 14. syn-*
tagm. 5. n. 5. aliisq; addictionibus vsurparent, *Cuiac. 2. feud. 2.* remāsit
75 ea solemnitas † apud Longobardos, ex vsu Gentiū, marib. feudis
& digni-

& dignitatibus certa quædam insignia adhibentes, atque ita inuestientes. Ita per sceptrum coronam & gladium regna: per vexilla ducatus: per pedum pastorale Episcopatus: &c. traduntur, *de quibus Hotom. disp. feudal. cap. 22. & seq. FF. in c. vn. quid sit inuest. Adde de insignibus imperij Petr. de Andlo. lib. 2. de Rom. Imp. 6. & ibi Marq. Freher. in not. Conrad. Lancellot. de iure person. Cassana. in catal. de gloria mundi. Bornit. de præmiis Reip. lib. 2. cap. 9 & c.* Vnde sicuti traditio est duplex † naturalis & ciuilis: *l. 107. de solut. l. 6. de donat. l. 2. pro socio.* ita & inuestitura est, vel propria vel abusiua. *d. c. vn. quid sit inuest.* Per illam quin possessio † vacua in accipientem transeat, nullum est dubium, cum ipsum etiam dominium vtile transeat. *l. 9. §. 3 de A. R. D* vnde etiam feudi possessio dicitur *in c. vn. 2. F. 35. in pr. Borch. de feud. c. 7 n. 5.* De abusiua ambigitur, eo quod non in possessionis substantia, sed tantũ † in signo & præambulo quodã subsistat, *vt descripsit Bald. in c. vn. quid sit inuest.* Communiter ita distinguitur, q̃ si inuestitura in re præsenti vel visui exposita fiat, statim possessio transeat, alias nõ, *l. 1. §. 21. l. 18. §. pen. de acq. poss.* quia oculi lõgę † manus instar habẽtur. *l. 79. de solut. Andr. de Isernia, Alvarot. Matt. de Afflict. & FF. in c. vn. quid sit inuest. Iacobin de S. Georg. de feud. in verb. inuestitura, Borch. de feud. cap. 7. n. 7. Rittersh. lib. 1. partit. feud. 8. q. 6.* Quod admittimus si possessio sit † vacua, *l. 2. C. de acquir. poss. l. 79. de solut. l. 3. §. 1. de act. emt. l. 8. C. eo. l. 78. §. 1. de contr. emt. l. 18. de vi arm. l. 22. C. de probat.* quia ab alio possessa tradi nequit, *l. 2. §. 1. & ibi Bart. de act. emt.* nisi ipso volẽte. *l. 6. de donat.* Atq; ita recte docet *Menoch. de retin. poss. rem. 3. n. 569.* traditione † clauiũ traditã cẽseri possessionẽ rei præsentis, *in l. 74. de contr. emt. §. itẽ si quis, Inst. de R. D. l. 1. §. 21. de acquir. poss. l. 9. §. 6. de A. R. D.* quia per claues intratur ad possidendũ, *Bald. in l. 2. C. de V. S.* si is qui claues tradit † ipse posside bat, quia alias nemo plus iuris in aliũ trãsferre potest, quã ipse habet. *l. 54. l. 120. l. 160. l. 175. de R. I. c. 79. eod. in 6. Vnde Bald. in c. 1. de capit. qui cur. vend.* dicit, q̃ in generali cõcesione titulo lucratiuo facta nõ veniat ius, nisi q̃ ipse cõcedens habet. *arg. l. 36. § 1. de cõdit. & demõ.* Quod si autẽ cõtrouersia † super cõcesione insularũ oriatur, recurrendum est ad pacta, contractus, priuilegia, consuetudinẽ

& in-

Margin numbers: 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83

& inuestituram, *arg. l. 1. §. 1. testam. quemad. aper. l. 6. de transact.* quia tenor inuestituræ ante omnia inspiciendus est, *c. vn. de duob. fratri. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 9. num. 8.* Et ad eum tanquam ad cynosuram semper recurrendum est, *Roland. à Valle cons. 67. in pr.* cum deroget omni alii iuri, *cap. 1. de feud. non hab. propr. Borch. de feud. ca. 1. num. 25. Knich. de pact. inuest. lib. 1 c. 1. VVesemb.*
84 *cons. 34 num. 37. & cons. 41. num. 69. & ib. all.* Quod si nominatim & † expresse insularum quarundam mentio fiat, *vt in leg. 7 §. 17. de interd. & releg. extrauag. com. de censib.* vix est, vt contentio aliqua in-
85 de oriri possit, cum in † claris & perspicuis cesset omnis interpretatio, *Paris cons. 6. num. 5. Cephal. consil. 138. num. 2. & cons. 222. nu. 28. Rol. à Vall. cons. 79. num. 55. & cons. 38. num. 26.* vsque adeo vt tũ nec interpretationes Dd. nec cauillationes aduocatorum admittantur. *Bald. in cons. 174 l. b. 2. Tiber. Decian. vol 1. resp. 17. numer. 19. Borch.*
86 *cons. 1.* nisi forte verba † sint obscura vel ambigua, sicuti vocabulũ Werder in inuestitura Comitis Frisiæ Orientalis positum, alij aliter, *Gædd. in cons. de allun. maris, num. 345.* de insulis ad Comitatum pertinentibus interpretatur. Plerumque autem licet expresse non concedantur insulæ: tacite tamen ac vi ipsa concessæ cen-
87 sentur, ducto argumento ab expresso † ad tacitum, *de quo Eberhard. in top. in lo. 27. arg. l. 3. de reb. cred. l. 2. de pact.* veluti si quis super flu-
88 mine sit † inuestitus, etiam super insulis eius fluminis inuestitus censebitur, quia contentum sequitur causam sui continentis, *l. 1. §. 7. de flumin. supra. c. 10. num. 27.* Et qui concedit continens, videtur etiam concedere contenta. *l. 1. §. 41. depos. Eberh. in lo. 93. nu. 2. Schrad. de feud. p. 2. cap. 4 Parmens. lib 1. de allun. cap. 12. num. 8.* Et de
89 connexis † idem iudicium. *c. translato, de constit. Neuizan. lib. 1. sylu. nupt. num. 211. Facit l. 11. de instru. leg.* vbi insula legata, etiam aues in insula contentæ legatæ videntur, *Gail. 1. obs. 35. num. 10. Benekend. ad l. 1. memb. 5. p. 4. num. 15. de reg. iur.* maxime cum insulæ sint inseparabiles. *l. 10. de precar. infra. cap. 26.* Quo argumento de flumine Clanarum eiusque incrementis pro Duce Florentino responderunt Itali ICti, *referente Hieg. p. 2. q. vlt. num. 16* Ita concesso
90 castro cum † territorio, censentur quoque flumina & insulæ eius

terri-

territorij concessa, *c.1.& ibi Bald. de capit. qui cur. vend. Capoll. lib. 2. de seru. rust. 11. num. 12.* quia sub nomine territorij etiam mare & aquæ 91 veniunt. *Innocent. in c. cum ad sedem, de restit. spol. Felin. in c. Rodolphus, num. 12. de rescript. Tiber. Decia. cons. 123. num. 26. vol. 3.* Quod multo magis obtinet, si territorium † vna cum omnibus pertinentiis sit 92 concessum, *Bald. in § si quis de manso, num. 16. de contr. inuest. Schrad. de feud. p. 3. cap. 4. num. 36. Vult. 1. feud. 5. num 7. in fi. & ib. alleg. Knich. de pact. inuest. li. 1. cap. 4.* Mit allen Nutzungen/Ehren vnd Würden. *Heig. d. q. vlt. num. 19.* Interim licet hęc clausula: cum omnibus pertinentiis, plerumque maioris cautelę ergo scripturæ apponatur, quia abundans † cautela non nocet: *l. 94. de R. I. l. 55. in pr. mand.* 93 quæ hodie numquam tam valide & caute contractibus adhiberi potest, vt sophistica † & calumniosa interpretatio excludatur, 94 *conquerente Tiber. Decian. cons. 11. num. 65. vol. 1.* tamen castro cũ territorio concesso vi ipsa inest, *arg. l. 3. de reb. cred. l. 9. §. 1. de distract. pign.* quia donans † mihi ciuitatem, videtur donare omnes pertinentias, tam in mari quam in terra. *Innocent. in c. cum ad sedem, extra de restit. spol. per not. in c. periculũ, de R. I. in 6. & in l. 1. C. de classic. Bald. in l. beneficium, in 2. col. in pr. de constit. princ. Capoll. lib. 2. de seruit. 26 num. 19. De quibus plura ca. 26.* Eodem modo sub generali concessione † 96 regalium includuntur insulæ, quia concessis regalibus, castrum quoque concessum censetur. *Iacobin. in verb. castro. Bossius in tit. de regal. num. 38. arg. c. si ciuitas, de sent. excom. in 6. l. prædiis, 91. § 4 & 5. de leg. 3.* Item flumina, *Boss. in tit. de flumin. num. 12. Bart. & Capoll. d. lo. Rosenthal. de feud. ca. 5. concl. 30.* consequenter & insulæ istorum fluminum. *l. 9. de iudic.* Atque ita in diplomatis inuestiturarum, insulæ † quandoque exprimuntur, quandoque sub generalitate 97 pertinentiarum tacite includuntur. Ita in priuilegio Henrici 4. dato anno 1062. Adelberto Archiepiscopo † Bremensi conce- 98 ditur curtis Lesmona cum omnibus pertinentiis, & pagus Wihmodi cum insulis Bremensi & Lechter. *Extat inter diplom. Archiepisc. Hamburg. ab Erpoldo Lindenbrog. collecta.* Ita Adolphus Comes Holsatiæ in diplomate de anno 1307. vxori suæ Elenæ concedit (credo in † dotalicium) medietatem ciuitatis Hamburgensis, cũ 99

part.10. Qua de materia latissime agunt Feudistæ quos hic cumu-
25 lare superuacuum. Quod sicubi ad regalia pertineant † insulæ, priuatorum commerciis exemtas esse consequens est. *arg. l. 6. l. 34. §. 1. de contr. emt. FF. in c. vn. quæ sunt regal. Matth. Stephan. lib. 2. p. 1. c.*
26 *7. n. 24. de iurisd. & supra cap. 11. n. 74.* Regalia enim † Imperatoris sunt propria, ipsi in signum præeminentiæ competentia, *Vult. 1. Feud 5. n. 6. & ib. alleg. late Arnisæ in tract. de iure maiest.* Itaque solius Imperatoris est ea concedere, *art. 58. & 60. lib. 3.* Landtr. *Dauth. in discurs. general. & special. p. 2. fol. 15* quem tamen ea alienare posse nō vult *Vasquius lib. 1. controu. 5 n. 23.* Cæterum ex quo de consuetudi-
27 ne per communicationem Cæsaris regalia etiam † ad inferiores principes transierunt, *Vult. d. lo.* illi tantum posse dicuntur in suo territorio, quantum Imperator in vniuerso imperio, *cap. seq. n. 59.*
28 Vnde etiam principes inferiores regalia † quæ à Cæsare habent, subinfeudare possint, cum etiam priuatis concedere possint, *Socin. iun. cons. 80. n. 52. vol. 3. Matth. Stephan. de iurisd. lib. 2. part. 2. cap. 7.*
29 *n. 28.* quia alienatione † feudi prohibita, non censetur prohibita subinfeudatio. *c. 1. §. 1. per quos fiat inuest. c. 1. in pr. qual. olim pot. feud. al. en. Vult. 1. Feud. 10. n. 79. Borch. de feud. c. 8. n. 49. Schrad. p. 8 c. 2. & 5.*
30 *Mynsi. 1. obs. 62.* Hæc in minoribus regalibus † siue iuribus fiscalibus, *vt vocat Cuiac. in d. c. vn. quæ sunt regal* ad quæ etiam insulæ pertinent, ita obtinent. Vbi tamen notandum, desinere insulam ad regalia pertinere, si proprietas priuatis concedatur. Itaque argumentum, quod insulæ ad regalia pertineant, nō semper pro-
31 cedit, quia † priuati nonumquam eas, vel ex successione parentū vel præscriptione, vel alio iusto titulo consecuti sunt. Ita Menouia insula Constantiæ sedes olim nobilium à Langenstein fuit, *Munster. li. 3. Cosmogr.* Adde duo alia exempla *ex cap. praeced. num. 16.* Et apud nos insula Arngastū ad Hannekeniū Varlensem spectat. Et quæ plura exempla priuatorum insulas possidentium in Frisia
32 occurrunt. Quod autem maiora † regalia attinet, ea cum subditis ne communicari quidem sine dissolutione imperij possunt. *Bodin. lib. 1. de Rep. 10. n. 49. Lancell. de Imper. §. 4. vers. tertio loco. nu. 4. Herman Kirchner disp. pol. 1. ... 4.* Vnde sacra sacrorum *dixit Baldus*

Baldus in proœm. feud. & in c. intellecto, extra de iureiur. quę non sunt in marsupio principis. Itē indiuidua *Cynus in l. si viu., C. de bon. matern.* quæ ossibus Imperatoris inhærent, neque ab iis auelli, ac in inferiorem transferri possunt. *Knich. de iure territ. c. 1. num. 121. Matt. Steph. lib. 2. de iurisd. p. 1. cap. 7. n. 26.* Circa alienationem diuersum à subinfeudatione ius receptum. Quia neque dominus directus † insulam feudalem vasallo inuito alienare potest, § *praeterea, de* 33
prohib. feud. alien. per Frid. §. ex eadem, de lege Corradi. Rosenthal. de feud. cap. 9. §. 52. Borch. cap. 8 num. 18. Dominus enim & vasallus iudicantur ad paria, *c. vn. 2. Feud. 47. c. vn §. domino, 2. F. 26. c. esto subiectus, dist. 95. Vult. d. lo. cap. 11. num. 52.* nisi forte † cum vniuersitate fiat a- 34
lienatio, *d. §. ex eadem, v. rb. totum, Vult d. cap. 10. num. 71.* quia quædā per se non transeunt, quę cum vniuersitate transeunt. *l. quedam ff. de A. R. D. Gail 2 p. p. 15. num. 14. licet in hoc passu ... Vasq. d. lib. 1. cōtrou. 5 num. 3. Heig. 1 quæst 19. num 16. & alij quos allegat Gothofr. Anthon. disp. feud. 9. th. 6. lit. A.* Neque princeps potest subditos † suos 35
sine ipsorum consensu in alium transferre. *c intellecto, 33. extra de iureiur. §. 1. 2 F 55. Hotom. ill. quæst. 1. Heig. Vasq. Gail. d. lo. Ias in l. filiusfam. § Diui, col. 3. de leg. 1. Gui l. Pap. decis. 239. Trentacinq. lib. 3. de pact. resol. 1 num. 17. Treutler. lib. 1 sel. ect. disp. 1 2 thes. 3. lit. F.* quia æque interest subditorum non mutare dominum, ac domini non mutare subditos, *arg. l. 1. & 2. de alien. iud. mut. Socin. consil. 40 num. 6. vol. 3. Lancellot. d. lo. num. 13.* præsertim si prior dominus sit potens, bonus ac pacificus, ac subditi † inferiori ac rixoso principi subiiciantur, *Abb. in cap. ad audientiam, num 13. extra de praescript. Innocent. in c. fin. extra de maior & obed.* quia breue regnum non parit subditis lætitiam, in lata gente gloria principis. *Quod vt Salomonis dictum commendat Hostiens. in sum §. cui confitendum num. 20. de pœnit. & remiss.* Nisi forte necessitate cogente, vel pro commodo pacis fiat † 37
alienatio: tunc enim tenet, *Socin. in reg. 139. incip. donare. Duar. ad l. 5. de pact. Bald. in l. vn. in pr. C. de caduc. toll. Vultei. d. cap. 10. num. 71. Goth. Anth. disp. 9. th. 6.* quia necessitas † legem non habet, sed sibi ipsi est lex, *leg. non solum, 10. §. fin. de excus. tut. gl. in cap. 1. dist. 6. c. quā- to, 4. extra de consuet. Ayrer. in process. histor. cap. 5. obs. 6. num. 5 Hering. de* 38

39 *fideiuss.cap.1.nu.113.* Et alienatione † prohibita, necessaria non includitur *l.13.fam.hercisc.l.1.de fund.dot.l.vlt.§.4.C.de bon.quæ lib. He-*
40 *ring.d.lo.* Vt propterea non satis tuto pacta Francisci Galliarum Regis cum Carolo V. inita Parlamentum irrita pronunciarit, *teste Bodin.6.de Rep.6.n.595.* sed iustam criminandi caussam Cæsari præbuerit. *apud Sleid.lib.6.comment.* Atque hæc, quæ iam dicta sunt,
41 adeo obtinent, vt ne quidem † Imperator terras imperij, sine consensu Electorum ac Principum rite alienare possit *c.non liceat, 12.q.2.cap.intellecto, & ibi Abb. & Canon.extra de iureiur. Lancell. de præstant.Imper.§.4.vers.tricesimo loco, M.Stephan.li.2.de iurisdict.p.1.ca.*
42 *2.num.65.Ioan.Niell.disp.feud.2.th.vlt.in fi.* Ideo enim † Augustus dictus est, allzeit Mehrer deß Reichs/ab augendo scilicet, *Iohan. Faber. & Dd.ad proœm.Instit. renitente tamen Cuiac.3 miscell.22.num.6.* quia quilibet Imperator debet eius esse propositi, quod imperium augere velit. *glos. & Aretin.in proœm.ff.* Quæ glossella nisi saluaret titulum Imperatoris, nullus fere nostra ætate se denominaret Augustum *ait Petrus de Andlo l.b.1.de Imper.Rom.7.* Quibus argumen-
43 tis subuerteretur iustitia † donationis Constantini M. qua is Syluestro Papæ Italiam & totum Occidentis regnum cum omnibus prouinciis, vrbibus ac insulis donasse scribitur, *in c. Constantinus, dist.96.* nisi totum capitulum fictum fabulosum ac supposititium esset. Quod post alios accurate demonstrarunt *Fr.Hotom. in bruto fulmine Sixti V.pag 128.& seq.Iohan Wolf.in cent.4.rer.memor. Freher.in notis ad P.de Andlo lib.1.cap.11.Anton.de Rosell. de potest. Imp. & Papæ.Alciat.7.parad.19.Albert.Crantz.lib 3 Saxon.3.Henning.Arnis. 1.polit.13.& ib.relat.* Vt propterea operam hanc merito irriserit
44 Pius quidam † auditor Rotæ Rom. in dialogo suo, dicens, se mirari miseros Legistas disputare de validitate eius, quod numquã fuit, *referente Felino in c.solitæ, extra de maior.& obed. Eberh.in top in lo. u.num.15.* Quamuis aliis articulus fidei videatur, cuius contrariũ asserere non longe sit ab hæresi, *Abb.in cons.82.vol.1. Lancell. de*
45 *Imper.§.2.q.2.n.12.* ob quam miser Dantes † etiam post mortem condemnatus ad infernum fuit, eo quod contra Ecclesiam Romanam sensisset, *si credimus Bart.in extrauag.ad reprimendum.* Certe

si vel

si vel extitisset vel valuisset prætensa donatio Constantini, non opus fuisset speciali concessione Exarchatus† Rauennatis cũ o- 46
mnibus pertinentiis, siue à Pipino, *vt est apud VVolf. cent. 3. memorab. lect. fol. 199. Sleid. lib. 3. de 4. monarch.* siue à Ludouico Pio, cuius diploma extat *apud Volater. li. 3. Geogr.* in quo etiã continentur insulæ Sicilia, Sardinia & Corsica, quæ tamẽ desunt *in c. ego Ludouic. dist. 63.* siue etiã ab Ottone M. facta, *in c. tibi domino, & ibi CC. dist. 63. Bodin. 1. de Rep. 9. n. 35.* nisi omnia hæc diplomata inter se cõtraria, spuria ac falsa essent, ab Anastasio bibliothecario aliisq; Rom. Ecclesiæ parasitis conficta, *vti sentit Molinæus.* Cum alioqui † res semel 47
mea facta, non amplius fiat mea. *§. 10. Inst. de legat. l. 159. de R. I. l. 14. §. 2. de except. rei iud. l. 12. §. 8. de capt. & postlim.* Interim hoc speciale D. Petri † patrimonium vocatur *in d. c. tibi domino, dist. 63. c. ad Apo-* 48
stolica, de re iud. in 6. Quod licet ab aliis Italia terminetur, ab aliis tamen illi regnum † Siciliæ additur, *c. mandata, 6. & ibi CC. extra de* 49
præsumt. clem. pastor. de sent. & re indic. clem. Romani, de iureiur. Itẽ Sardinia, *c. si diligenti, extra de præscript. & ibi Abb. Siculus & CC.* Quo prætextu nisi Pontifices Rom. eas insulas Imperio Rom. detractas sibi vindicarunt, aliisque in feudum concesserunt, *Hotom. disput. feud. 8.* De Sicilia testis est *Andr. de Isern. in c. 1. § præterea, n. 53 de prohib. feud. alien. Hieron. de Monte de fin. reg. c. 28. n. 3.* Eoq; nomine Platina *in Greg. 9.* Fridericum 2. Imp. Ecclesiæ feudatarium vocat. Inter quos vasallos postremi fuerunt † Arragonum Reges, facti nõ 50
solum Siciliæ, sed etiã Arragoniæ nomine fiduciarij Pont. Rom. *Bodin. d. c. 9. n. 133.* Additũ est illis in remuneratione Sardiniæ Corsicę † & Balearũ insularũ dominatus, vt solent aliena magnifice 51
largiri Pontifices, *ait Bodin. d. lo. n. 119.* Quæ insulæ omnes tandem hereditario iure ad Carolũ V. Imp. transierunt. Siciliæ autẽ etiã † 52
regnũ Hierosolymitanũ cohæret, *Platin. in Honor. 3.* q; ipsum quoque Papa sibi vẽdicat, vtpote bello sacro & Romano occupatũ. *c. igitur, 23 q. 8. c. iustum, 23. q. 2.* Potest enim regnũ in feudũ conuerti ea lege vt à tyranno bello recuperetur, *Vult. 1. feud. 5, nu. 14. in fi. Rosenth. de feud. c. 4. concl. 21. Vasq. in præfat. illust. controu. & pass. supr. c. 22. n. 93.* Atq; ita † Pisani Sarracenos ex insulis Balearib. eiecerunt an. 53

nu7. Qui etiam ad Sardiniam manus extendere voluerunt, *in cap. 17. extra de præscript.* Et Genuenses Corsicam recuperantes ab Hispanis in feudum acceperunt. Itaque quod *Capolla lib. 2. de ser-*
54 *uit. rust. 33. num. 2.* disputat, omnes insulas naturales, vt sunt † Sicilia, Sardinia, Corsica, esse Cæsaris in dominio, non patrimoniali sed iurisdictionali, *per d. l. 9. de iudic. l. illicitas, §. qui vniuersas, ff. de offic. præsid. Bald. in rubr. de R. D.* id additionator Cæpollæ limitat in Sardinia, vt quæ subiecta sit Ecclesiæ Romanæ, *d. c. tibi domino, dist. 63. c. ego Ludouicus, dist. 96.* Sed hoc, si hodiernum rerum statum consideremus, de omnibus tribus insulis dicendum fuerat, qui-
55 pequæ eodem iure † Ecclesiæ Romanæ censentur. Neque iis
56 contentus Pontifex Rom. omnes † insulas marinas ac remotas iure quodam superregali sibi arrogat, quasi ipse sit dominus mũdi, ac monarcha supremus. *Tholos. lib. 6. de Republ. 13. num. 21. & seq.*
57 Est enim vicarius † Christi vniuersalis, *c. vnam sanctam, extrauag. com. de maior. & obed. clem. vn. de iureiur. Cardin. Alex. inc. in nouo, dist. 21. Lancell. lib. 2. de Pont. Rom c. 2. §. 1. vers. pallium, & seq. Arnis. 1 pol r. 13.*
58 Ergo eandem potestatem obtinet † cum Christo, cuius est vicarius. *c. 2. vbi C. de offic. vicar. in 6. Lancell. d. lo. c. 6. de vicar. ep. s. §. 1. nu. 15. & seqq.* De quo scriptum est, dominabitur à mari vsque ad ma-
59 re, *psal. 71. v. 8.* Hoc iure Alexand. VI. in † solenni bulla 4 Maij anno 1493. data motu proprio, de mera liberalitate & ex certa scientia & de Apostolicæ potestatis plenitudine, vt loquitur, Ferdinando Castiliæ siue Portugaliæ Regi omnes occidentales insulas donauit, *teste Francisco Lopez de Gomera in histor. Indica.* Sed & in-
60 ter eundem & Ioannem † Lusitaniæ Regem iudicio finium regundorum contendentes, terminis in mari Athlantico positis, ducto à septentrionali ad australem polum circulo, vtriusque Indiæ insulas diuisit, orientali parte Lusitaniæ, occidentali Castiliæ Regi assignata: ita tamen vt & possessionem earum gladio obtinerent, & occupatas ab Ecclesia Romana fiduciario iure recognoscerent. *Osorius Lusitan. de rebus Hispan. Paris de Puteo in cap. 1. num. 6. de desin feud. Vasq. r. contron. 8. num. 31. Hieron. de Monte cap. 7. n. 8. Bernh. Zieritz. de prærog. Princip. dit. E. Paurmeist. lib. 1. de iurisd. Imp. 3. num.*

num.33.Goth.in l.9.de leg.1.Ioachim.Cluten.amicus noster in syllog. rer. quotid th.10.lit.C.Philip. Nicol.lib 1.de regno Christi.9.Bodin.d. cap. 9. n.20.Hugo Grotius,in mari libero c.3.& 6. Nimirũ † quia. Papa iudex 61
esse debet finalium quęstionum inter summos Principes, si regna vel prouinciæ sint diuidenda. *Hieron.de Monte de fin. regund. c. 1.n.vlt.& c.76.n.7.* Hoc titulo freti Lusitani † maritimæ Indię Re- 62
ges, veluti Calecutium, Malachium, Canorum & Cambarrum partim fœderibus, partim vi & armis subiecerunt. Sed & Africæ & Orientalis Indiæ oram suæ ditionis fecerunt, propugnaculis hinc inde extructis, & in Insula Orma, arce munitissima collocata vnde vectigal à prætereuntibus exigere possint. *Bodin. d. lo. n. 42. & lib.6.n.650.* Sed hæc acquisitio dominij non vnos † defectus iu- 63
ris incurrit. Si enim donatione Alex.6. vacantes tantum insulæ † 64
comprehunduntur, eæ sola occupatione ex iure Gentium Hispanis acquiruntur, *vt dictum cap.21.& seq.* Vt nulla concessione papali sit opus. Quod enim iure † communi cuiuis patet, id frustra 65
& stulte precibus postulatur. *l 1.C.de petit.bon subl.l.si quando,C. de inoff.test.l.vn.C.de thesaur.* Neque enim duplicari titulus † posses- 66
sionis potest, ita vt quis ex duplici caussa dominium acquirat. *l. 7.C de contr.emt.* Quo referri possunt Insulæ vacuæ à ministris Emanuelis Lusitaniæ Regis inuentæ, & nouis colonis auctæ. At si occupatæ erant, & suis cultoribus inhabitatæ insulæ, de quibus hic agitur, non † poterat ipsis dominium, imperium ac libertas, 67
aliaque quæ habebant iura, non præcedente læsione aliqua, sine insigni iniuria adimi. *l.id quod nostrum,de Reg.iur.supra.cap.22,* quia donatio † de alieno esset, *l.12.C.de donat.* quæ furti speciem sapit. 68
gl in l.1.C.si aduers.vend.l.si pignori,de furt.c.14.q.5.per tot. Quod in prouerb. transiit, de alieno corio latas corrigias facere, *Neniz. li. 1.sylu.nupt.n.128.* von frembdem Leder ist gut Riemen schneiden. Multo minus ex aliena iniuria aliquid dandum est. Ne quod detur quidem, gratum esse donum potest, quod eum qui det, vbi vellet, ablaturum esse sciat, *ait Liu.lib 5 dec.5.in fi.* Qui enim nocent aliis vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, vt si in suam rem aliena conuertant, *Cic.1.off.num.9.* Ipse Papa, *in cap.26.extra de de-*
 cim.

cim. talem constituit regulam, quod nulli liceat aliena concedere præter domini voluntatem. Eadem ergo ipse quoque vti debuerat. *arg. l. 1. quod quisque iuris.* Et pati legem, quam ipse tulerat, *iuxta distichon Catonis approbatum in c. cum omnes, 6. de constit. Specul. tit. de aduocat. §. 4. n. 5.* Vt taceamus, quod tota conclusio falso præsup-
69 posito nititur quia Pontifex dominium ciuile mundi † nō habet, nec vnquam habuit, *Panorm. lib. 2 de iurisd. Imp. 3. Hugo Grotius d. lo. &*
70 *ibid. alleg. Dd. Pontificij.* perinde vt nec † Christus habuit. *Ioh. 12. v.* †
71 *36. Matth. 8. v. 20. &c.* Eadem est ratio † Imperatoris Rom. qui licet sit mundi dominus, quo ad supremam iurisdictionem & protectionem, *late Lancell. de Imper. Rom § 1. vers. orbem vniuersum* : id tamen de illa tantum mundi parte intelligendum est, quæ Rom. Imp. subdita fuit. *l. mercatores, C. de commerc. l. 2. C. de vet. iure enu. Couar. in c. peccatum, §. 9. n. 5.* Vnde nec insulas extra Romanum orbē sitas concedere aliis potest, *supra cap. 14. n. 65. & 71.* neque sub Imperio constitutas suis dominis adimere. *d. l. id quod nostrum,* Recu-
72 perare † autem amissas, aut cogere infideles, vt suum imperium recognoscant, *quod voluerunt Bart. in tract. de insul. verb. nullus, Oldradus de Ponte & alij, quos allegat Lancellot. de Imper. §. 4. vers. 28 num. 5.* ita demum potest, si non per præscriptionem Imperio Romano sunt exemti, *vt c. sequenti dicemus.* Quamquam hic fortasse facile esset prætextum aliquem iuris inuenire *cum Knich. in velit. apolog n. 105.* si modo gladio satis accincti essemus, *vt ibidem prosequemur.* Hæc de personis insulas concedentibus & accipientibus.
73 Ipse actus † cōferendi, qui inter dominū & vasallū celebratur a FF. inuestitura dicitur, siue inuestitio, *c. vn. si de inuest. int. dom.* ab infestucando, *iuxta Hotom. in lexico feud. verb. exfestucare. Aliter & rectius Knich. lib. 1. de pact. inuest. 1. in pr.* eo quod certo & solenni ritu adhibitis & quasi indutis corporalibus signis plerumque expedia-
74 tur, *c. vn. quid sit inuest.* Cum enim Romani veteres festucam † in missionibus in possessionem, *v. Reuard. ad LL. 12 tab.* manumiss. seruorum, *l 23. de manum. vind. Brisson. 1. select. 11, Tholosan. 14. syntagm. 5. n. 5.* aliisq; addictionibus vsurparent, *Cuiac. 2. feud. 2.* remāsit
75 ea solemnitas † apud Longobardos, ex vsu Gentiū, marib. feudis & digni-

& dignitatibus certa quædam insignia adhibentes, atque ita inuestientes. Ita per sceptrum coronam & gladium regna: per vexilla ducatus: per pedum pastorale Episcopatus: &c. traduntur, *de quibus Hotom. disp. feudal. cap. 22. & seq. FF. in c. vn quid sit inuest. Adde de insignibus imperij Petr. de Andlo. lib. 2. de Rom. Imp. 6. & ibi Marq. Freher. in not. Conrad. Lancellot. de iure person. Cassan. in catal. de gloria mundi. Bornit. de præmiis Reip. lib. 2. cap 9 &c.* Vnde sicuti traditio est duplex † naturalis & ciuilis: *l. 107. de solut. l. 6. de donat. l. 2. pro socio.* ita & inuestitura est, vel propria vel abusiua. *d. c. vn. quid sit inuest.* Per illam quin possessio † vacua in accipientem transeat, nullum est dubium, cum ipsum etiam dominium vtile transeat. *l. 9. §. 3 de A. R. D* vnde etiam feudi possessio dicitur *in c. vn. 2. F. 33. in pr. Borch. de feud. c. 7 n. 5.* De abusiua ambigitur, eo quod non in possessionis substantia, sed tantũ † in signo & præambulo quodã subsistat, *vt descripsit Bald. in c. vn. quid sit inuest.* Communiter ita distinguitur, quod si inuestitura in re præsenti vel visui exposita fiat, statim possessio transeat, alias nõ, *l. 1. §. 21. l. 18. § pen. de acq. poss.* quia oculi lõgè † manus instar habẽtur. *l. 79. de solut. Andr. de Isernia, Aluarot. Matt. de Afflict. & FF. in c. vn. quid sit inuest. Iacobin de S. Georg. de feud. in verb. inuestitura, Borch. de feud. cap. 7. n. 7. Rittersh. lib. 1. partit. feud. 8. q. 6.* Quod admittimus si possessio sit † vacua, *l. 2. C. de acquir. poss. l. 79. de solut. l. 3. §. 1. de act. emt. l. 8. C. eo. l. 78. §. 1. de contr. emt. l. 18. de vi arm. l. 22. C. de probat.* quia ab alio possessa tradi nequit, *l. 2. §. 1. & ibi Bart. de act. emt,* nisi ipso volẽte. *l. 6. de donat.* Atq; ita recte docet *Menoch. de retin. poss. rem. 3. n. 569.* traditione † clauiũ traditã cẽseri possessionẽ rei præsentis, *in l. 74. de contr. emt. §. itẽ si quis, Inst. de R. D. l. 1. §. 21. de acquir. poss. l. 9. §. 6. de A. R. D.* quia per claues intratur ad possidendũ, *Bald. in l. 2. C. de V. S.* si is qui claues tradit † ipse possidebat, quia alias nemo plus iuris in aliũ trãsferre potest, quã ipse habet. *l. 54. l. 120. l. 160. l. 175. de R. I. c. 79. eod. in 6. Vnde Bald. in c. 1. de capit. qui cur. vend.* dicit, quod in generali cõcessione titulo lucratiuo facta nõ veniat ius, nisi quod ipse cõcedens habet. *arg. l. 36. § 1. de cõdit. & demõ.* Quod si autẽ cõtrouersia † super cõcessione insularũ oriatur, recurrendum est ad pacta, contractus, priuilegia, consuetudinẽ & in-

76 77 78 79 80 81 82 83

territorij concessa, *c.1. & ibi Bald. de capit. qui cur. vend. Capoll. lib. 2. de seru. rust. 11. num. 12.* quia sub nomine territorij etiam mare & aquæ 91
veniunt. *Innocent. in c. cum ad sedem, de restit. spol. Felin. in c. Rodolphus, num. 12. de rescript. Tiber. Decia. consi. 123. num. 26. vol 3.* Quod multo magis obtinet, si territorium † vna cum omnibus pertinentiis sit 92
concessum, *Bald. in §. si quis de manso, num. 16. de contr. inuest. Schrad. de feud. p. 3. cap. 4. num. 36. Vult. 1. feud. 5 num 7. in fi. & ib. alleg. Knich. de pact. inuest. li. 1 cap. 4.* Mit allen Nutzungen / Ehren vnd Würden. *Heig. d. q. vlt. num. 19.* Interim licet hęc clausula: cum omnibus pertinentiis, plerumque maioris cautelę ergo scripturæ apponatur, quia abundans † cautela non nocet: *l. 94. de R. I. l. 55. in pr. mand.* 93
quæ hodie numquam tam valide & caute contractibus adhiberi potest, vt sophistica † & calumniosa interpretatio excludatur, 94
conquerente Tiber. Decian. consi. 11. num. 65. vol. 1. tamen castro cũ territorio concesso vi ipsa inest, *arg. l. 3. de reb. cred. l. 9. §. 1. de distract. pign.* quia donans † mihi ciuitatem, videtur donare omnes perti- 95
nentias, tam in mari quam in terra. *Innocent. in c. cum ad sedem, extra de restit. spol. per not. in c. periculũ, de R. I. in 6. & in l. 1. C. de cl. offic. Bald. in l. beneficium, in 2. col. in pr. de constit. princ. Capoll. lib. 2. de seruit. 26 num. 19. De quibus plura ca. 26.* Eodem modo sub generali concessione † 96
regalium includuntur insulæ, quia concessis regalibus, castrum quoque concessum censetur. *Iacobin. in verb. castro. Bossius in tit. de regal. num. 38. arg. c. si ciuitas, de sent. excom. in 6. l. prædiis, 91. § 4 & 5. de leg. 3.* Item flumina, *Boss. in tit. de flumin. num. 12. Bart. & Capoll. d. lo. Rosenthal. de feud. ca. 5. concl 30.* consequenter & insulæ istorum fluminum *l. 9. de iudic.* Atque ita in diplomatis inuestiturarum, insulæ † quandoque exprimuntur, quandoque sub generalitate 97
pertinentiarum tacite includuntur. Ita in priuilegio Henrici 4. dato anno 1062. Adelberto Archiepiscopo † Bremensi conce- 98
ditur curtis Lesmona cum omnibus pertinentiis, & pagus Wihmodi cum insulis Bremensi & Lechter. *Extat inter diplom. Archiepisc. Hamburg. ab Erpoldo Lindenbrog. collecta.* Ita Adolphus Comes Holsatiæ in diplomate de anno 1307. vxori suæ Elenæ concedit (credo in † dotalitium) medietatem ciuitatis Hamburgensis, cũ 99

omni dominio, reditibus, teloniis &c. Item insulam quæ dicitur Gorriswerder, & duas parochias, cum villis ad eas pertinent.
100 *Spangenb. in chron.* Schawenburg. Item in transactione † nobilium Frisiæ cum Alberto Comite Hollandiæ anno 1398. inita, nobiles cedūt Comiti dominium & ius omne arcium & regionum inter Amasum & Iadam cum positis è regione insulis, Borcumo, Iusta, Busa, Olterenda (quæ Nordeneia nunc est) Balteringa, Langoga Spikeroga &c. illudque vicissim ab eo in feudum recipiunt. *Vbbo Emm. lib. 16. rer. Frisic* vbi tamen ἐπιφωνηματικῶς subiungit: quis non miretur data principi, quæ non erant dantium? reddita iisdem ab eo cuius fuerunt numquam? *Adde quæ diximus cap. 11. n. 68. & quæ plura dicemus. ca. 26.*

CAPVT XXV.

De præscriptione Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Præscriptionis titulus vtilis & frequens.*
2 *Et in conscientia excusabilis.*
3 *Tempus omnia mutat.*
4 *Quæstiones de præscriptionibus non vniusmodi.*
5 *Vsucapio & præscriptio quomodo differant?*
6 *Dominium insulæ quoto tempore præscribatur.*
7 *Actio insulæ 30 annis præscribitur.*
8 *Finium regundorum actio quando præscribatur.*
9 *Fines Ecclesiastici an præscribantur?*
10 *Termini prouinciarum an præscribantur?*
11 *Regalia præscribi possunt.*
12 *Superioritas tacite excipitur.*
13 *Immemorialis præscriptionis vires.*
14 *Pro qualitate personarum tempus æstimandum.*
15 *Par in parem imperium non habet.*
16 *Priuatus regalia præscribere nequit.*

17 Domi-

17 *Dominium insulæ sine iurisdictione præscribi potest.*
18 *Iurisdictio consideratur vel actiue, vel passiue.*
19 *Iure ciuili publica non præscribuntur.*
20 *Iure feudali possunt.*
21 *Alienabile est etiam præscriptibile.*
22 *Priuatus per præscriptionem fit magistratus.*
23 *Iurisdictio vel cum territorio, vel sine illo præscribitur.*
24 *Libertas subditorum an præscribi possit?*
25 *Iurisdictio personas vt vmbra corpus sequitur.*
26 *Obedientia præscribi non potest.*
27 *Seruus libertatem non præscribit.*
28 *Barbarius ex pratore seruus.*
29 *Subditi an sint serui?*
30 *Romanæ Reip. arcana.*
31 *Præscriptio prouinciarum iure Gentium recepta.*
32 *Ignoscitur illi qui salutem suam quærit.*
33 *Vnumquodque facile reuertitur ad primogeniam naturam.*
34 *Libertas vsucapi potest.*
35 *Libertatis caussa fauorabilis.*
36 *Subditi & serui comparatio an sit bona?*
37 *Mutationes regnorum per vim & iniuriam.*
38 *Æternitas in iure nostro pro seculo accipitur.*
39 *Tempus immemoriale est centum annorum.*
40 *Immemorialis præscriptio validissima.*
41 *Regna calamo non vindicantur.*
42 *Inpotentes actio non competit.*
43 *Gladius prouinciarum iudex.*
44 *Gaudent possidentes.*
45 *Galli & Veneti quatenus iure ciuili vtantur.*
46 *Classicum canere à viro bono alienum.*
47 *Vera aliorum sententia.*
48 *Omnis præscriptio à facto incipit.*
49 *Controuersia Hispanorum & Belgarum.*
50 *Maris imperium præscribi potest.*

51 *Iurisdictio marina præscribi potest.*
52 *Præscriptio immemorialis titulum non requirit.*
53 *Oceanus possideri non potest.*
54 *Princeps potest nauigationem prohibere.*
55 *Vectigal nauigantibus imponere.*
56 *Piscationes prohibere.*
57 *Aliis elocare.*
58 *Iura principis in flumine publico.*
59 *Princeps tantum potest in suo ducatu, quantum Imp. in imperio.*
60 *Alienis littoribus anchoras iniicere non licet.*
61 *Nauigationes Oceani cuiuis patent.*
62 *Nauigationum necessitas.*
63 *Fertilitas regionum quarundam.*
64 *Commerciorum origo.*
65 *Mercatorum necessitas.*
66 *Nauium priuilegia.*
67 *Nauigandi facultas ampliata.*
68 *Res meræ facultatis nunquam præscribitur.*
69 *Inter insulas subditas & non subditas distinctio facienda.*
70 *Lucrum cessans non attenditur.*
71 *Interest iure facultatis quid fiat, an iure seruitutis.*
72 *Seruitus nauigandi constitui non potest.*
73 *Res meræ facultatis sine prohibitione non præscribuntur.*
74 *In flumine, in quo vnus piscari solitus, alter quoque piscari potest.*
75 *Molendini exercitium alios non excludit.*
76 *Molendini ædificatio licita.*
77 *Nauigatio marina non præscribitur.*
78 *Princeps potest mercaturam in suis finibus restringere.*
79 *Lusitanorum priuilegia in insulis Molucarum.*
80 *Venetorum detrimentum.*
81 *Mercatura Islandica elocata.*
82 *Berga Noruegiæ emporium.*
83 *Ius stapulæ.*
84 *Mercatura est iuris Gentium.*

85 *Merca-*

85 *Mercatura in quibusdam casibus prohibita.*
86 *Merces illicitæ confiscantur.*
87 *Merces quædam inutiles.*
88 *Scriptorum testimonia contra peregrinas merces.*
89 *Defensio mercaturæ.*
90 *Abusus rei non tollit substantiam.*
91 *Mercatura in sacris litteris commendatur.*
92 *Nauigationes regum Iudaicorum in Indiam.*
93 *Ophir vulgo Peruuia.*
94 *Nauigationum multiplex vtilitas.*
95 *Maritimarum vrbium incrementa ex nauigationibus dependent.*

SVccedit alius titulus, non omnino quidem iustus, ratione originis, cum impium † præsidium dicatur *à Iustin in N. u. 9. in pr.* sed tamen frequens & vtilis, Reipubl. præsertim, vt tandem sit litium finis. *l. vlt. pro suo Cic. 2. offic.* & dominiorum certitudo. *l. 1. de vsucap. Couarr. in c. possessor. §. 19 in fi. de R. I.* Vnde vnicam spem & probationẽ & thesaurum dominiorum ac iuriũ generis humani vocat *Vasq. 1. illust. contro. 51. num. 1.* Et si adsint requisita, quæ huic titulo satis multa apposuerunt leges, etiam in † conscientia excusabilis. *Domin. à Soto lib. 4. de iust. & iur. q. 4. art. 4.* Tempus enim † omnia mutat. *Vasq. in præfat. num. 37. & lib. . cap. 56. num. 3. & seqq* ac velut iudex de albo nigrum, & de nigro album facit. *Ias. in l. Iulianus, 60. ff. de cond. & demon. col. 2.* Quæstiones autem † quæ circa insulas præscribendas occurrunt, non vnius sunt generis. Aut enim agitur de præscribendo dominio insulæ, aut de eius iurisdictione, aliaue aliqua seruitute, aut de finibus insularibus. Hoc est: de præscriptione rei, vel corporalis, vel incorporalis, quarum † illa proprie vsucapio, hæc in specie præscriptio dicitur. *Domin. à Soto d. q. 4. Vult. 1. I. R. 71.* De vsucapione dominij † insulæ minor est contẽtio & breuius spacium *p. 2. Inst. de vsucap.* Neque in eo insula ab aliis rebus immobilibus vsucapiendis quidquã singulare habet. Alia ratio est, si de actione † insulæ præscribenda agatur: quia illa non nisi 30. annorum spacio completur, *l. omnes, C. de præscript. 30.*

1
2
3
4
5
6
7

anno. Atque ita recte *Hieron. de Monte de fin. reg. c. 74. n. 2.* docet, distinguendum esse, vtrum præscribatur dominium terræ, q, decẽnio fieri potest, an vero actio, quæ 30. annos requirit. Eodem tẽ-
8 poris interuallo pręscribitur actio † finium regundorum, sicuti prędia finalia decẽnio, *iuxta gl. in l. fin. C. fin. reg. Parmens. li. 2. de alluu. 22. n. 19.* Quamquã in his idẽ spacium 30. annorum requirat à tempore factæ turbationis, *Hieron. de Mont. d. c. 74 n. 2.* Ecclesiastici
9 autem fines ad pręscriptionem 40 annos † desiderant *Hieron. de Monte c. 75. n. 1. Coler. in c. quia iudicantis, extra de præscript.* Quod fortean de rebus temporalib. ad Ecclesias pertinentibus intelligendũ: non vero de finib. Episcopatuũ ac diœcesium, quia illi num-
10 quã præscribuntur, ne confundantur † termini iurisdictionis Ecclesiasticæ. *c. super eodẽ, extra de paroch. Hieron. de Monte d c. 75. n. 3. & c. 76. Alciat. ad l. quinq. pedũ, n. 23. C. fin. regund.* Idẽ alij statuunt in finibus ducatuũ ac prouinciarũ, *de quibus Hieron. de Monte d. c. 76.* De qua tota doctrina aliorũ iudicium esto. Quid autẽ si insulæ ad re-
11 galia pertineant? Adhuc † præscribi possunt. *arg. c. super quibusdam, §. preterea, de V. S. Borch. ad c. vn. quæ sunt regal. n. 15. & ibi FF. commun. Mynf. 5. obs. 29. Rutger. Ruland. lib. 2. de commiss. de interrog. c. 2. n. 27* sal-
12 ua tamen superioritate † quæ pręscriptis regalibus, præscripta nõ censetur. *Salices. in l. competit, C. de præscript. 30. anno. Lancell. de Impir. §. 1. vers. orbem vniuersum, n. 9. & § . 4. vers. trigesimo loco, infi.* Hic tamen in tempore diuersitas obseruetur. Si enim insula, quatenus regale est, ac de reseruatis Principis, contra eundem præscriba-
13 tur, Dd. tempus immemoriale † requirunt. *Borch. & Mynsing. d. lo. Ant. Gabriel. li. 5. conclus. 1. n. 3 VVesemb cons. 46. n. 22. Iacobin. de feud. in verb. mero & mixto,* quia immemorialis præscriptio est instar priuilegij. *Mynf. 1. obs. 30 Hartm. Pistor. quæst. 46. n. 22.* Quo argumento iura alluuionũ nobilibus quibusdã Frisiæ asserit *Gædd. in consil. de*
14 *alluu. maris. n. 83.* Sed hoc tempus tum demum † requirimus, si cõtra Imperatorẽ vel alium superiorẽ regalia ab inferiore præscribantur: non si contra æqualẽ vel inferiorẽ, quo casu tricennalem vel quadragenariã præscriptionẽ sufficere arbitramur, *cũ Pruckm. de regal. c. 5. nu. 95. Rutger Ruland. d. c 2. n. 27.* quia per hanc mnes omnino

omnino actiones tolluntur, *d. l. omnes, C. de præscript. 30. anno. Parmens. lib. 2. de alluu. 21. n. 1.* Par enim in parem † potestatem vel prærogatiuam non habet, *l. 4. de recept. arb.* & priuilegiatus contra priuilegiatũ priuileg o suo non vtitur. *l. 11 §. fin. de minor.* Interim & hoc vulgo requirunt in præscriptione regaliũ, vt præscribens sit persona publica & in dignitate constituta. *Hakel. illust. quæst. 1. coroll. 1. Faciunt notata à Iacobin. de feud. in verb. & dicti vasalli, n. 10.* Quod si priuatus † dominiũ tantũ insulæ præscribere velit, iurisdictione ac superioritate principis salua, duo vel quatuor lustra sufficient, *iuxta distinct. Imper. in d. pr. Inst. de vsuc.* vel ea quoq; ratione, q; princeps vtẽdo iurisdictione sua sine dominio hoc tacite remittere & priuato cõfirmare videatur. *arg. l. 13. in pr. de vsur. l. 5. C. eod.* Circa iurisdictionẽ insulæ, quæritur de præscribẽda iurisdictione, vel † actiue vel passiue quarũ illa magistratus respicit, hęc subditos. *Vult. 1. l. R. 11. 12. & 15.* Quãuis vero iure ciuili, nec iurisdictio † nec imperiũ præscribi posset, *l. 9. l. 45. de vsuc. l. 6. de oper. publ. c. cũ non licet extra de præscript. H: kelm. d. corol. 1.* Quo pertinet Themistoclis & Catonis sentẽt: a, *relata à Bodin. 1. de Rep. vlt. in fi.* Nec mortales aduersus Deũ immortalẽ, nec priuatos aduersus Rempubl. præscribere posse. *Itẽ Senecæ ep. 19. & epist. 88. relata à Goth. in l. 9. de vsuc.* Negãt IC. quidquã vsucapi, q; publicum est: tamen ab eo iure sensim diuortium factũ est, *in l. 4. C. de præscript. 30. ann. l. vlt. C. de fund. patrim. lib. 11.* morib. præsertim † feudalib. quibus iurisdictio hereditaria ac alienabilis facta est. *c. vn. 1. Feud. 1. d. c super quibusdã, §. præterea, de V. S. Bodin. 5. de Rep. 5. n. 303.* Quod autẽ alienabile, † etiã præscriptibile est. *d. l. 9. l. 24. de iurisdict.* Et quãuis *Obrechtus de iurisdict. c. 4. n. 27* hic quoque requirat, quod præscribens sit persona habilis, publica sc. non priuata, *arg. l. 3 in fi. ad L. Iul. maiest. l. 1. C. de cohort. l. 1. C. de curios. & station.* tamen hæc † adiectio superflua videtur, cũ priuatus gerendo se pro magistratu, fiat persona publica, vt Barberius seruus, *in l. 3. de off. prætor. Hotom. illust. q. 17.* eamq; iurisdictionẽ continuando tandem præscribat. Quod ipsum etiam de regaliũ præscriptione dici potest, quorũ vsurpatione priuatus fit princeps, vel alia persona publica. In tempore placet distinctio, vt si iurisdictio

15
16
17
18
19
20
21
22
23

dictio vna cum territorio præscribatur, 10. vel 20. anni sufficiant sine territorio 30. vel 40 anni requirantur *iuxta Bald. in tract. de præscript. p 2. princ. q. 1. 2. & 3. & alij alleg. à Treutler. vol. 1. disp. 3. th. 7.* Quod si vero agatur de iurisdictione passiua siue de libertate præ
24 scribenda, eam Dd. † communiter subditis adimunt, non concedentes, quod quisquam ab imperio principis vel populi se eximere possit, ne quidem tempore immemoriali, *ita volunt Gail 1. obs. 21. num. 6. Couar. q. 4. num. 1. & alij relati à Vasq. 1. illust. contro. 2. num. 14. & lib. 2. ca. 78 nu. 4. item à Treutlero d. th. 7. & ex eo ab Hakelm. disp. 1. corol. 2. Frider. Tilem vol. 1. disput. 2. th. 16. Quibus adde Zoanet. de Rom. Imp. Gilken. ad auth. quas actiones, num 9. C. de SS. Eccles. Lancell. de Imperat. §. 1. vers. orbem vniuersum, num. 9. Muscorn. de iurisd. num. 1527. Borch. de regal. num. 20. Modest. Pistor. cons. 4 num. 24. & seq. vol. 1. Bodin. 1. de Rep. 10. & lib. 3. c. 6.* Quia iurisdictio est tam magnum pon-
25 dus, ita vt non possit auelli à subdito, sine iuuamine alterius, *Guid. Pap. decis. 631. num. 43. supra. cap 14. num. 4. Et facit pro hac sententia text. express. in c. cum non liceat. 12. de præscript. & ibi Coler.* vbi dicitur,
26 quod obedientia† præscribi non possit, *Henricus de Bottis de status.*
27 *Episcop. p 2. fol. 18. num. 40.* Item quod seruus fugitiuus †libertatem nullo tempore præscribit, quia sui furtum facit, *l. 1. C. de seru. fugit. ex LL 12. tabb.* quod surreptũ erit, eius rei æterna auctoritas esto. *Gell. lib. 17. noct. Att. 7.* Item patrono aduersus libertum æterna auctori-
28 tas esto. *Bodin. d. lo* Quo iure Barberius † seruus, quantumuis prætoria dignitate fulgens, de solio detractus, & a domino in pristinam seruitutem raptus est. *d. l. 3. de off. prætor. Suidas in verb. Barbarius. Bodin. d. lib. 1. c. 6. num. 64.* Iam autem subditi sunt serui: *VVe-*
29 *semb. cons. 57. num. 10.* aut saltem † seruis æquiparantur, *Crauet. cons. 6. num. 110* præsertim vasalli, quippe quos feudi obligatio ad certa seruitia & obsequia astringit. *VVesemb. cons. 4. n. 1.* Vnde etiam à seruo ad subditum vel vasallum recte nos argumentari vult *Eberh. in op. in lo. 24 num. 11.* Et quæ plura alia pro hac sententia affer-
30 ri possent. Cæterum licet Romani, hæc † & similia κρύφια seu munimenta Reip. ad securitatem status sui constituerint, quæ postea cupide acceptarunt Pontifices Rom., tamen alij populi id
ius

ius numquam receperunt, neque eo teneri voluerunt. Itaque
contrario & q. Gentium iure † se defendit Iephta contra Regem 31
Ammonitarum *Iudic.* 11. *v.* 26. quod Israelitæ terram suam per
300. annos possederunt. Quare, inquit, tanto tempore nihil su-
per repetitione eius tentastis? Ipse Cato in Senatu Rhodios ad
defectionem inclinantes defendit, *apud Gell. lib. 7. N. A.* 3. quia i-
gnoscendum † est ipsis, qui sanguinem suum qualiter qualiter re 32
demtum voluerunt, *l. 1. de pœn. cor. qui ant. sent.* & se in libertatem
quacunque ratione asseruerunt. *l. 26. de capt. & postlim.* præeunte
naturali ratione, qua vnumquodq; facillime reuertitur † ad pri 33
mogeniam suam naturam, *l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. E-
berh. in top. in lo. 79. n. 29.* & ad priorem caussam. *Angel. cons.* 19. *col.
2. Exempla sunt in l. 5. in fi. l. 7. in pr. l. 51. de A. R. D. & pass.* Vndelicet
iure ciuili veteri seruitus vsucapi non posset: *l.* 14. *de seruit. l. 4. §.
vlt. de vsucap.* poterat † tamen libertas. *l. 32 § 1. de seru. vrb. d. § vlt.* 34
de vsucap. Et sicuti contra libertatem personarum seruitus nullo
tempore præscribi poterat: *l. vlt. C. de long. temp. præscript. quæ pro li.*
Ita libertas contra seruitutem bene poterat. *l. 1. & 2. C. eod:* Quo-
rum omnium nulla alia ratio dari potest, quam quod libertatis
caussa † maxime fauorabilis est. *l. 122. l. 106. l. 176. de R. I. VVesemb. in* 35
π. de seruit. num. 5. Cur ergo subditi per præscriptionem à subiectio
nis iugo se liberare non possent, cum per eandem redigi in serui-
tutem moribus nostris possint? *arg. l. 35. de R. I.* Deinde incongrua
est comparatio serui & subditi, † *quod & Gailius agnoscit de pignor. c.* 36
15. n. 10. nec latius progredi debet, quam vt subditus liberto assi-
miletur. *Eberh. in lo. 25.* Et si maxime quadraret, non tamen ad in-
tegras prouincias extendenda esset, ne vicissitudo imperiorum
tolleretur contra scitum diuinum. *Dan. 2. v. 21. Eccles. 10. v.* 8. quæ vt
plurimum per vim † & iniuriam contingunt. *Tholos. lib. 6. de* Rep. 37
13. num. 23. Bodin. 2. de Rep. 2. & pass. Denique æterna † auctoritas 38
apud Romanos vltra seculum non extendebatur, *l. 56. in fi. de v-
sufr.* quippe quo omnes actiones ciuiles & perpetuæ olim termi-
nabantur. *rubr. Inst. de perp. & temp. act. Atque ita recte sentiunt Cy-*

Bbb *nus &*

39 *nus & Bald.in l.2. C.de seru & aq.* tempus † immemoriale esse centum annorum. *Farinac.de indic.& tortur.q.47.num.112.& seq.licet aliud velit M.Stephan.de iurisd.lib.2.p.1.ca.7.n.149.* Itaque bona est
40 regula Dd. quod immemoriali † præscriptione acquirantur etiam ea, quæ alias de sui natura sunt impræscriptibila. *Schurf. consi.70.n.43.cent.1.Coler.in §.quanta,n.63.de præscript.* Qui ergo Gallos, Italos, Hispanos, Anglos, Venetos aliosque liberos populos hodie Imperio nostro Germanico adhuc subesse clamitant, incassum laborant, *verbo Knich.in velit.apolog.n.100.* quando regna Dd.
41 sententiis, † nec dari, nec adimi possunt. *Bernhard. Ziriza. de prærog.princ.lit.C.* & inanis est actio quæ effectum sortiri nequit, *l.15. §.12.de damn.infect.* quam potencia aduersarij, *l.3.in pr.de alim. iud.*
42 *mut.* fortius quam inopia excludit, *l.6.de dol.mal* In potentes † nul
43 la lex est, *ait Aristot.* Qui gladio armatus † est, is optime de finibus disputat. *Plutarch.in Pompei.Lips.4.pol.t.vlt.* Quod Bartolus sic expressit: qui hastam tenet, is occupat viam, *in l.7.in pr.& ibi Gothofr.de seru.rust.* nec ius vel possibile dicunt, sed deridendos se extraneis in quieta libertatis possessione plusquam immemorialis cōmorantibus propinant. *Tholos.6.de Rep.13.n.14. & seq.* Benedi-
44 ctus Deus (*inquit Miles Gallicus in somnio viridar.lib.1.c.36.*) q̃ nos † gaudemus quodãmodo possessorio & libertate, tanto tempore, cuius memoria hominũ in contrariũ non existit, & ad defensionem nostrã possumus plures exceptiones opponere &c Eiusque
45 libertatis signũ est, q; nec Galli ex † necessitate, nisi quatenus bona ratione nititur, *Iohan.Faber in proœm.Inst in verb.Francicus. Guid.Pap.decis.239.& vtrobiq; in addit.* nec Veneti vtuntur iure ciuili, sed iustitia naturali, & propriis legibus viuunt. *Cuman.in cons.14. Vnde dicit Bolognet.in addit.ad cons.Iohan de Anan.53 in fi.* quod tanta sit superbia Venetorum, quod non dignentur viuere secundum leges. Interim suadet quidem *Felin ind.c.cum non liceat, extra. de præscript.* vt quoquo modo inducantur ad recognoscendum Imperatorem peregrini. Atqui id frustra est, & precarium imperium?
46 *vt vocat Alex.apud Curt.lib.10.* Sic ergo classicum canemus, † & bellis litigiisq; omnia alias satis tumultuosa implicabimus? Quod

Baldus

Baldus vocabulo mirabili vocat reuangare mundum *supra ca. 15. n. 71.* Imo dicere contrariũ esset percutere caput ad montẽ murellũ, *ait idem Bald. ad tit. qui feud. d. ir. poss.* Itaque tutior † est sententia quod iurisdictio etiam suprema præscribi possit. *Pruckman. de regal. c. 3. n 106. Balb. de præscript. p. 2 q 5. in pr. vers. quarta quæstio. Arnis. l. de iure maiest. 2.* Eamq; cõmunem attestatur *Vasq. li. 1. ill. contrau. 2. n. 14. & l. b. 2. ca. 82. n 7. & c. 78. n. 4. Knich in v. l t apolog. n. 90.* qui vult idẽ obtinere in bellica actione, quod obtinet in ciuili *ex Alber. Gẽtil. li. 1. de iure bell. 22.* Neq; obest, quod ab initio de facto † se subtraxerunt illi, quia omnis consuetudo & præscriptio à facto incipit, ꝙ postea accedente temporis diuturnitate, & purgato vitio in ius transit. *l. 32. de legib. Knich. d. lo. n. 97.* Alioqui si iure fieret subditorum subtractio, præscriptionis titulo non indigeret. *Colcr. ad rubr. extra de præscript. n. 7.* Ad hanc materiam pertinet † controuersia Hispanorũ & Belgarũ, an Hispani nauigationẽ & mercaturã ad Ind:s & insulanos remotiores ita præscripserint, ꝙ alios eo nauigantes ꝓhibere possint? Et quidẽ cum sit aliquod imperiũ & † iurisdictio maris, *vt probatum supra cap. 14. n. 12.* nulla est ratio impeditiua, quo minus præscribi possit. *Capoll. li. 2. de seru. 26. n 9. gl. in l. vsum aquæ, C. de aquæd. l. 8. C. de diuers. offic.* Sicuti Veneti in Gulpho suo fecerũt, *Bart. & Angel. in l. sane si maris, ff. de iniur. Bald. in rubr. de rer. diuis.* vti & Ianuenses siue Genuenses. *Capoll. d. lo. n. 7.* Qui tamen eo casu cũ tempore † immemoriali titulũ vel priuilegiũ Imperatoris frustra requirit, cum præscriptio immemorialis neutrũ desideret, *c. super quibusdã, de V. S. c. 1. de præscript. in 6. Mynsi. 1. obs. 30 Gail. 1. obs. 21.* sed ipsa sit instar priuilegij ac tituli legitimi acquisiti, *VVesemb. cons. 45. n. 34. Borch. de regal. c. 1. n. 17.* Cęterũ hoc de mari vicino tantum intelligendũ est, non de remotiori Oceani ac infesto pelago, vltra orbis Solisque vias, vt poeta loquitur, posito, quippe † ꝙ nec possessionẽ nec dominiũ, nec imperiũ humanum agnoscit. *arg. l 45. de vsuc. l. 2. §. 1. de R. D. Hugo Grotius in mari libero c. 7. supra c 10. n. 28.* Et pro hac distinctione etiã de nauigatione statuendum est. Quamuis enim princeps † possit ex caussa prohibere, ne per ipsius flumen nauigetur, *Petr. Heig. lib. 2. q. vlt. num.*

47 48 49 50 51 52 53 54

19. *M. Stephan lib. 2. de iurisd. p. 1. ca. 7. Andr. Rauchb. r q. 23. per tot. Ruger. Rum. n d. lib. 2. de interrog. 11. num. 3,* etiamsi flumen sit nauigabile,
55 *Rosenth. de feud. c. 5. concl. 28.* aut etiam nauigantibus† certum vectigal imponere, *Angel. in cons. 299* sicuti Veneti in suo sinu faciūt, *Bald. in l. 3. col. 3. C. de naut. fan. Bss. in tit. de flumin. num. 36.* Et Rex Daniæ in Eurypo maris Balthici. *de quo supra ca. 3. num. 53.* Possit item
56 prohibere, ne quis † in flumine suo piscetur, vel aliud quid faciat *Alex. in l. 3. §. Nerua, de acquir. poss.* ne aquam inde extrahat aut ab-
57 ducat *Bossius d. lo.* possit denique † ius piscandi pro certo vectigali elocare. *l. 1. §. 7. vt in flum. publ. l. 1. de lo. publ.* vel gratis concedere & confirmare. Ita in pactis à Groningensibus Alberto Saxoni propositis anno 1499. Groningensibus salua sit piscatio in insulis more solito. Et in pactis Georgio Duci propositis anno 1505. piscationes ciuium in insulis agro obiectis non impediantur. *Emm.*
58 *lib. 42. rer. Frisic.* Et quę alia iura princeps in † flumine publico obtinet, non solum superior, vt Imperator, *iuxta Rosenthal. d. ca. 5. concl. 24.* sed etiam inferior, modo regalia habeat, *Zoanet. in tract. de emt. & vend. sub pacto retrou. n. 162. Balb. de præscript. 4. p. 5. princ. p. q.*
59 *6. num. 4. Peregri. de iure fisci rubr. 1. &c.* quia quilibet † Princeps, Dux, Comes, Baro tantum potest in suo territorio, quantum Imperator in vniuerso imperio. *Borch. in c. vn. quæ sunt regal. num. 8. & de feud. c. 5. num. 47. Gail. 2. de p. p. 6. num. 10. & de arrest. Imp. c. 9. Knich. de iure Saxon. non prouoc. c. 1. M. Stephan. lib. 2. de iurisd. p. 2. c. 7. num. 30. & seqq. supra ca. præl. num. 27. Vnde ait Cardin. Zabarell. in cons. 38. n. 3. & 5.* omnem regalia habentem posse nauigatione interdicere: tamen, vt vt hæc ad vicina maria, ostia & portus maritimos, ex quibus portatica soluuntur, *d. c. vn. quæ sunt regal. & ibi FF. d. dict.*
60 *Iustin. 13. ca. 8. in pr.* & quibus anchoras iniiceret† sine concessu principis non licet, *Alex. cons. 13. lib. 6. col. 4. Iacob. in verb. inuestitura, Bodin. 1. de Rep. vlt. num. 171.* accommodari possint: ad liberas nauigationes per vastum Oceanum eadem firmitate † protenduntur, quia à minori ad maius affirmatiue cōcluditur, quod fieri nequit. *Schneid. Inst. de l. Fus. Canin. soll. num. 6.* Has enim prætor Rom. cuiuis patere voluit, *in l. 1. §. 17. de flumin.* quippe cum . . . rum tanta

necef-

necessitas sit,† vt ad summam Rempubl. pertineant *l.1.in pr.&* §. 20.*de exerc.act.* Commune bonum erat patere commercium maris,& regnum humani generis relaxari, *ait Senec.lib.4.de benef.* 28. Paucæ regiones similes sunt Armeniæ minori, *de qua scribit Paul. Ven.t.lib.1.cap* 11. quod sit fœcundissima,† & nullius necessariæ rei indiga. Plures similes Scyro insulæ,de cuius inopia dictum *ca. 9.n.*28. Cum ergo non omnis ferat† omnia tellus, & prudens natura,quod vni prouinciæ denegauit,alteri plerumque concesserit:inuenta est nauigatio,quæ facilitate commeatus & superflua eueheret,& deficientia inueheret, *teste Paulo ICto in l.1.de contr. emt.ex Aristot.1.pol.*10.*Grotius in ma.l lib.ca.8.infra c.vlt.numer.*169. Ob quam caussam Plato in bene constituta ciuitate† negotiatores imprimis necessarios duxit.*l.2.ff.de nundi. Et Aristot.d.lo.* nauigationem & vecturam partes mercaturæ facit. Quo pertinet lex Catonis,quam agro emendo dixit: vt nauigiorum euectus sit vel itinerum *Plin.lib.18.nat.hist.5.* Ex quibus quo commodior est nauigatio,† eo pluribus priuilegiis in iure nostro honorata est, *in l.10.l.*18 *de priu .cred.l.6.qui pot.in pign.Tholos.lib.*29.*syntag.*10. Sed & nauiculariis immunitates & priuilegia plurima indulta, *in l.5.§.3.de vacat.mun.l.9.§.1 de decu .l.1.C.d hered.decur.eleg.Vertran. in lib.syng.de iure liber.ca* 28. Ita sub Nerone,ne censibus negotiatorum naues adscriberentur,tributumue pro illis penderent, cōstitutum.*Tacit.*13.*annal.* Quia plurimi principes nauigandi† facultatem ampliandam putarunt. Ita C.Marius Rhodani nauigationem temperauit *Plin.lib.1.ca.9.infi.* Et Nero fossam à Baiano lacu Ostiam vsque nauigabilem inchoauit.*Suet.in Nero. ca.* 31.*Plin.lib* 14.*c* 6. Claudius portu auxit.*supra.ca.8.num.* 23. vt & Augustus Rauennam,*Iornand.de reb.Gotic.* Adde Aureliani Cæsaris opera *apud Vopiscum. Et quæ plura adduximus d c 8.* Itaque eatenus consentimus Hugoni Grotio libertatem nauigandi in aperto Oceano propugnanti,*in d c.*7. Est enim actus meræ facultatis, vt propterea nullo vmquam tempore præscribi queat,*c.*11.*extra de præscript.l.2.de v.a publ.& ibi Bart.& gl.Bart.Salic.& Dd.in l.qui luminibus,de seru.t.vrb. VVesemb.cons.*2,*nu.*45.*Rosenth,de feud.d.concl.*25.

62 63 64 65 66 67 68

Borch.de regal.n.37. etiamsi tempus mille annorum interueniret. *Vasq.ill.contr.29.n.38.* Quod vero mercaturas attinet, quas Hispani in orientales & occidentales insulas sibi vendicant, discrimen
69 faciendum est, inter † insulas & prouincias, quas sub suo imperio continent, & cæteras non subditas. In his enim cum nullum ius possideant (nisi forte priuilegium aliquod ab illarum dominis impetrauerint) nullum etiam præscribere potuerunt, *arg.l.25. de usucap.* Neque ipsos iuuat, quod diu soli huiusmodi mercaturas exercuerunt, non sine euidenti quæstu: quia id commodum boni consulere potius debent, *l.12.§.1.de iure dot.* quam id sibi adem-
70 tum queri, cum id sit, non damnum emergens, sed † lucrum cessans, quod in iure non attenditur, *l.21.§.3.de act.emt.l. vlt. de peric. & com. supra ca.11.num.22.* Itaque recte monet *Capoll.lib.2.de seru.*
71 *rust.4.n.46.* attendendum esse, vtrum quis † iure facultatis quid faciat, an vero iure seruitutis. Quia hæc alterius facto nobis interuerti, minui vel restringi non potest, *l.1.§.3.de remiss.l.1.§.19. de*
72 *nou.oper.nunc.* veluti si nauigationis seruitus nobis † constituta sit, quod fieri potest, *l.23.§.1 de seru.rust.Capoll.de lib.2.c.29.num. 2.* illa non minus aliis quam nobis patet, quia vsus, qui alteri magis ex occasione, quam ex iure contingit, seruitus non est, *l.2.de riuis.* Neque in eo diuturnitas temporis quidquam prodest, nisi acces-
73 serit, tum prohibitio † præscribentis, tum patientia eius, contra quem præscribitur, *gl.& Dd.in l.qui luminibus, ff.de seru.& aq.* *Panorm.& CC.in c.cum in Ecclesia, extra de causs.propriet.& poss. Iacobin.in verb.& cum molendinis, num.5. Rosenth.d.c.5.concl.25.num.1. P. Freder. Mindan.lib.2 de process.Camer.37.num.1.* Ita si quis solus in flumine
74 publico † piscatus fuerit, tamen alius in eodem quoque piscari potest, *l.præscriptio, & ibi Dd.de præscript.Borch.de regal.num.37.* nisi accedente prohibitione & patientia. *Capoll.d.lib.2.tit.de præscript. Balb.de præscript p.4.part.5.princ.q.6.num.2.supra c.9.num.43.* Ita si
75 quis longo tempore in pago aliquo molam † aut furnum habuerit, ad quæ subditi longo tempore ad molendum & coquendum panem venerint, tamen alius non prohibetur ibidem molam aut furnum constituere, nisi prohibitio per diuturnitatem temporis

inter-

interuenisset. *Iacobin. Capoll. Balb. dd. lo. VVesemb. cons. 67. n. 29. Roset b. d. concl. 25.* Eodem modo potest quis † molendinum in suo 76
flumine exstruere, etiamsi per id alterius quæstus coangustetur. *Bart. in l. quo minus, de flumin. Iacob. in verb. Et cum molend. VVesemb. d. cons. 67. & cons. 34. Tholos. lib. 1. syntagm. 4. 5. & 6.* Sexcenta huiusmodi proferri exempla possunt, quibus demonstratur, id quod iure facultatis cuiuis competit, non præscribi ab vno, nisi à tempore prohibitionis factæ. *Eleg Vasq. in præfat. illustr. contr. n. 25.* Absurdum esset, inquit, si sedem † quam in littore vel mari semel cæpissem, 77
vellem postea quasi rem meam vsurpare, arrogare, aut vetare, ne quis nauigaret per æquora, in quibus ego semel nauigauerã, aut iis portubus maris se reciperet, in quibus ego semel naui euectus receptus essem. In omnibus enim speciebus istis, quod attinet istas res cõmunes & publicas, præoccupatio nihil omnino iuris in possessione vel proprietate tribuit. &c. Atq; hactenus rectè sensit Hugo Grotius *d. lo.* Atque insulæ ac prouinciæ Hispanorũ ꝓpriæ sunt, in iis mercaturas ac negotiationes certis legibus † circum- 78
scribere, aut etiam datis priuilegiis ad vnã aliquam ciuitatem vel populum restringere potest Princeps, *arg. l. 2. l. 4. C. de commerc.* Ita cum Lusitani Carolo 5. Cæsari pro negotiatione in insulis † Molu 79
carum (vnde pretiosissimæ species apportantur) 300. aureorum millia numerassent, Genuenses & Florentini non modo pecuniã numeratam Lusitanis restituere, sed amplius 500. millia Imperatori dependere voluerunt, vt sibi ad eas insulas pateret aditus. Neque Venetis † vlla calamitas, quas sub Ludouico Francorum 80
Rege pertulerant, grauior visa, quam quod Lusitani Reges mercaturæ orientalis quæstum illis eripuissent. *Hæc sunt verba Bodini 6. de Rep. 2. n. 651.* Eodem modo Rex Daniæ mercaturam † Islandi- 81
cam pro certa pensione vrbibus quibusdam Danicis contulit. A quo etiam ciuitates Anseaticæ ampla priuilegia in Berga † Nor- 82
wegiæ emporio consecutæ sunt, *P. Berth. lib. 3. comment. in Berga.* Et nititur hoc fundamento ius † stapulæ, quo multæ ciuitates mari- 83
timæ gaudẽt. De quo vt hic prolixius agamus occasio nõ fert, cũ ea materia propriũ tractatũ desideret. Quãuis vero † mercatura & 84
con-

contractus iuris Gentium sit, *l. 5. de I. & I. l. 1. de contr. emt.* communi omnium bono inuentus, *Senec. 4. de benef. 28.* & ab ipso iure diuino approbatus, *Luc. 19. v. 13. Sapient. 14. in pr. Eccles. 11. in pr. Prouerb. 31. n. 13.* eoque omnibus hominibus, siue ciues sint siue peregrini, communis, *l. 5. de interd. & releg.* vt hunc contractum intercipere nefas sit: *l. 2. C. de præd. nauic.* tamen ea facultas multis † cancellis in-
85 clusa est, pro cuiusque Reip. bono. *l. dudum, pen. C. de contr. emt. leg. 34. §. 1. ff. eod. l. vn. C. de monop.* Ita mercatura cum barbaris prohibita, *l. 1. & 2. C. quæ res export. l. 24. de pignor.* magistratui cum prouincialibus, *l. 46. l. 62. de contr. emt. Mozz. de contract. tit. de person.* certarum mercium. *d. l. 2. l. 2. & 3. C. quæ res venir. l. vn. C. de litt. & itin. custod. l. 11 in pr. & § 3. vbi Goth. de publican. Brisson. 4. antiq. 4.* Cuius-
86 modi merces † illicitæ propterea in commissum cadunt. *leg. 3. C. de naut. fæn. late Albcr. Gent. de aduocat. Hispan.* Quin imo certos terminos præscripserunt Impp. vltra quos mercatoribus peregrinari non liceret, *l. 4. C. de commerc. d. l. 24 de pign.* Non addemus hic
87 quæ scriptores nonnulli, contra peregrinarum † mercium inuectationem, vtpote inutilem, superfluam & damnosam generi hu-
88 mano afferre solent, *vt Plin. † lib. 19. nat. hist. 4. & lib. 22. ca. 2. lib. 25. ca. 24. lib. 24. ca. 1. lib. 26. ca. 8.* præsertim margaritarum. *Plin. lib. 9. ca. 35. & lib. 12. in pr. & c. 8. Senec. epist. 1 5. & in consol. ad Helu. ca. 9* Item contra pellium mercaturam. *Iorn. de reb. Geticis f. l (mihi) 82. Adam. Brem. in histo. Eccles. ca. 227. & 229.* Eo quod luxuriam superbiam & alia vitia in Remp. inuehat, cum plus prosit agricultura. *Plin. lib. 14. ca. 4.* Ob quam caussam Lycurgus Spartanorum Legislator non solum ciues suos peregrinari, sed etiam peregrinos in vrbe negotiari vetuit *Plutar. in Lycurg. Et Tacitus de morib. Germ.* proximos, ait, ob vsum commerciorum aurum & argentum in pretio habere, interiores simplicius & antiquius permutatione mercium vti. Quod pluribus exemplis comprobat *Piccartus decad. 2. obs. histor. 3.* Nam hæc omnia intelligenda sunt de vitiis hominum
89 † mercibus peragrinis, ad irritamenta gulæ, *vt apud Gell. lib. 7. N. A. 16.* aliaque luxuriæ instrumenta abutentium. Neque tamen idcirco hoc tam insigne generis humani bonum culpandum, multo

multo minus tollendum est. Quod meram inuidentiam saperet, *teste Leone in Nou* 80. Atque in hunc sensum recte respondet *Heig. l. 1. quæst. 13. n. 2. & seqq.* quia abusus non tollit rei substantiã, 90
Gail. 1. p. p. 8. num. 15. Arist. 1. polit. 3. Et propter malos pisces non rumpimus retia, *c. quisque, 24 q. 1.* & propter vnum ictum non cadit arbor. *Neuiz. lib. 4. sylu. nupt. num* 37. Atque ita quoque contra Lycurgi institutum, quod tempus postea antiquauit, *disputat Iulius Bellus in Hermet. polit. lib. 1. in pr.* ipsa sacra scriptura sicuti † 91
mercaturam commendat, *vt supra & ps. 107. v. 23.* ita nobis prodidit nauigationes regum † Iudaicorum, vt Salomonis, *3. Reg. 3.* 92
2. paral. 8. Iosaphati, *3. Reg. 22. v. 49.* Arabum, *Iobi. 28.* in Ophir, † 93
quæ putatur esse Peruuia Caroli V. auspiciis detecta. Vnde aurũ dictũ est Ophirizum, *Iob. 28. v. 15.* & contracte obrizum. *Reinec. in meth. histor. fol. 3. Goth. ad edict. Iustin. 11. in pr.* Cuiusmodi † nauigationes non saltem quæstum proferunt, sed etiam locorum notitiam nobis aperiunt. Gallis, *inquit Cæsar lib. 6.* propinquitas & transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque vsus largitur. Atque hac sola nauigatione maritimæ † ciuitates ad summam potentiam & diuitias aspirant. Quam si hodie Anseaticis ciuitatibus adimas, ad casas & egestatem ipsis redeundum esset, *verbo Ciceron. lib. 3. de Republ.* Hæc de præscriptionis materia dicta sufficiant. In qua si alicui extra oleas vagatus videbor, id commerciorum necessitati iuxta ac vtilitati condonabit.

94 (beside "meth. histor." line), 95 (beside "gitur" line)

CAPVT XXVI.

De accessione Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Accessionis nomen ambiguum.*
2 *Alluuio est accessio.*
3 *Specialis accessio.*

4 *Distinctio dominij directi & vtilis hodie proba.*
5 *Accessiones in genere quid sint.*
6 *Accessoria quaenam dicantur?*
7 *Augmenta & incrementa.*
8 *Pertinentia, appertinentia.*
9 *Accessorium requirit principale.*
10 *Sublato principali tollitur accessorium.*
11 *Totum est vniuersale vel integrale.*
12 *Nomina vniuersalia quot sint?*
13 *Vniuersalia augmentum & deminutionem recipiunt.*
14 *Membra totius vniuersalis aequalia.*
15 *Vniuersalia etiam futura includunt.*
16 *Iurisdictio extenditur ad augmentum.*
17 *Accessio accessionis esse non potest.*
18 *Principale id est, quod maius est.*
19 *Accessorium principali potentius non est.*
20 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*
21 *AEque principale accessionis loco non est.*
22 *Pertinentiae substantiales vel deputatae.*
23 *Alluuionum incrementa sunt de pertinentiis.*
24 *Ciuiles pertinentiae quaenam?*
25 *Insulae sunt pertinentiae ciuiles.*
26 *Insula fictione quadam continenti iungitur.*
27 *Fictionis efficacia.*
28 *Regulam pro se habens tutus est.*
29 *Concesso principali conceduntur pertinentiae.*
30 *Accessorium sequitur suum principale.*
31 *Augmentum accedit principali.*
32 *Vnio rerum reducit eas ad eandem essentiam.*
33 *Accessorium etiam pretiosius cedit suo principali.*
34 *Augmentum hereditatis est pars hereditatis.*
35 *Appertinentia regulantur iure totius.*
36 *Ex augmento rei acquiritur dominium.*
37 *Accessorium à suo principali inseparabile.*

38 *Eadem*

38 *Eadem res diverso iure non censetur.*
39 *Vendita provincia insula vendita censetur.*
40 *Pertinentiarum nomine veniunt flumina & insulæ.*
41 *Item iurisdictio omnimoda.*
42 *Pertinentia à lege, statuto vel consuetudine ordinantur.*
43 *Concessis regalibus conceduntur flumina & insulæ.*
44 *Insula provinciarum accessiones.*
45 *Insula quandoque rationem principalis obtinet.*
46 *Britannia Angliæ accessio.*
47 *Venetia multarum regionum domina.*
48 *Venetorum potentia.*
49 *Insula natura à continenti separata.*
50 *Mutata conditione principalis mutatur etiam accessorij.*
51 *Conditio rebus sic stantibus, tacite inest.*
52 *Accessio est personalis vel realis.*
53 *Insularum incrementum an sit reale.*
54 *Qualibet res transit cum sua caussa.*
55 *Caussæ nomine veniunt accessiones.*
56 *Occupatio est accessio personalis.*
57 *Augmentum quando non sequatur principale.*
58 *Accessio est naturalis, vel artificialis.*
59 *Augmentum vel naturale vel artificiale.*
60 *Naturale ad dominum, industriale ad vasallum pertinet.*
61 *Modo hoc sit separabile à feudo.*
62 *Augmenta quando hereditatem augeant.*
63 *Alluvio auget hereditatem.*
64 *Factum non est ad alios transmissibile.*
65 *Allodialia feudo coniuncto quando feudalia fiant.*
66 *Insula manufacta an sit allodialis vel feudalis?*
67 *Quilibet sibi acquirit.*
68 *Naturalis amor sui ipsius.*
69 *Ordinata caritas à seipso incipit.*
70 *Materia ædificationis in dominio non attenditur.*
71 *Mutata forma specificationem parit.*

72 *Mutata forma res noua efficitur.*
73 *Rei mutatio interrumpit præscriptionem.*
74 *Solum insula manufacta inspiciendum.*
75 *Non est plus in caussato quam in caussa.*
76 *In flumine feudali insula quoque feudalis est.*
77 *Dominus impensas refundere tenetur.*
78 *Propter impensas retentio competit.*
79 *Interest nostra retinere potius, quam repetere.*
80 *Principale & accessorium eodem iure ad nos pertinet.*
81 *In augmento non est plus nostrum, quam in accessorio.*
82 *Incrementum insulæ ad quem pertineat?*
83 *Feudistarum discrepantia.*
84 *De intellectu §. si quis de manso.*
85 *Dictio omne generalitatem denotat.*
86 *Parmensis opinio approbatur.*
87 *Alluuionis incrementum semper possidetur.*
88 *Vasallus plenius ius habet vsufructuario.*
89 *Locutio generalis sæpe restringitur.*
90 *Distinctio incrementi latentis & patentis.*
91 *Vera Dd. sententia de vtroque incremento.*
92 *Pacta inuestituræ circa incrementa spectanda.*
93 *Lex contractus seruanda.*
94 *Quibusdam reseruatis cætera transeunt.*
95 *Probatio reseruationis ad quem pertineat.*
96 *Vasallus quando teneatur inuestituram probare.*
97 *Incrementum quando totum ad vasallum pertineat.*
98 *Vasallus quale dominium in incremento habeat.*
99 *Insula eodem iure tenetur, quo principale feudum.*
100 *Parmensis opinio incerta.*
101 *Nemo suum iactare præsumitur.*
102 *Contrahentes plerumque ad ius commune respiciunt.*
103 *An vasallus domino viam ad insulam concedere teneatur?*
104 *Via quandoque ex necessitate debetur.*
105 *Via non solum per terram, sed & per aquam præstanda est.*

107 *Super-*

106 An noua inuestitura incrementi nomine requiratur?
107 Superuacua non requiruntur.
108 An vasallus ad maius seruitium teneatur?
109 Emphyteuta pensio an augeatur?
110 Schraderi opinio.
111 Modicum incrementum non attenditur.
112 Ex magno incremento augentur seruitia.
113 Seruitia nominatim non expressa non debentur.
114 Pro decremento terræ decrescunt seruitia.
115 Abundans cautela non nocet.
116 Emphyteuta habet vtile dominium.
117 Vasallus & emphyteuta sunt fratres.
118 Argumentum à feudo ad emphyteusin bonum.
119 Veterum opinio reprobatur.
120 Superuacua distinctiones adhibendæ non sunt.
121 Emphyteuta plenius ius habet quam vsufructuarius.
122 Sicut & vasallus plenius ius habet.
123 Thesaurus inuentus an ad emphyteutam pertineat?
124 Thesaurus pro dimidia parte inuentoris est.
125 An emphyteutæ pensio augeatur?
126 Baptistæ Parmensis opinio.
127 Ex emphyteusi non soluitur pensio æquiualens.
128 Differentia emphyteuseos & locationis.
129 Ex sex contractibus transfertur vtile dominium.
130 Resoluto iure dantis resoluitur ius accipientis.
131 Censuarius rei censiticæ plenum dominium habet.
132 Censuarius ab emphyteuta differt.
133 Census ex re propria, pensio ex aliena præstatur.
134 Coloni à censuariis differunt.
135 Præbendario an accedat insula?
136 Canonicus est quasi fructuarius.
137 Baptistæ Parmensis contradictio.
138 Quo iure principale tenetur, eodem & augmentum.
139 Res restitutioni obnoxia restituitur cum augmento.
140 Augmenta dotis augent dotem.

141 *Augmentum dotis eodem iure gaudet, quo dos.*
142 *Statutum de lucro dotis pertinet ad eiusdem augmentum.*
143 *Legatum & fideicommissum restituitur cum augmento.*
144 *Maioratui incrementa cedunt.*
145 *Conditionale dominium est in pendenti.*
146 *Dominium in aere stare non potest.*
147 *Conditionale dominium potentia nostrum est.*
148 *Qualibet res transit cum suo augmento.*
149 *Dominium nostrum est, quod sub conditione resoluitur.*
150 *In iudiciis realibus augmentum restituitur.*
151 *Fundus retrouenditioni obnoxius an augmentum secum trahat?*
152 *Contraria Dd. opiniones.*
153 *Praeiudicia vtriusque opinionis.*
154 *An ob augmentum accedens pretium retrouenditionis crescat?*
155 *Emtor non potest rem emtam venditori obtrudere.*
156 *Contrahenti licet pactum pro se appositum contemnere.*
157 *Thessauri opinio aequitati consentanea.*
158 *An augmento insulae augeatur pignus?*
159 *Accessio auget pignus.*
160 *Creditorem pignoratitium interitus pignoris efficit.*
161 *Partus ancillae auget pignus,*
162 *Licet in fructu non sit.*
163 *Insula manufacta non auget pignus.*
164 *Pignoris custodia est apud creditorem.*
165 *Venditor in augmento rei venditae hypothecam non habet.*
166 *Alluuionis incremento augentur seruitutes.*
167 *Personarum prior ratio habenda.*
168 *Vsusfructus insulae non pertinet ad vsufructuarium.*
169 *De vsu idem quod de vsufructu statuendum.*
170 *Vsuarius in multis vsufructuario comparatur.*
171 *Pauli sententia explicatur.*
172 *Vsusfructus est seruitus personalis.*
173 *Alluuionis proprietas non pertinet ad vsufructuarium.*
174 *Ratio differentiae inter alluuionem & insulam.*

175 *Ratio rationis reddenda est.*
176 *Parmensis ratio examinatur.*
177 *Aquaeductus seruitus non transponitur.*
178 *In rusticis prædiis locus intermedius seruitutem impedit.*
179 *Ratio generalis esse debet.*
180 *Seruitus omnis odiosa.*
181 *Quælibet res præsumitur libera.*
182 *Item allodialis.*
183 *Item possideri ex caussa minus onerosa.*
184 *Quælibet res à natura libera nascitur.*
185 *Indefinita locutio in odiosis futura non includit.*
186 *Odiosa r. o. porriguntur ad augmenta.*
187 *Seruitus pascendi an ad insulam porrigatur?*
188 *Regalia seruitutem non admittunt.*
189 *In locis incultis cuiuis pascere licet.*
190 *Littora Frisiæ pascuis vicinorum exposita.*
191 *Ius pascendi certis terminis inclusum.*
192 *Seruitus non extenditur.*
193 *Aucto ouium numero non augetur seruitus.*
194 *In locis incultis quatenus pascere liceat?*
195 *Per munimenta vsus promiscuus tollitur.*
196 *Saltus bannales.*
197 *Flumina bannalia.*

Ccessionis † vocabulum, vt pleraque alia, in iure nostro ambiguum est, & modo generaliter, modo specialiter accipitur. Generaliter pro omni augmento vel additamento q; vel per sonæ vel rei accedit. *l. 44. §. 4. de O. & A. l. 50. ad SC. Trebell. l. 5. in pr. ff. de fideiuss. l. 2. de in diem add. rubr. ff. de vsur. & ibi Cuiac.* Quo sensu etiã alluuio † accessio dicatur, *in l. 7. §. 1. de peric. & com. l. 9. §. 4. de vsufr. l. 15. in pr. leg. 64. de euict. Petr. Peck. ad c. 42. de R. I.* Specialiter pro eo acquirẽdi modo, quo aliena materia † speciei nostræ intexitur. *§. 26. Inst. de R. D.* De posteriori significatu hic nõ agimus, neque de priori quatenus accessio est modus acquirendi dominij, *de quo Vult. 1. I. R. 70. numer. 36. De iis enim modis in præcedent cap. actum.* Sed quatenus acces-

accessio relatiue se habet, vt adiunctum ad suum principale. Quæ doctrina vtilis est, in materia iurisdictionum præsertim, quia multa propria iura recipit. Maxime propter magistralem
4 distinctionem † dominij vtilis & directi, quæ licet apud veteres ICtos nusquam legatur, sed à Dd. conficta, *Borch. de feud. c. 1. num. 15.* magnoque errore introducta sit, *si Cuiacio credimus*: hodie tamē vt necessaria, ita vsu passim recepta est. *Papiens. in pract. tit. 2. gl. 9. n. 4.* Vt hic quoque locum habeat *Fachina. 8. contr. 15.* admonitio ad Studiosos, vt de vocabulis à Dd. confictis, si modo res intelligatur, nec à iuris rationibus aliena sit, non sint adeo solliciti: Dicū-
5 tur autem accessiones † generaliter, quæ subiecti substantiam nō ingrediuntur, sed vt adiuncta cohærent, *arg. l. 23. §. 5. de R.V. Gœdd. in l. 14. num. 11. de V.S.* & licet res sint, respectum tamen habent ad
6 res alias, *Vult. 1. I. R. 64.* Vnde diuerso respectu accessoria † dicuntur, *c. accessorium, & ibi Dd. de R.I in 6.* quæ adhærent alteri, & ab eo dependent, aut eius contemplatione in modum accessionis fiūt, *vt definit Cagnol. in l. cum principalis, ff. de R. I. Dd. in rubr. ff. de leg. 1.*
7 Augmenta † & incrementa, *l. 9. §. 8. de admin. tut. De quibus tractatū scripsit Albertus Brunus.* Pertinentiæ, *P. Frid. Mindanus li. 3. de process. Cam. 20. Menoch. lib. 3. de præsumt. præs. 99. Knich. de pact. inuest. lib.*
8 *2. c. 4.* Appertinentiæ, † *VVesemb. cons. 4. & pass.* Additamenta, *l. 26. §. 2. de pact. dot. l. . C. de iure dot.* portiones, *d. l. 26. §. 2. l. 33. in fi. de vsufr.* partes &c. Itaque omnino requiritur totum siue principale
9 cui † accessorium accedat, quippe quod hæc, vt relata se inuicem
10 respiciunt. *Ebrh. in top. in lo. 20. num. 1.* vsque adeo, vt sublato † principali tollatur accessorium. *pr. Inst. de vsufr. l. 2. de vulg. & pup. l. 2 de pecul. Neuizan. lib. 1. sylu. nupt. num. 230.* & redhibita re vendita, redhibetur eius quoque accessio. *l. 33. in fi. de adil. edict.* Totum il-
11 lud † multiplex est, *docente Eberh. in lo. 8. num. 18.* nos hic vniuersale statuimus, vel integrale, *cum Hotom. ill. q. 21. & Arist. 4 metaph.* Vni-
12 uersalia † licet à Dd. quinque tantum numerentur, vt hereditas, bonorum possessio, patrimonium, dos & peculium *Coras. in l. frater à fratre, num. 42. de cond. indeb.* quæ iterum subdistinguu t *Gutb. Costan. de dotib. ca. 2. num. 5.* tamen multo plura in eum censum referri

ferri possunt, vt familia, *l. 195. de V. S.* collegium *l. Neratius, ff. eod.* territorium, *l. 239. §. 8. eod.* vniuersitas *l. 1. quod cuiusque vniu.* ciuitas Resp. *l. 8. quod cuiusq. vniuers. l. 22. de fideiuss. l. fin. C. de SS Eccles. Eberh. in lo. 69.* Atque hæc vniuersalia † cũ sui natura accessionem & de- 13
cessionem patiantur, *l. 178. §. 1. de V. S. l. 2. de hered. vend. l. 50. de V. O. Cuiac. 2. obs. 30.* & augmentum & diminutionem recipiant, *l. 40. de pecul. l. 20. §. 3. de petit. hered.* id quod postea accessit, accessio quidẽ totius, non vero singularum partium dici potest, *l. 5. & seq. de R. V.* quia partes quodammodo † sunt æquales. *l. 44. de ædil. ed. Hotom.* 14
cons. 106. n. 4. Nam cum singulæ partes suam propriam speciem habeant: *l. 23. §. 5. de R. V. l. 30. in pr. de vsucap.* non poterit iis per accessionem aliorum quidquam adiici. *l. 36. de æ hed.* Itaque huiusmodi vniuersalia † etiam futura includunt, *l. 4. l. 18. l. pen. l. 41. de pe-* 15
tit. hered. Ita grege legato, etiam quæ postea accedunt, ad legatarium pertinent. *l. 21. de leg. 1. §. 18. inst. eod. l. 3. de instru. leg.* Et hereditate vendita, etiam id præstandum est, quod postea accessit, *l. 2. §. 3. de hered. vend. Cuiac. 2. obs. 30.* Et familiæ nomine etiam famuli postea accedentes veniunt. *l. 19. de instru. leg. Alex. cons. 178. vol. 2. Iacobin. de S. Georg. in verb. Et cum molendinis, num. 6.* Et iurisdictio castri † cõcessa extenditur etiam ad augmentum. *l. cum fundus, de leg.* 16
2. l. 8. de leg. 1. Couar 2. pract. quæst. vol. 2. Et aucta potentia exemti, augetur etiam ipsa exemtio. *Brunus de augm. 9. concl. num. 3. Gilman. 2. decis. 54. num. 56.* Quod in vniuersalibus minus dubij recipit. In aliis non semper obtinet. *Eberh. in d. lo. 8. num. 13. in fi. infra. num. 193.* Deinde sæpe controuersum est, vtra pars alterius accessio dici debeat. *supr. ca. 15. n. 43. & seq.* Itaque cum † accessio accessionis esse non possit: *l. 51. §. 1. de petit. hered. l. 15. l. 19. de vsur. And. Kohl. in exerc. legal. 16. num. 22.* principale aliquod requiritur, quod † maius sit 17
ac totius instar obtineat, *arg. l. 3. in pr. de separ. l. 11. testa. quemad. aper.* vel ratione quantitatis, vel qualitatis, vel dignitatis, vel etiam tẽporis. *Eberh. in lo. 116. num. 2. & seq.* Vnde principalis caussa, vtpote 18
† potentior, magis quam accessoria attenditur, *l. 5. de fideiuss.* quia accessorium non potest quid maius suo principali continere, *Honded. vol. 1. cons. 91. num. 5.* Neque eo potentius esse. *Gail. 1. p. p. 5.* 19

20 *num.19.* Et magis † dignum trahit ad se minus dignum, *c. quod in dubiis, de consecr. 1. Eccles. Tiraq. de retract. §. 1. gl. 7. num. 81. & §. 30 gl. 2. n. 1. Ioh. Frider. Sol. de dote q. 38. n. 6. VVesemb. cons. 4. n. 69.* Et absurdum esset hominem digniorem ei rei quæ minoris est accedere.
21 *l. 44. de adil. e. ict.* Nisi vtrumque † æque principaliter veniat, *d. l. 5. de fideiuss.* Tunc enim neutrum vt alterius accessio consideratur. *Gail. d. cap. 5. n. 21.* Hinc iam alia distinctio nascitur, qua pertinen-
22 tiæ † dicuntur, aliæ substantiales, aliæ deputatæ: *Pet. Mindan. d. ca. 20. supra cap. 15. n. 16.* Sicuti diuiduum & indiuiduum natura vel iure dicitur. *Gœd. l. de contr. stipul. ca. 6. concl. 22.* Illæ natura rei accedunt, vt incrementa alluuionum, quę fundo principali ita vniuntur, vt vno Spiritu cum eodem contineantur. *d. l. 30. in pr. de v-*
23 *sucap. l. 23. §. 5. de R. V.* Atque sta alluuionum † incrementa esse de pertinentiis territorij respondit *Tiber. Decia. cons. 123. n. 27. & seq.* esse partem prædij siue territorij *Riminald. cons. 223. per tot.* Eoque respiciens *Ioh. Sibrand ad Statut. Lubec. p. 1. sect. 11. num. 17.* inter fructus iuris territorialis refert, quidquid terra marique per alluuionē adijcitur. Istæ destinatione hominū constituuntur, *Gail. r. d. p. 6. n. 29.* Lege enim statuto, consuetudine, testamento, vel
24 pacto ad hoc deputantur, quod pertinentiæ † esse debeant, *Alex. cons. 14. n. 5. vol. 7. Papiens. in pract. tit. 34. gl. 5. Mindan. & Knich. dd. lo. Tileman. de Bening. p. 1. synt. d. c. 5. vot. 5. n. 3* Hinc dicitur, quod vsus & destinatio magis facit pertinentias, quam iurisdictio vel homagium. *Tiraq. de retract. §. 36. gl. 3. num. 4. VVesemb. cons. 4. num. 70. 88.*
25 *& 100.* Huius generis sunt insularum † incrementa, natura quidē à fundo continente discreta, *d. l. 9. §. 4. de vsufr.* à lege tamen addita, *l. 9. d. iud. c.* Tametsi enim insula ponte forte continenti con-
26 iungi † nequeat, potest tamen imperio ac bello, etiam in remotissimo mari sita, vt de Romanis Africam affectantibus loquitur Florus, *lib. 2. de gest. Rom. 2.* Atque hæ pertinentiæ ciuiles, quamuis in multis iuris articulis eodem loco cum naturalibus habeantur,
27 *l. 29. §. 2. de leg. 1.* quia fictio tantum operatur in casibus fictis, † quātum veritas in casibus veris, *l. 1. de adopt. Gail. 2. obs. 127. num. 6.* tamē magis incertum est, quando ex voluntate contrahentium concessæ

cessæ censeantur. Itaque sępe grauissimas dissensiones caussantur. Interim regulam † qui habet pro se, habet intentionem 28
suam fundatam. *gl in l. omnis definitio, de R. I. Dec. tus in l. 1. ff eo. numer. 8*, eique statur, quo vsque probetur exceptio. *l. 5. de probat. Eberh. in top. in lo. p. n. 12*. Regula autem est, quod † concesso principali, 29
concedantur omnes pertinentiæ, *Matth. Stepha. lib 2. de iurisd. p. 2. lib 7. n. 53. & seq.* quia accessio cedit principali. *l. 19 §. 13. de aur. arg. leg.* Et accessorium † sequitur naturam sui principalis. *c. accesso-* 30
rium, & ibi Dyn de R. I. in 6. Socin. in reg. 4. Eberh. in lo. Beneck nd. ad l. 1. memb. 5. 4. part. n. 15. de R. I. quia est quid indiuiduum à suo principali, ratione dependentiæ. *l. tunc inutile, ff de pecul. leg. Bart. in l. Grace, 8. §. 7. de fideiuss. Menoch. in 5. remed. re in. poss num. 129.* Et augmentum † sequitur naturam eius, cui accedit *l. si ex toto, l. quod in re, §. si* 31
quis potest. de leg. 1. l. etiam, vbi Dd. C. de iure dot. leg. 11. §. 7. de Public. in rem. Decian. resp. 60. num. 11. vol. 3. & resp. 52 num. 31. cum seqq. vol. 1. Sixtin. de regal. c. 8. num. 22 Consil. Marpurg. lib. 2 cons. 14. num. 91. censeturque eiusdem esse naturæ, cuius est principale. *c. fin. §. 1. de conceß. prab. l 8. C. de iure dot. Hotom. Cons. 106. numer. 6.* & portio accrescens sapit naturam portionis cui accrescit. *de leg. si ex toto, de leg. 1.* Et secundum eius naturam regulatur. *Hondel. vol. 2. cons. 84. num. 67.* Quoties enim res alteri † vnitur, efficitur eius natu- 32
ræ, cuius est res cui vnitur, *gl. in c p. 1. ne sed. vac. lib. 6 Dd. in cap. super eo. de prebend. in 6. Moller 4. semest. 46. Zobell. p. 2. different. 46* Et vnionis ea natura est, vt vnita reducat ad eandem essentiam. *Consil. Marp. 14. num. 103.* Et quod accessorie venit ad alterum, vnum atque idem existimatur cum suo principali. *Bald. & Dd. in leg. cum dotem, in fi. C. de iure dot. Cranet. conf. 478. num. 5.* in tantum, vt accessorium † principali cedat, licet ipso principali sit maius, dignius 33
& pretiosius. *l. 19. §. perueniamus, de aur. arg. leg. l. cum annum, §. fin. eod. Ludou. Roman. sing. 622 Cranet. cons. 808 numer. 7. d consil. Marpurg. 14. num. 93.* Et augmentum † rei hereditariæ, cum efficia- 34
tur pars eius fundi, cui accessit, fingitur etiam eiusdem defuncti fuisse. *Decian. respon. 52. numer. 63. volumin. 1. Regner. Sixtin.*

35 *vol.2.conſ.14.num.34.* Et appertinentiæ † reguntur iure totius. *l. Caius, §. Titius, de leg.2. l. prædiis, 6 §. Titio, de leg.3. Iaſ. & alij in l.3. in pr. de A.P.* Et pars accedens præſumitur eſſe eius naturæ, cuius eſt principale. *VVeſemb. conſ.4. nu.70.* Hinc Sebaſt. Medices hanc ge-
36 neralem regulã ponit, quod † dominiũ rei acquiratur ex augmẽto ipſius, quando ſcilicet eſt præexiſtentis rei ſuperueniens acceſsio vt ſit pars eius, tam in quantitate, quàm in qualitate: *eamque multis exemplis confirmat in tract. de acq. ↄ poſſ. à n.168. vſque ad n.* 183. Imo etiam effectus ſententię, per quam mihi aliquid adiudicatur, trahitur ad augmentum, & vice versa obſtat exceptio rei iudicatæ ratione augmenti. *Tib. Decia. d resp.52. num.55. vol.1.* Eodem modo
37 acceſſorij, † ſeparatio à principali damnatur, quoties connexa ſeparationem neſciunt, *Grauet. conſ.592. num.101. & conſ.838. numer.4.* quia connexorum eadem ratio ac idem iudicium. *ſupra ca.24. nu.*
38 89. Et vna & † eadem res diuerſo iure cenſeri non debet. *Menoch. 2. arb. iud. quæſt. caſ.37. num.8. d. conſ. Marp.14. num.99.* Vnde
39 vendita † prouincia, inſula adhærens prouinciæ quoque vendita cẽſetur. *l.13. §. fin. & l. ſeq. de act. emt. l.41. §.6. de ...3. l.*7. *de inſtru. leg. l. 9. de iudic. Gomez. lib.2 varia. reſol.2. num.13. Gail.1. p. o.6. num.27.* & preſcripta prouincia cenſetur quoque præſcripta inſula, *Gail. 2. obſ.68. num.5.* ſicuti pręſcripto toto cenſentur omnes eius partes præſcriptæ, *Abb. in c. dilecti num.4. de arbit.* niſi poſtea acceſsiſſent *l. eqt. 6. in fi. de except. rei iud. Coler. in c. aud tis, num.26. & ſeq. de præſcript.* Quod multo magis obtinet, ſi caſtrum vel territorium cum pertinentiis ſit conceſſum: *ſupra cap.26. num.92.* Quia pertinen-
40 tiarum † nomine veniunt inſulæ, *d. l.9. de iudic. Tiber. Decia. d. conſ. 123. num.27.* Item flumina publica, ſiquidem de conſuetudine ſint pertinentia; *Roſenthal. de feud. ca.5. concl.30.* Item molendina fluminibus impoſita, *Iacobin. de feud. in verb. de caſtro, numer.7. & in*
41 *verb. & cum molend. in fi.* Item iuriſdictio † cum mero & mixto Imperio, *Couar. pract. quæſt.1. num.10. VVeſemb. conſ.95. num.20. Scipio Gētil. lib.3. de iuriſd. num.23.* Item piſcationum reditus. *Iacob. in verb.*
42 *& cum piſcat.* Denique omnia illa, quæ vel lege, † vel ſtatuto, vel conſuetudine deſignata receptaque ſunt, vt rei alicui accedant, *vt ſupra*

vt supra dictum, & confirmatur per c.1.extra de censib.cũ c. contingat, extra de decim. Innocent.in c.cum ad sedem, de restit spol. Bald. in cons. 245. vol.3.Socin.cons.47.num.4.vol.3. Decius cons.516.num.27.Vult.1. Feud.5. num.7.in fi.Bossius in tit.de regal num.39. Idem operatur generalis concessio † regalium, quia concessis regalibus censetur quoque 43 castrum concessum, *Iacob.de feud.in d.verb. & cum castro, Boss.d.tit.de regal.num.38 arg.c.si ciuitas, de sent.excom.in 6.l.pradiis,91.§.4.& 5. de leg.3.* Item flumina *Boss.tit.de flumin.num.12.Capoll.lib.2. de seruit. 26. num.19.Rosenth.d.concl.30* Consequenter etiam insulæ † quæ sunt 44 in fluminibus *supra.ca.24.num.96.* Ideo recte responderunt Tiluthæ insulæ Euphratis incolæ, cum ad deditionem a Iuliano Cæsare sollicitarentur: cum interiora occupauerint Romani, se quoque vt regnorum sequelas victoribus accessuros. *Marcell.lib. 24.supra ca.15.num.17.* Hæc ita obtinent, si quod vt plurimum contingit insula sit continentis accessio, *l.9.de indic.* Alia ratio est, si insula rationem † principalis habeat. Tunc enim continens ter- 45 ra est accessio insulæ; & id quod minus videtur, in veritate est maius. *Eberh.in lo.116.num.17.* Ita Angliæ † regnum aliquando in 46 Britanniam Galliç prouinciam imperium promouit. *Sigebert. Gemblac.in chron.* Et hodie Venetorum † Reip. multæ partes Italiç 47 adhærent: Vt propterea plurale nomen meruerit vrbs. De qua ita *Gobelin.in Cosmodr.aetat.1.ca.5.* Venetia non tantum consistit in ciuitate, sed in pluribus. Vnde Liguria & Æmilia, licet sint distinctæ prouinciç Italiæ, tamen pars Venetiarum siue Venetiæ aliquando nominantur *supra. ca.5. num. 25.* Vrbes Italiæ quæ ad statum † Venetorum pertinent, vna cum titulo acquirendi enu- 48 merat *Thusc.vol.8.concl.pract lit.V.concl.70.* Quam potentiam quo astu consecuti sint Veneti prodidit *Comina lib.2.de bell. Neap.* Eos Hunnorum aduentu in proximas maris Adriatici insulas fugiẽtes ex ruina Scaligerorum Principum Italiæ creuisse *innuit Ioseph. Scal. Castigat.in Catul.fol.42.* Neque enim in insula est † pertinentia 49 natura cohærens continenti, vt est incrementum alluuionum, *l. 9 §.4.de vsufr.* sed talis quæ continenti adhærens sui natura separari potest, *Minda.lib.2.de process.Cam.20.num.9.* Fieri enim potest,

 quod

quod insula prouinciæ vni adhærens, alteri adiiciatur, vel ex ac-
50 cessorio principale fiat. Quod si ergo † mutetur conditio fundi principalis, mutabitur etiã insulæ *l. 63. §. 19. pro socio.* quia augmétum regulatur secundum naturam sui principalis, *Honded. vol. 2. cons. 84. n. 67.* Vnde si principalis fundus non amplius ad me pertinet, non pertinebit etiã insula postea nata. *l. egi, 26. in fi. de except. rei iud.* Eoque pertinent regulæ: mutata conditione rei, mutatur ius, *l. 137. §. 6. de V. O* & conditionis status. *gl. in c. ne quis, 22. q. 2.* Vn-
51 de omnis dispositio in se tacitam † conditionem habet: rebus sic stantibus: *l. quod Seruius, 8. & ibi gl. & Dd. de cond. ob causs. Benekend. ad l. 1. part. 4. memb. 4. limit. 4. de R. I.* si res in eadem caussa maneat: *l. 38. in pr. de solut. gl. in c. quemadmodum, extra de iureiu.* Deinde etiam
52 hæc distinctio obseruanda est, qua accessio alia † personalis est, quæ personæ accedit, *l. 10. de precar.* alia realis quæ rei. *l. 44. §. 3. de O. & A. Vult, 1. I. R. 64. in pr. Mindan. d. cap. 20. num. 11.* Iuxta quam *gl. in l. serui electione, 4. §. vlt. de leg. 1. recte docet,* si augmentum personæ cõtingat, tum illud non cedere legatario, cedere autem si rei legatæ accedat, *approbante Couar. d. c. 2. pract. quæst. num. 6.* Vt multum
53 differat, ad quam partem alluuionis ac insulæ incrementum † pertineat. Et quidem *Bapt. Parmens. lib. 1. de alluu. 2. num. 4. & ca. 5. num. 7.* vtrumque ius reale statuit non personale, *arg. l. 33. in fi. de vsufr. l. 26. in fi. de except. rei iud. Cædd. in l. 25. num. vlt. de V. S. & ib. alleg.* Quod verissimum est, quatenus incrementum illud fundo vel prouinciæ ratione pertinentiarum accedit, quia realis est accessio *l. 7. §. 1. de A. R. D. §. 20. inst. eo. l. 34. de R. V. d. l. 33. de vsufr. l. 1. C. de all. u.* vbi pars fundo accedere & accrescere dicitur. *Hotom. d. cons. 106. num. 7.* Ex quo & illud sequitur, quod fundus semper
54 cum sua caussa † ad possessorem transeat, *l. 67. de contr. emt.* etiam iniustum & prædonem, *l. 12. quem. seru. am. l. 12. comm. pr æd.* quia quælibet res ambulat cum sua caussa, *l. 23. §. 2. de seru. rust. l. 12. §. 2. fam. hercisc. l. 18. §. 2. de pign. act.* hoc est cum omni commodo & onere, *l. si seruitus. de S. R. P. l. 1. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. l. 8. §. fin. de nou. oper. nunc. Hartm. Hartm. lib. 2. cap. 1. miscell. obs. 10.* transeat etiam

iam cum alluuionis insularumque incremento, quia caussæ † no- 55
mine etiam accessiones veniunt, *rubr. ff. de vsur. Et quæ plura alia*
paulo ante adduximus. Cæterum quando per occupationem † ac- 56
quiritur insula; ibi hæc consideratio cessat, quia accessio perso-
nalis est, sine vllo respectu fundi principalis acquisita. Itaq; per-
sonam non egreditur, *arg. l. 68. l. 196 de R. I. c. 7. cod. in 6. l. 25. de pact.*
sed insula occupata propriam ac separatam conditionem à con-
tinenti habet. *l. 7. §. 1. pro emt. supra ca. 22. num. 79.* Eoq; referri pos-
sunt exceptiones suprapositæ regulæ, quod augmentum † non 57
reguletur secundũ naturam sui præexistentis, quando inter v-
trumq; diuersitatis ratio militat. *l. si finita, 15. §. 14. de dam. inf. Bart. in*
l. damni infecti, 18. § si is qui, 5. ff. eod. Albert. Brun. in d. tract. de augm.
concl. 5. n. 23. Schrader. de feud. part. 10. sect. 6. n. 182. Sebast. Med. de acquir.
poss. n. 183. & seqq. Crauet. cons. 389. n. 5. & cons. 506. n. 6. & cons. 817. nu.
2. Sixtin. lib. 2. consil. Marpurg. 14. num. 165. Gail. 1. p. o. 5. n. 26. vel si sit
casus specialis, *Crauet. cons. 972. num. 72.* Præterea accessio alia na-
turalis † est, vt alluuionis insulæque incrementum, (hoc enim di- 58
uerso respectu & naturale & ciuile dici potest) alia artificialis, vt
inædificatio, implantatio, exaggeratio: *Vult. 1. I. R. 70. Goedd. ad leg.*
23. n. 4. de V. S. quarum hæc accessio personalis est, illa realis. Quæ
doctrina in feudis magnum vsum habet, vbi DD. duplex incre-
mentum statuunt, aliud † naturale, quod sine vllo hominis facto 59
contingit, quale est alluuionis ac insulæ: aliud industriale, quod
vasalli opera ac industria accessit; quorum illud ad dominum † 60
feudi, hoc ad vasallum pertinere volunt, *Bald. in cap. 1. §. si quis de*
manso, 11. si de inuest. feud. 2. F. 4. arg. c. 1. §. è contrario; de inuest. de re alien.
2. F. 8. l. leg. fin. C. de allun. Schrad. de feud. p. 5. cap. 6 num. 26. d. cons. Mar-
purg. 14. num. 128. & ib. all. Vult. d. cap. 70. Hartm. Pistor. lib. 3. quæst. 42.
si scilicet incrementa sint extrinseca, † quæ à solo separari ac per 61
se subsistere possint. Tũc enim allodialia sunt, ac feudo finito nõ
ad dominũ, sed ad heredes vasalli pertinent, *d. c. 1. §. è contrario, &*
ibi Iacob. de Beluis. Aluarot. Andr. de Isern. Prapos. Matt. de Afflict.
& alij, quos allegat Schrad. de feud. p. 2. p. 9. princ. sect. 2. num. 8.

Rosenth.

162 *Rosenth.de feud.ca 10.concl.43.num.7.* Ita augmenta † hereditaria, quæ postea accedunt, augent hereditatem, sed illa tantum, quæ sunt naturalia, *l.20 §.3 de petit.hered.* quia sine vllo hominis facto aut onere rebus hereditariis accrescunt, vt fætura pecoris, *d.l.20.*
63 *§.3.de petit.hered.l.25.in fi.eod.l.8.l.11.fam.hercisc.l.9.C.eod.* item † alluuio: *l.16 §.3.fam.hercisc.Parmens.lib.de allun.c.6.in fi.Hartm.Pistor.li.3.q.42.num.47.* non vero etiam augmenta industrialia, quia extrinsecus personæ hæredis accedunt. *d.l 20 §.3.de petit.hered.l.5.de*
64 *separat.* Factum † autem vel industria, quæ personæ cohæret, non est ad alios transmissibilis. *Menoch.3.de præsumt.præs.47.num.15. arg. l.51.de solut.* Et quãdo augmenta possessoris opera sumtibus & industria accedunt, tunc separatam naturam & conditionem habent. *Gars.in tract.de expens.ca.22.num.4.& seq.d.consil.Marpurg.14.*
65 *num.161.* Neque obest, si huiusmodi augmenta † allodialia destinatione vasalli feudo aliquandiu coniuncta fuerint, quia non ideo feudalia efficiuntur. *Menoch.3.præs.99.num.6.Zobell p. 2. different.Sax.26.d.l.3.§.1.pro emt.* nisi actu quodam sufficiente natura eorum alterata & transmutata fuerit. *Iacobin.de feud.verb. dictique vasalli,num.6.Hartm.Pistor.d.q.42.num.40.& seq. Rosenth.de feud.d.lo.concl.43.num 28.Schrad.p.2.part.9 princ.sect.9.num.8.* Hinc er-
66 go de insula à vasallo manu † facta quæritur, si illa quoque æque, vt occupata allodialis fieri, & vasallo accedere debeat? Certum enim est id incrementum feudo vnitum non esse, *l.9.§.4.de vsufr.* sed vasalli opera sumtibus & industria productum, *d.§.è contrario,*
67 *2.feud.8.* quod quilibet sibi † non alij acquisiuisse præsumitur. *Bart. in l.Titium & Maium.ff.de admin.tut.Bald.in tract. de duob.fratrib. cohabit.num.7.Menoch.3.præsumt.46.num.1.Mascard.concl.619.* Et ra-
68 tio in naturali affectione fundatur, quæ semper † maior est erga nos ipsos, quam erga alios, *Arist.2.polit.5.* Imo quilibet seipsum magis diligit in vngue pedis quam alterum in vertice capitis, *vt dixit Bald.in cons.312.lib.4.repetit Borch.de feud.ca.7.num.41.* Ordina-
69 ta enim † caritas incipit à seipso. *l.præses.6.C.de seruit.& aqua ca. qui vult,19.dist.3.Roland.à Vall.cons.86.num.69.vol.1.* Et licet ex terra &
70 aqua feudali conflata forsitan sit insula manufacta, tamen † ma-
teriam

teriam in ædificando ad acquirendum dominium non sufficere
dictum est cap. 20. n. 25. Ioh. Gœd. ad l. 14. de V. S. Forma autem † quæ 71
dat esse rei, hic substantialiter ita mutata est, quod ex terra facta
sit aqua. Vt specificatio quædam dici possit §. *cum ex alien. 25. Inst.*
de R. D. Quo ipso non eadem † res, sed noua & alia à priori esse 72
videtur, *iuxta doctrinam Bart. in tract. de aluo, verb. stricta ratione, n. 1.*
Hotom. illust. quæst. 8. arg. l. 7. §. 5. de A. R. D. quia qui faciem mutat,
nouum quid facere dicitur. *l. 6. & ibi Iaf. de l. & l. 3. §. fin. de term.*
mot. Schrad. de feud. p. 6. cap. 6. numer. 115. VVesemb. in parat. de nou. oper.
nunc. num. 6. Vnde dicit Capolla lib. 2. de seru. rust. 4. num. 97. si è terra
factus sit lacus vel stagnum, siue impetu aquarum, siue industria
mea, quod † interrumpatur præscriptio, quasi alia res sit facta, 73
quia primo erat terra, nunc facta est aqua mutato elemẽto. *Bald.*
in l. vn. in vlt. chart. in pr. C. de confess. Cæterum vtvt hæc ita sese
habeant, † tamen attendendum est, ad quem solum siue fundum 74
insulæ manufactæ pertineat, *d. c. 20. num. 25.* Si enim illud à domi-
no directo feudi non dependet, non poterit quoque insula ma-
nufacta feudalis esse, ne plus † sit in caussato, quam est in caussa, 75
contra c. cum dilecta, extra de confirm. vt. & inut. Et vbi caussa non
est efficax, ibi nec potest esse caussatum efficax. *l. cum quis decedens*
de leg. 3. Gail. 2. obs. 1. num. 8 Hering. de fideiuss. cap. 10. n. 109 Quod si
fundum † insulæ manufactæ, siue flumen sit, siue mare, fiduciario 76
iure à domino recognoscat vasallus, æquum erit, vt ipsam quo-
que insulam recognoscat. *§. si quis de manso, & ibi FF. si de inuest. feud.*
quia ædificando domini conditionem deteriorem facere non
potuit. *l. 13. alias, æquissimum, §. fructuarius, de vsufr. d. §. è contrario, 2.*
F. 8. Interim impensas & meliorationes † refundere tenetur do- 77
minus, casu quo ad ipsum feudum, sine culpa vasalli reuertitur,
arg. l. 8. l. 11. C. de om. agro desert. c. 1. extra de restit. in int. & ibi Dd. Ro-
senth. cap. 10. concl. 43. Schrad. p. princ. 9. sect. 2. n. 35. Vult. de feud. cap. 11.
num. 113. modo necessariæ sint, vel saltem vtiles. *l. 38. de R. V. l. 5. C.*
eod. l. 36. §. fin. de petit. hered. Rosenth. d. concl. 43. num. 105. Menoch. rem.
15. recup. poss. num. 522. Quod quousque fiat, vasallo eiusque he-
redibus ius retentionis † competit. *l. 5. de impens. in res dot. l. 18. §. fin.* 78

79 *commod.* quia interest † impensas per exceptionem retinere potius, quam per actionẽ repetere. *l. 59. de furt. l. 15. de fideiuss. Hartm. Pistor. d. q. 42. n 30. lib. 3. Qua de re vide elegant. Goth. Anth. disp. feud. 12. th. ult. & th. all.* Ex supradictis satis intelligitur regula, quo iure præ-
80 dium principale † ad nos pertinet, eodem etiam incrementum accedens ad nos pertinere. *Brun. de augm. concl. 7. in pr. Seb. st. Med. de acquir. poss. gl. 1 p. 1. numer. 168. Consil. Marp. vol. 2. cons. 14. numer. 200. Hartm. Pistor. d. lib. 3 q. 42. nu 50.* siue latens illud sit, siue patẽs *Bart. in Tyber. p. 1. verb. nostro, Parmens. 2. de alluu. 9. in fi. & cap. 16 per tot.* hoc est, si principale pleno iure ad nos pertinet, pertinebit etiam augmentum *l. id quod, 7. in pr. de peric. & com. §. cum autem, vers. sed etsi, de emt. vend.* Si iure minus pleni dominij vel directi, vel vtilis ad
81 nos pertinet, non poterit plus nostrum esse in † augmento, quam est in principali. *l. quod iug. ra, §. 1. de leg. 1. l. si ergo, 11. §. pen. de public. l. item si, 9. § 4. de vsufr. Coras. in cent. SC. Tholos. cap. 95.* Ex quibus facile
82 resolui potest, quæstio spinosissima ad quem incremẽtum, † tam alluuionis, quam insularum pertineat, ad dominum ne, an ad vasallum? *Quam tractant FF. in c. 1. §. si quis de manso, si de inuest. contro. fu-*
83 *erit. 1. F. 4.* sed ita varie † & ambigue, vt vix habeant, vbi pedẽ figãt *v. Schrad de feud. p. 5. cap. 6* Itaq; cum longa sit materia & longę ambages, *vt ait Zas. in tract. feud. p. 6 num. 47.* assumemus saltem illa, quæ principaliter ad insulam pertinent. Quod Dd. patens & separatum incrementum vocant. Pro fundamento, præmitten-
84 da est quæstio, de quonam incremento agatur. *in d. §. si* † *quis de manso,* an de latenti vel patenti, an vero de vtroque? *Andr. de Isern. in d. §. si quis de manso, numer. 13.* de vtroque agi putat, quia verba indistincte prolata, indistincte etiam sunt accipienda. *l. de pretio, 8. de Publ. in rem.* præsertim cum sint genera-
85 lia. Qualis est dictio † omne Nam omne qui dicit, nihil exclu-
86 dit. *l. à procuratore, C. mand. l. Iulianus, de leg. 3.* Sed *Bapt.* † *Parmens. lib. 2 de alluu. 11. n. 8.* textum de solo insularum incremento accipiendum esse docet quia hoc solum & possideri & non possideri
87 potest, quod in alluuionis incremento † propter vnitatis naturã

vsu

vſu non venit. Id enim cum indiſtincte ac ſemper ad vaſallum iure vtilis dominij pertineat, *arg. l. 9. §. 4 de vſufr. iunct. c. 1. in fin. in quib. cauſſ. feud. amit.* Obertus de Orto diſpoſitioni iuris communis relinquere *arg. vnc. 2. F. 1.* ac tantum circa inſulæ incrementum plenius ius vaſallo † conſtituere voluit, quam iure ciuili fructuarius habebat, eo quod vaſallus illo fortius ac potentius ius, imo vtile dominium habet, *Bald. in c. vn. 8. 1. de inueſt. in re alie.* quod etiã ad heredes tranſmittit. *§ hoc quoque, de his qui feud. dar. Parmenſ. d. c. 11. num. 10.* Neque obeſt generalis locutio † omne incrementum quia contrahitur & limitationem recipit à lege, *Laudenſ. in d. §. ſi quis de manſo. n. 10. per gl. in fi. C. ſi r. e cenſ.* quaſi dicat Obertus, omne incrementum ſeparatum. Præſertim cum ipſa reſtrictio generalis ſit, plures ſub ſe comprehendens ſpecies inſularum, naturalium, fortuitarum, manufactarum, *arg. l. 27. §. 15. ad L. Aquil.* Hoc præſuppoſito videndum eſt, quid ſentiendum ſit de diſtinctione FF. inter † incrementum latens ſiue vnitum, & apparens ſiue ſeparatum, quorum illud vulgo vaſallo, hoc domino tribuunt. *Aluarot. in d. §. ſi quis de manſo, 1. F. 4. Ruin. conſ. 7. numer. 12. lib. 12.* cum de vnito incremento *in d. §. ſi quis*, nihil diſponatur. Itaque recte ſtatuitur, vtriuſque incrementi dominium † directum ad dominum pertinere, vtile vero ad vaſallum. *Baro Schenck. in d. § ſi quis, numer. 5. & ibi Matth. de Afflict. item in deciſ. Neapol. 267. Iul. Clarus lib. 4. ſent. quæſt. 88.* niſi dominus aliquod ius in ipſa curte ſiue caſtro pro ſe retinuerit, vel alia pacta † de futuris incrementis cum vaſallo inierit. *Roſenth. d. cap. 10. concl. 44. numer. 22. & alij all. à Goth. Anth. de feud. 8. th. vlt. Parmenſ. lib. 2. de alluu. 9. in fi. & cap. 16.* Cum enim quilibet legem rei ſuæ dicere, & in obligatione quædam excipere poſſit, *l. 13. §. vlt. de act. emt. leg. 80. in pr. de contr. emt.* æquum eſt, vt lex † contractus & inueſtituræ ſeruetur. *leg. 1. depoſ. leg. 23. de R. I. cap. 1. §. fin. quid ſit inueſt. Aluarot. in d. §. ſi quis de manſo, numer. 5.* Alioqui ius commune & feudale attenditur, *de quo ſupra, cap. 24. numer. 88.* Et quibuſdam reſeruatis † cætera conceſſa videntur, *Knich. de pact. inueſt. cap.*

88 89 90 91 92 93 94

1.*num.114. Qua de reseruatione vide Parmens.d.c.11.§.1.* Cur ergo, inquis, vasallus oneratur probatione *in d.§.si quis de manso,* cum do-
95 mino potius incũbat probatio † reseruationis factę, quippe quæ non præsumitur, nisi probetur, cum sit facti? Respondetur, vasallum ideo hic onerari probatione, quia dicit, omne incremētū
96 ad se pertinere † per inuestituram: *arg.l.2.de probat.* Et tunc vel non est in possessione incrementi, & tenetur inuestituram probare, vel per breue testatum, vel per pares curiæ: vel est in possessione incrementi, & liberatur solo iuramento: *Ita docet Parmens. d.cap.11.secutus Ardizonem qui vers.vlt.cum princ.si quis de manso, coniung ndum censet.* Et hoc posterius, fortasse propter dignitatem domini cui iuis magis fidei habet, quam vasallo. Si vero domi-
97 nus nihil sibi reseruauerit, in ipsa curte tunc omne † incrementū insularum ad vasallum pertinebit, siue vasallus id possideat, siue non. *Parmens.d.lo.* quia dominus per ipsius fundi, castri vel territorii inuestituram omne incrementum, tam præsens, quam futurum, concessisse videtur *Bald.in d.§.si quis de manso, num.3.per l.inter soc.rum,§ cum inter, ff.de pact.dotal.* Cum vero *in d.§ si quis de manso,* expresse dicatur, quod fidelis incrementum hoc iure feudi obtinere debeat, consequens est, id feudo ita vniri, vt manente eo, v-
98 susfructus ac vtile dominium † ad vasallum pertineat, eo vero soluto, vna cum reliquo feudo ad dominum reuertatur, vt supra-
99 dictum *Schrad. de feu. p.5.cap.6.num.26.* quia eodem iure † acquiritur & possidetur, quo ager, cui adiecta est. *Hartm.Pistor.d.q.42.n.*
100 *49.* Quamuis vero *Bapt.Parmens. lib.2.de alluu.12.§.2.* dubitanter consentiat, si vasallus inuestituram cum omni incremento expresse acceperit, tum incrementi futuri plenum dominium vasallo concessum censeri, *rg.§.rursus, si de inuest.contr.cu* ne verba inuestituræ sint superuacua sed aliquid operentur, *l.si quando, in pr. de leg.1.* tamen illi accedere non audemus, quia non est præsumen-
101 dus dominus † totum ius suum iactare, & directum dominium à se abdicare voluisse *l.25.in pr.de pr.bat.l.50.de solut.l.97.eod. Marsil. in fin.ul.57 Alu rot. n d.§ si quis, nu.2.* sed potius in inuestitura ad
102 ius † commune respexisse. *Menoch.lib.6.de præsumt.10. Franc. Ma-tic.de*

nc. de coniect. vlt. vol tit. 6. n. 1. Vt taceamus, quod sic incrementa non amplius iure pertinentiarum venirent, sed à suo principali auellerentur, contra quã superius dictũ. Quid si vero incrementũ iure reseruationis ad dominum pertineat, & insula nata fuerit, ad quam † dominus, nonnisi per loca feudi peruenire possit, an vasallus domino seruitutem viæ gratis concedere tenebitur? *Affirmat And. de Isern. & cum eo Aluarot. in d. §. si quis de manso, num. 6. arg. l. 2. §. recte, si seru. vind.* Quia sicut domino prouidetur de incremento, ita eidem etiam prouisum censetur de omnibus, sine quibus illud incrementum sibi esset inutile, *arg. l. 2. de iurisd. l. 1. §. 1. si vsufr. pet. l. 10. de seru. vrb.* Et quoties quis ad prędium suum peruenire non potest, necessario † ipsi via à vicinis præstanda est, *Dd. in l. 11. C. de seru. & aqu. l. 14. §. 1. quemad. seru. am.* ne ei prædium suum sit inutile: *l. si quis, de relig. & sumt. Tholos. 4. syntagm. 14. num. 4. Boer. decis. 322. num. 9. Capoll. de seruit. rust. 1. num. 21. Frid. Mindan. lib. 2. de process. 38. num. vlt.* Neque enim transuolare aliena prędia vt auis potest. Præstabit igitur vasallus domino seruitutem † viæ itineris & actus ad insulam, non solum in terra, sed etiam in flumine, *l. 3. §. 2. de aqua cottid.* Quo casu vero incrementum hoc ad vasallum pertinet, quæritur an is eo nomine † nouam inuestituram à domino petere teneatur? Quod negat *Aluarot. in d. §. si quis, n. 7. Parmens. d. cap. 10 n. 6. Decian. resp. 123. num. 71. vol. 3. Consil. Marp. vol. 2. cons. 14. n. 108 per e. sed & res, per quos fiat inuest.* Quia cum prima inuestitura etiam insulas futuras vi ipsa comprehendat, nõ opus erit nouam & secundam inuestituram huic superaddere, quia actu † superuacuo nemo onerandus est, *l. 6. C. de emanc.* & in Legibus semper superfluitas vitatur, *l. vn. C. de nud. iure Quirit.* præsertim cum accedens incrementum reliquo feudo iure accrescẽdi vniatur, *arg. l. 26. §. 2. de pact. d. t. leg. 8. C. de iure dot. l. 59. §. 3. de hered. inst.* Huic cognata est quæstio, an eius incrementi ratione vasallus † ad maius seruitium obligetur? Negat *And. de Isern in d. §. si quis, quem probat Parmens. lib. 2. de alluu. 19. n. 3.* Pro quo facit, quod sicuti pensio emphyteutæ † non augetur, si rem ste ilem in emphyteusim acceptam, fæcundiorem reddiderit, *Boer. decis. Burdeg.*

103 104 105 106 107 108

50.num.8.Consil.Marpurg.14.vol.2.num.182.arg l.2.C.de trad. nauic. ita etiam pensio coloni propter immodicam vbertatem non augetur.*l.25.§.6.& ibi Salicet.Fulgos.Castrens.ff.locat.l 14.de leg.3.* Con-
110 trarium statuit † *Schrad.de feud p.5.cap.6.num.26.* quia cum vasallus ex insula postea nata vsumfructum percipiat, æquum quoque videtur, eatenus ipsi seruitia accrescere, vt æqualitas seruetur *v.Schrad.p.2.q 9.princ.sect.9.num.2.& seqq.c.cum M. Ferrar.& ibi CC.extra de constit.* Putamus, distinguendum, vtrum magnum
111 vel paruum sit † incrementum. Hoc enim si sit, inciuile fuerit vasallum ad nouam obligationem maiusque seruitium obstringi, *arg.l.1.C.de iure emphyt*, quia modica non iurantur.*l.4.de rest.in int.* Et modicum damnum quilibet æquo animo sustinere debet.*ca. terrulas,12.q.2. Rofred.in sum.p.6.vers.vtrum censes,num.3.* Vnde in rebus Ecclesiasticis modicis alienatis non requiritur solemnitas, in rebus maioris momenti alioqui necessaria *Guid.Papa decis.156.*
112 *Trentacinq.lib.3.resol.1.de rerum alien.num.32.* Quod si † magnum sit insulæ incrementum, vnde plurimum prouentus percipere possit vasallus, æquum erit, eius quoque partem dominum participare, ac eatenus seruitia augeri.*arg.l.2 C.de alluu.*vbi pro alluuionis incremento tributum augetur. *Quomodo & Aluarot.sentire videtur in d.§.si quis, num.7.* Quia in concessione feudi et-
113 iam nullis seruitiis expressis, tamen seruitia vsitata † debentur, *arg.c.vn.in fi.in quibus caus.feud.amit.2.F.23 Borch.de feud.cap.1. num.*
114 *29.* Et sane sicut pro decremento † terræ releuantur onera ac seruitia, *d.l.2.C.de alluu.l.4.§.1.de censib.l.15.§.2.& 3.l.25.§ 6.locat.*ita etiam pro incremento augeri debent, vt lucrum cum damno cõpensetur, *l.19 fam.herc.l.23.pro socio. Parmens.d.cap.19.num. 8.* Atque in hunc finem tutius fortasse fuerit, eius incrementi inuestituram, vel saltem renouationem inuestituræ à domino obtinere, *vt in simili do.et Rosenth.cap 6.q.33.num.4.& seq.Vult.de feud.cap.7.n.*
115 *97.* quia abundans † cautela non nocet.*l.81.l.94.de R.I.* In emphyteuta idem fere ius receptum est, quod in vasallo, quia & i-
116 pse † vtile dominium rei emphyteuticæ habet, *l.1.& 2.si ager vect. l.possesso-*

l.possessores, vbi Bart. C. de fund. patrim. illudque ad heredes trāsmittit. *Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 28. Borch. de feud. cap. 3. nu. 14.* Vnde vasallus & emphyteuta sunt † fratres eiusdem naturæ : *Specul. in tit. de feud. §. quoniam, vers. 40.* Similes autem fratres similia quoq; caputia gestant. *supra, cap. 22. n. 96.* Et argumentum à feudo ad emphyteusin † bonum est, & facit ad multa, *ait Eberhard. in top. in lo. 19. num. 3. & seq.* & vice versa ab emphyteusi ad feudum, *Ias. in l. 1. Col. 12. C. de iure emphyt. Borch. cons. 1. q. 1.* Quamuis vero Dd veteres † hic quoque distinguaut inter latens & patens incrementum, quasi hoc ad dominum, illud ad emphyteutam pertineat, *gl. in l. 1. C. de iure emphyt. & ibi Bald. Salic. & Dd. comm. Specul tit. de emphyt. §. 1. num. 157.* tamen non debet hic diuersitas iuris constitui, neque superuacuę † distinctiones induci, contra *l. 23. C. ad SC. Vell. l. vlt. in pr. C. depos.* sed vtriusque incrementi dominium directum domino, vtile emphyteutæ relinqui. *Borch. d. c. 3. Parmens. lib. 1. de allun. 22.* ducto argumento, non ab vsufructuario, *ex l. 9. §. 4. de vsufr.* sed potius à vasallo, *ex d. §. si quis de manso,* quia emphyteuta † plenius ius habet, quam vsufructuarius *Parmens. d. c. 12. n. 4. licet diuersum statuat Alex. Trentacinq. lib. 1 resol. de consuet. n. 9.* sicuti etiam vasallus † plenius ius habet fructuario. *Hartm. Pistor. lib. 3. quæst. 42. numer. 48.* Cum enim emphyteutam periculum diminutionis rei emphyteuticæ, saltem quo ad vtile dominium, damno afficiat, *l. 1. C. de iure emphyt.* eundem etiam augmenti commodum locupletabit. *l. e. 2. C. de allun. l. secundum naturam, de R. I.* Atque hæc ratio ex æquitate naturali desumta vel sola sufficit. Cui *Parmens. in d. cap. 12. num. 4.* aliam addit, quod thesauri † inuentio in solo emphyteutico ad emphyteutam pertineat, *Specul. tit. de locat. § fin. q. 152.* qui tamen ad vsufructuarium non pertinet. *l. 63. §. 3. de A. R. D.* Sed hoc argumentum nihil stringit, cum æque pro dimidia tantum parte thesaurus emphyteutæ acquiratur, *§. thesauros, Inst. de R. D. l. vn. C. de thesaur. Gothofr. in l. 2. C. de iure emphyt.* ac vsufructuario *leg. 7. §. 12. solut. matr. VVesemb. de feud. cap. 12. numer. 4.* & vasallo, *Hakelman. illust. disp. 7 th. 6.* idque propter inuentionis præmium *d. § thesauros.* Hinc est, quod thesaurus † repertus à vidua in fundo

117 118 119 120 121 122 123 124

in fundo dotalitio, inter ipsam, & heredes defuncti mariti diuiditur. *Mell. ad Constit. Saxon. p. 2. const. 53.* Saluo tamen iure regali. *de quo diximus cap. 11. n. 48.* Itaque cum vera differentiæ ratio, quare insulæ ad fructuarium non pertineant, *de qua paulo post*, cesset in emphyteuta, cessare etiam debebit dispositio. *d. l. 9. §. 4. de vsufr.*
125 An igitur in emphyteuta quoque eius incrementi † nomine augebitur pensio? *gl. in d. l. 1. C. de iure emphyt.* priori distinctioni suæ innititur, vt respectu latentis incrementi non augeatur, sed bene respectu apparentis, id est insulæ. A qua ita recedit *Cynus in d. l. 1.* vt pensionem numquam augeri velit. *vid. Valasc. de iure emphyt.*
126 *q. 17. num. 7. Aliter Parmens.* † *lib. 2. de alluu. 19. nodum soluit*, vt si modicus tantum canon præstetur in recognitionem dominij, ille per incrementum insulæ accedens non magis augeatur, quam per inundationem diminuatur. *Parmens. d. lo. cap. 18. Donell. lib. 9. cōment. iur. ciuil. 14.* Si vero æquiualens pensio prestetur, tum sicut illa per inundationem deminui potest. *c. 3. extra de locat.* ita & per incrementum accedens augeri debet. *Parm. d. lo. 19.* Sed cum presupposita Parmensis pleraque sint controuersa, & per illa emphyteuta fere semper tutus esse possit, quia ex emphyteusi num-
127 quam † vel rarissime soluitur pensio æquiualens, sed tantum modicus canon in recognitionem dominij, *iuxta Bart. in l. 1. n. 4. & ibi*
128 *Sichard. n. 27. C. de iure emph. Valasc. q. 1. n. 9. & 10* quo ipso † à locatione & conductione differt: *Boreh. de feud. c. 3. num. 11.* tutius erit emphyteutam vasallo coniungere, & in vtroque eandem distinctionem, quam supra dedimus admittere. *v. Ias. in l. 1. C. de iure emphyt. gl. ad art. 29. lib. 2. Landtr. n. 2.* Quæ de vasallo & emphyteuta di-
129 cta sunt, eadem etiam obtinebunt in † contractu superficiarij, locationis ad longum tempus, libellarij & precariæ, siquidem hi sunt sex contractus, per quos vtile dominium in accipientē trāsfertur, directo penes dantem remanente; *vt docet gl. in l. 1. §. 1. ff. de superfic. Aluarot. in proœm. feud. n. vlt. Eberh. in top. in lo. 29. n. 88.* Nam & incrementi dominium vtile apud accipientes erit, durante cōtractu, eoque resoluto ad dantem reuertetur. *Parmens. d. cap. 12. nu.*
130 *vlt.* quia † resoluto iure dantis extinguitur ius accipientis. *l. Statim*

tius Florus, ff. de iure fisci l. peto, § prædium, de leg. 2 Borch. d. cap. 3. nu. 43. & ib. alleg. Et vice versa, aucto iure datoris, augetur etiam ius accipientis; *Alb. Brun. de augment. concl. 15. & 16. Consil. Marpurg. 14. nu. 79. vol. 1.* tam in contractibus quam in testamentis. *Moll. 5. semest. 51.* Atque hoc de conductore ad longum tempus nominatim tradit *Parmens. d. c. 12. c. 16. num.* 2 à quo tamen cæteri fratres separandi non sunt. Quid autem de † censuario statuendum? Et cum 131
hic suæ rei, ex qua censum præstat, plenum dominium tam directum, quam vtile habeat, *Dd. in l. 1. C. de iure emphyt. Frider. Martin. de iure cens. c. 1. num.* 80. *Eberh. in cap. in lo. 31. num. 2. Valasc. de iure emphy. q. 13. n. 1. & q. 32. n. 27.* eoque multum differat † ab emphyteuta: *Dan.* 132
Moll. ad Constit. Augusti El. Ct. p. 2. cap. 29. sequitur incrementum accedens, siue latens siue apparens, ipsi pleno iure accrescere, neque propterea censum (qui ex re propria † præstatur, pensio ex 133
aliena, *gl. in c. constitutus, verb. iuxta ratam, de relig. domib.*) nullatenus augeri posse, cum census plerumque sit modicus, veluti capus *Moll. d. lo.* Falco. *supra. cap. 24. num. 21.* A quibus tamen multis modis differunt † coloni, *de quorum variis generibus v. gl. 4. Art. 54.* 134
lib. 1. **Landtr.** *Aluarot. in pr. feud. n. 44.* Ita de incremento insulæ præbendæ additæ, an cedere debeat præbendæ formatæ, an vero 135
capitulo, & sic Ecclesiæ acquiratur, *disputat Parmens. lib. 2. ca. 15.* vbi pro Ecclesia concludit, eo quod præbendarius siue † canoni- 136
cus æquiparetur fructuario, *iuxta gl. in c. 2. de pecul. cler.* seu potius vsuario, *iuxta Parmens. d. lo. n. vlt.* vt merito eodem iure vti debeat *ex l. 9. §. 4. de vsufr. v. Canonist. in c. cum M. Ferrar. extra. de constit.* Sed hic merito à Parmensi † quæras, quomodo incrementum insula- 137
re Ecclesiæ acquiri possit, cum res sacræ & religiosæ vtpote nullius in bonis, ius alluuionis & insularum non habeant? *ex sententia eiusdem Parmens. lib. 2. c. 1.* Aut ergo prior decisio claudicabit, aut saltem hoc posterius præsuppositum. *De quo cap. seq. videbimus.* Quod si iure quasi † dominij ad aliquem pertineat prædiũ prin- 138
cipale, puta à non domino emtum, etiam insula accedens eodẽ iure habebitur. *l. 11. §. 6. de Public. in rem act. l. 7. §. 4. & ibi gl. pro emt.* Eadem ratio est, si dominium restitutioni † sit obnoxium, vt con- 139

tingit in fundo dotali cuius maritus quidem dominus est constā-
140 te matrimonio, *l. dotis le, 13. §. 2. de fund. dot.* sicuti etiam augmenti †
eius, *l. 48. §. 1. de iure dot.* quod ampliari dotem vocat Iurisconsul-
tus *in l. 47. eod.* at finito matrimonio eam vna cum augmento re-
stituere tenetur. *l. 7. §. 12. solut. matr. l 4. de iure dot.* Quibus omni-
141 bus casibus augmentum dotis † eodem iure ac priuilegiis gaude-
bit, quibus ipsa dos. *l. 26. §. 2. de pact. dot. l. 8. C. eod. Rol. à Vall. in tract. de lucro dot. cap. 100.* quia priuilegium competens principali, locum
habet in eius augmento, *Hond vol. 2. consl. 84. n. 68.* Et pactum vel
142 statutum † de lucranda dote, locum etiam habet in eius augmen-
to. *d. l. 26. Cynus & Bald. in l. si constante, 19. C. de don. ant. nupt. Ioh. Fri-*
143 *d r. Sol. de lucro dot. q. 7.* Idem obtinet in fundo legato † vel ex fi-
deicommisso restituendo. *l. saepe, 16. de leg. 3. l. 24. §. 2. de leg. 1.* Quia
re per fideicommissum relicta vel legata aucta, augetur ipsum le-
gatum vel fideicommissum *l. seruum fi'ij, §. si arca, de leg. 1. Brun. d. concl. 15. Consil. Marp. 14. numer. 80.* Vnde medii temporis augmē-
ta legatario ac fideicommissario restituenda sunt. *l. 3. de fund. in-
stru. l. 19. in pr. et d. l. 21. de leg. 1 Gomez. li. 1. var iar. resol. 12. num. 16. Deci-*
144 *an. resp. 123. in 3 dub. d. cons. Marp 14 num. 81.* Idem de † maioratu
(vt Hispani vocant) dicendum est, quia eius bona transeunt ad
successorem cum omni augmento. *Molin. lib. 1. de primoge. 26. nu.*
145 *17. Tessaur. decis. 140 num 3.* In conditionali † dominio interest, v-
trum illud sub conditione ad nos pertineat, an sub conditione à
146 nobis abscedat. Priori casu, quamuis dominium in † aere stare
non valent, *vt respondit Menoch. cons. 468. numer. 13.* tamen quo ad
nos, ad quos aliquando peruenturum speratur, est in pendenti, *l.*
147 *12. in fi. de vsufr. l. 19. §. 5. de castr. pecul.* adeoque potentia † ac spe tan-
tum nostrum est, *l. 10. & seq. de V. S* non actu. *l. 54. l. 55. de V. S.* Qua-
lis est casus *in l. 11. de lib. & post. de quo Ludouic. à Sar de primogen. nu.*
24 Vnde etiam qualecunque dominium vocat Iurisconsultus *in l. 11. §. 5. de except. rei iud.* Hoc ergo qui habet in fundo principali,
148 habebit etiam in eius augmento, quia existente cond tione res †
transit cum sua caussa & augmento. *l. 12. §. 2. leg. 23. §. 2. fam hercisc.*
149 Posteriori casu dominium † plenius ad nos pertinet, adeoque a-
ctu est

ctu est nostrum, licet existente conditione resoluatur. *l. 66. de R. V. l. 205. de R. I.* Tuum est, quod sub certa lege tuum est, *ait Senec. 7. de benef. 12.* Itaque non potest ab eo separari augmentum, quod interim accessit, quia non homini, sed rei accreuit. *l. 31. in fi. de vsufr.* Ita pendente iudicio † rei vindicationis ac familiæ herciscũ- 150
dę, si quod incrementum prædio accesserit, finito iudicio restituendum est. *l. idem est, de R. V.* & euicto prædio euincitur simul incrementum accedens. *l. ex mille, 64. §. quod si modo, 1. de euict. Parmens. d. cap. 16. num. 24. & seqq.* Huc pertinet celebris & contrariis Dd. opinionibus inuoluta quæstio, de fundo † retrouenditioni 151
obnoxio, *de quo est in l. 13. de pign. act. l. 2. C. de pact. int. emt.* Nam is quãuis interim fiat ementis, *arg. l. si ex duobus, 4. §. sed & Marcell. de in diem addict.* eiusque lucro fructus cedant, *d. l. 2. C. de pact. int. emt.* tamen retrouenditione facta restituendus est, cum omni caussa & incremento, & sic etiam cum insula interim accedente, *arg. d. l. 64. §. 1. de euict. l. 10. §. 1. quib. mod. pign. vel hypot.* Hanc sententiam late tuẽtur † *Tiraq. de retract. conuent. §. fin. q. 14. Frider. Mar-* 152
tin. de iure censf. cap. 6. num. 59. Bapt. Parmens. lib. 2. de alluu. 10. Phil. Hanon disp. 3. de diuersis reg. iur. ad l. 10. q. 3. & ib. alleg. Contrariam sententiam tenent *Menoch. cons. 26. vol. 1. quem sequitur Fachin. 2. controu. 6. Cagnol. in repet. post. leg. 2. C. de pact. int. emt. q. 59. num. 189.* ac iuxta eam in Senatu Pedemontano in † prima instantia pronunciatum 153
testatur *Ant. Thessaur. decis. 140.* licet in reuisorio iudicio prior obtinuerit. *vide Zoanet. de emt. & vend. cap. 11. num. 139.* Cæterum quoad restitutionem incrementi insularis cum principali fundo Dd. fere conueniunt, ob necessitatem augmenti vniti cum suo principali. Sed de æstimatione augmenti † manet controuersia, 154
anne illud emtor reuendens lucrifacere debeat, eo quod is damnum deminutionis ac deteriorationis, si quod interea contigisset, sibi habere coactus fuisset, *l. pen. C. de solut.* Neque enim is rem emtam & deteriorem † factam venditori inuito pro eodem pre- 155
tio obtrudere potuisset, *d. l. pen. C. de solut. l. 2. C. de rescind. vend.* quippe in cuius gratiam pactum reluitionis appositum fuerat. *l. 6. C. de pign. act. l. 1. §. 45. depos. l. 30. de reb. cred.* Id autẽ cuiuis † negligere 156

licet. *l.pen. C. de pact. Bart. in l. 51. ff. locat.* Itaque augmenti pretium emtoris commodo addicit, eamque opinionem sic veram credit
157 sicut est Euangelium, *Tessaur.* † *d. decis. 140. in fi. arg. l. id quod, 13. §. 14. l. 53. de actio. emt. l. 1. C. eod.* certe æquitati cõsentanea videtur, *leg. secundum naturam, de R. I. Fachin. d. cap. 6.* Sequitur de pignore, an il-
158 lud quoque augeatur, † si fundo oppignorato insula accesserit. De alluuionis incremento res clara est, *ex l. 18. §. 1. de pignor. act. l. 26. in pr. de pignor.* De insula diuersum sentit *Parmens. 2. de alluu. 5. num. vlt. & cap. 6. num. 14.* Quasi illius incremento pignus non
159 augeatur. Sed cum generaliter omnis † accessio augeat pignus, *d. l. 18. §. 1. & 2. de pign. act. l. 21. eod. l. 29. §. 1. & 2. de pign. act.* tam futura quam præsens, *l. fin. C. in quib. cau. ss. pign.* Et alluuionis nomine vt plurimum insula comprehendatur, *supra cap. 18. n. 132.* non est, cur hic insulam à fundo principali separemus, eiusque commodum
160 creditori † pignoratitio inuideamus, *arg. l. 12. §. fin. de furt.* præsertim cum ad eundem quoque interitus pignoris ac deminutionis damnum redundet. *l. 8. de pignor. l. 25. §. 1. eod.* Neque obest, quod insula separatam essentiam à fundo separato habet, quia etiã par-
161 tus † ancillæ separatus est à matre, *l. 1. §. 1. de vent. insp. l. fin. de A. R. D. l. 42. de euict.* & tamen auget pignus. *l. 26. §. fin. de pign. leg. 29. §. 1. eod. l. 1. C. de part. pign. l. 1. ff. de Salu. interd.* Ex quo ita firmiter cõ-
162 cludi potest: si partus ancillæ licet † in fructu non sit, *l. 28. §. 1. de vsur. §. in pecudum, I. de R. D.* pignus tamen auget: eadem ratione etiam insula accedens, licet in fructu non sit, *l. 4. §. 4. de vsufr.* pignus tamen augebit, *d. l. 18. §. 1. & 2. de pign. act.* quia æque ac alluuio vel factura fundo oppignorato, sine vllo hominis facto, iure Gentium accedit. *§. insula, Inst. de R. D.* Quod non ita esset, si ex alia caussa, forte industriali fundo accederet *arg. l. 29. in pr. de pignor.* Vt pro-
163 inde hinc facile intelligatur, insulam † manufactam pignus non augere. Deinde locum tantum † habet prædicta conclusio, si
164 pignus sit, vti esse debet, † apud creditorem. *§. 7. Inst. de act. l. 9. §. 2. de pign. act.* Nam si naturalis possessio fundi apud debitorem remaneat, hypotheca saltem creditori constituta. *d. §. 7. & ib. Dd.* tum idem de incremento insulari quod de partu ancillæ dicendum

dum, creditori nullum ius in eo competere. *d. leg. 29. §. 1. de pignor.* Ac poteſt de hiſce duobus caſibus intelligi Parmenſ. ſententia *in d. cap. 5.* Ac confirmatur poſterior exceptio expreſſe à Dd. quãdo venditorem in re vendita † cæteris creditoribus potiorem, *Gail. 2.* 165
obſ. 15. in eius tamen augmento hypothecam non habere volunt, *Vincent. de Franchis deciſ. 506. Gran. 2. pract. concluſ. 15. in pr. numer. 18. Quam ſententiam etiam probare videtur Hartm. Piſtor. lib. 3. q. 42. num. 59.* De ſeruitutum acceſſionibus æque perplexæ ſunt diſputationes. Et quidem communis eſt opinio Dd. alluuionis † incremento augeri ſeruitutes, tam prædiorum, *ex l. hoc iure, 3. §. 2. de aqua cottid.* quam perſonarum, qualis eſt vſusfr. & vſus, *leg. 9. §. 4. de vſufr.* Quam materiam particulatim non excutimus. De inſularum incremento aliud ſtatutum, *in dd. ll.* Et quia perſonarum † potior ratio habenda eſt, *§. vlt. Inſt. de I. N. G. & C. l. 2. de ſtat. hom.* propter earum dignitatem, *l. 44. de adil. edict.* ideo de vſufructu, vtpote ſeruitute perſonali prius agemus. Vſumfructum † inſulæ ad fructuarium non pertinere, ſed proprietati accedere ſcribit Pegaſus Iuriſconſultus, cuius ſententiam non eſſe ſine ratione ait Vlpian. *in l. 9. §. 4. de vſufr.* Eſt enim inſula veluti proprius fundus. Nam vbi latitat incrementum, vſusfructus augetur vbi autem apparet ſeparatum, fructuario non accedit. Hoc eſt, *vt ſummauit Bald. in d. §. 4.* vnitorum vnita, & ſeparatorum ſeparata debet eſſe diſpoſitio. Idem de vſu † dicendum, quod is in alluuionis quidem incremento, non vero in inſula accedente accreſcat vſuario, † quia licet is minus iuris habeat vſufructuario, *§. 1. Inſt. de vſu & hab. l. 11. ff. eod.* eidem tamen in multis aſſimilatur. *pr. Inſt. & l. 1. eod.* Quamuis vero quo ad alluuionem in alia ſententia fuiſſe videatur Paulus † *lib. 3 ſent. 6. §. 2.* quando omne incrementum, & ſic etiam alluuionis fructuario detrahit, ex hac ratione quod alluuio fructus fundi non ſit, *ſiue vt Papinia. in l. 33. § fin. de vſufr.* quod alluuionis portio fundo accreſcat, perſonæ vero fructus. Iam autem vſusfructus † eſt perſonalis & homini accreſcit, *l. 14. §. 1. de except. rei iud. l. 10. de vſufr. accreſc.* eſt ius perſonæ, non prædij. *l. 3. de vſufr. l. 26. de ſtipul. ſeru.* vt propterea in explicatione

Margin numbers: 166 (beside "tiones. Et quidem…"), 167 (beside "narum † potior…"), 168 (beside "† inſulæ…"), 169 (beside "debet eſſe…"), 170 (beside "ſcat vſuario…"), 171 (beside "tia fuiſſe…"), 172 (beside "ctus. Iam autem…").

ſententiæ Paulinæ nimium ſe torqueant Dd. *Rittershuſ. partit. feud. lib. 2. cap. 2. q. 3. Goth. in l. 9. §. 4. de vſufr. Donell. 10. comment. 7. & ibi eius enucleator Hillig. in not. lit. G. Hakelm. illuſt. quæſt. 7. th 6.* tamen
173 ea de proprietate † alluuionis intelligenda eſt, quæ ideo ad fructuarium pertinere non poteſt, quia cum fundo principali vnitur. Quomodo & Iulianus ſentit *in l. 34. de R. V.* quod per alluuionem pars fundo id eſt proprietati accedat. Fundus autem eſt omne quod ſolo tenetur, *l. 115. de V. S.* vt tamen interim vſusfructus eius incrementi fructuario cedat. *d. l. 9. §. 4. l. 66. de iure dot.* Atque hanc veram eſſe mentem Pauli arguit ſubiecta ſententia, quibus caſibus proprietatem non auget alluuio, iiſdem nec vſum, quia non poteſt plus eſſe in acceſſione quam in principali. Sed
174 iam in rationem † diuerſitatis inquirendum, quare vſusfructus alluuionis vſufructuario accedat, non etiam inſulæ? Quia non ſufficit caſus diuerſificare, niſi quoque reddatur ratio diuerſitatis. *gl. in l. ſed. et ſi, §. item, de petit. hered.* Ea quidem à diuerſitate incrementi vniti & ſeparati vulgo deſumitur, ſed eius quoque ra-
175 tionis † ratio exigitur. Quam Philoſophi ætiologiam vocant. *Senec. epiſt. 95.* Quare in vſufructu id obtineat, in aliis non, vbi inſulæ vtilitas fundo principali accedit, vt per exempla deductũ
176 *Bapt. † Parmenſ. lib. 2. de alluu. 5. num. 4.* rationem aliquam à ſeruitute reali petit, quoniam, inquit, ſi ſeruitus realis non porrigitur ad incrementum euidens inſulæ, multo minus ſeruitus perſonalis extendetur, cum illa & facilius prorogetur, & difficilius amittatur, quam hæc, *arg. l. 20. §. 2. de ſeru. vrb. Eadem ratione nititur lib. 2. ca. 23. §. 1. num. vlt.* Sed ne ſic quidem appetitus ſatiatur. Et Parmenſis præſuppoſitum non vno latere claudicat. Nam præterquam quod *d. l. 3. §. 2. de aqua cott.* non de qualibet ſeruitute, ſed tantum
177 de † aquæductu agit, etiam ſpecialem rationem habet, cur iſta ſeruitus ad flumen per ſaltum transpoſitum porrigi non poſſit,
178 quia in † ruſticis prædiis intermedius locus ſeruitutem impedit. *l. 3. §. 2. de ſeru. ruſt. l. 14. §. 2. de ſeruit. l. 14. in fi. de adim. leg.* Quod licet in prædiis vrbanis ita ſe non habeat, *l. 8. pr. de nou. oper. nunc. l. 4. §. vlt. l. 5. ſi ſeru. vind.* tamen vix eſt, vt caſus aliquis fingi poſſit, quo

ſeruitus

seruitus ex continente dominante ad insulam seruientem porrigi possit. Nisi insulam impropriè pro ædibus accipias, *vt in leg. 19. de vsufr.* Itaque vt vt insula seruitutem realem non facile recipiat, tamen nō ideo quoq; seruitutis personalis est incapax. Ratio † tū generalis esse debet, vt ad omnes seruitutes referri possit, 179
cur hę ad incrementa vnita tantum pertineant, non etiam ad separata, licet per rerum naturam pertinere possint. Eam non aliam dare possumus, quam quod seruitus † omnis odiosa est, *l. 122.* 180
de R. I. vnde quęlibet res libera potius quam serua præsumitur, *l.* 181
20. de R. I. c. sciendum, quib. mod. feud. constit. allodialis † potius quam 182
feudalis, *Clar. lib. 4. sent. § emphyt. Bald. cons. 159. vol. 3. different. Saxon. p. 2. diff. 46. num. 16* censitica potius quam emphyteutica, *Moll. ad constit. Saxon. lib. 2. cap. 40.* ex titulo minus oneroso † possideri *Moller. ibid. cap. 41. n. vlt.* Et quæ huiusmodi plura sunt. Itaque cum in- 183
sula in flumine vel mari nata, nec lege, nec pacto, nec præscriptione, aliisue modis seruituti supposita sit, non est naturæ † conuenie- 184
ens, vt à primis statim incunabulis seruitutis iugo innodetur, *contra cap. 7. dist. 1.* licet in alluuio incremento id fiat propter indiuiduitatem, *d. l. 9. §. 4. de vsufr.* iuxta illud: aliquid mali propter vicinum malum. Hinc est, quod indefinita † locutio in fauorabi- 185
libus tantum ad futura extenditur, non etiam in odiosis. *Socin. in reg. 34. Alciat. in l. 125. de V. S. Anchara. lib. 1. famil. quæst. 2. per cap. odia, de R. I. in 6. l. 4. C. de iure fisc.* Et quod de principali statutum ad accessoria non pertinet, in materia † odiosa & exorbitanti, *l.* 186
fin. §. fin de cond. in tc. Crauet. cons. 345. num. 4. vol. 3. Ex quibus facile est, ad illam quæstionem respondere, an si cui seruitus † pa- 187
scendi pecoris in continenti debeatur, ea etiam ad insulam postea natam porrigatur? Si ad regalia pertineat insula, quæstio locum non habet, quia tum seruitutis † prorsus est incapax. *arg.* 188
leg. 1. comm. præd. §. ideo, Inst. de seruit. Si iure communi prędio accedat, videtur etiam seruitus seruituti accrescere, *leg. 33. in fi. de vsufr.* eo magis, quod cuilibet licet pascere pecora in locis incultis † & saltuosis, & sic etiam in insulis nuper natis & ad culturā 189
nondum

nondum redactis, *secundum Ioh. Andr. Hostiens. & Abb. in c. dilecti extr. de arbitr. arg. l. 2. §. 30 ne quid in loc. publ. text, art 47 li. 2.* Landr. *Diff. Iuris Saxon. p. 2. differ. 35 in pr.* Verum si quidem id bona dominorum gratia fiat, est quod vtentes, ipsorum liberalitati acceptum
190 ferant. *Nou. Leon. 56. in f.* Quod in Frisiæ† littoribus ac insulis incultis fere contingit. Si iure seruitutis id postulent, audiendi nõ sunt, tum ex generali ratione, qua seruitus ad augmentum separatum non extenditur, *l. 9. §. 4. de vsufr. l. 3. §. 2. de aqua cottid.* tum
191 etiam quia† ius pascendi certos terminos habet, vltra quos non porrigitur, *gl. lat. in d. art. 47.* vt eo respectu agri seruientes, quasi pro limitatis haberi possint, quibus insulæ non accedunt. *l. 1. §. 6. de flumin.* Atque ita responderunt *Impp. in l. 12. C. de seru. & aqua. vbi*
192 *eam optime explicat Dion. Goth.* Neque enim extendenda est† seruitus ad aliam partem, quam in quam acquisita est, *l. 24. de seru. rust.* neque ampliore modo ea vtendum est, *l. 1. §. 15. eod.* neque pluribus pecoribus, *d. l. 1. §. 17. eod.* quia obligatio respectu certæ rei cõtracta, re crescente, non crescit obligatio, *l. 69. de cont. emt. l. 22. §. 15. cuius, mand. l. 4. C. de iure fisci lib. 10.* Vnde seruitus pascendi cen-
193 tũ oues præscripta nõ extenditur ad augmentum† ouium. *l. 1. §. Iulianus, & ibi gl. B. rt. & Dd. de itin. act. Schneid. Inst. de seru. rust. n. 31.*
194 Quod vero in locis incultis† pascere licet, id ideo fit, quia vsus eorum cuiuis facile permissus videtur, *arg. l. 8. C. de omni agro des.* à dominis eorum, *de quibus cap. 11. n. 50.* quamdiu vel sepibus & ag-
195 geribus inclusa, vel etiam banno & interdicto munita† non sunt. Id enim si fiat, ingressus prohibitus censetur, *d. differ. 33.* sicuti nec venari licet in banno, syluestri id est loco munito, vulgo Gehäg/ *l. 6 de seru. rust. §. 5. Inst. de leg. Falcid. Gail. 2. obs. 7. Moll. ad constit. Saxo.*
196 *lib. 2. cap. 28.* Quales olim tres saltus† in Saxonia fuerunt, *art. 61. li. 2.* Landtrecht. *Heig. 1 q 15. n. 23. late* Noe Meurer von Forstrecht *p. 7. §.*
197 Wie ein Gehäg der wilden Thier &c. Item flumina† bannalia, in quibus piscari non licet, *Claud. Molinville. ad regias aqua. const. 2. art. 89.* atq; hæc generalia de generali accessionis titulo etiam copiosissimo sufficient.

CAP.

CAPVT XXVII.

De agris limitatis publicis & Ecclesiasticis.

SVMMARIA.

1 *Agri limitati accessiones non recipiunt.*
2 *Incrementa agri limitati occupantis fiunt.*
3 *Limitati agri etiam in mare desierunt.*
4 *Explicatio l.16.de acquir.rer.dom.*
5 *Parmensis opinio approbata.*
6 *Agri veteranis assignati.*
7 *Limitati agri vnde dicti?*
8 *A limitaneis differunt.*
9 *Omnium ratio reddi non potest.*
10 *Cuiacij opinio reiicitur.*
11 *Mos limitandi apud Romanos.*
12 *Ager decumanus.*
13 *Parmensis dubitatio.*
14 *Censitores quinam?*
15 *Limitati agri decrementum non habebant.*
16 *Vera ratio redditur.*
17 *Subseciua & extraclusa quaenam?*
18 *Ager occupatorius occupanti relictus.*
19 *Habet ius alluuionis.*
20 *Differentia agri occupatorij & limitati.*
21 *Ager ciuitati concessus.*
22 *Pro limitato non habetur.*
23 *Limitatis agris via addita.*
24 *Limites agrorum perui.*
25 *Via in modum agri non cedebat.*
26 *Via adimit incrementum vicinis.*
27 *Quare accessio occupanti concessa.*

28 *Loca publica an augmenta recipiant?*
29 *Omnia loca augmentum recipiunt, quibus id non est vetitum.*
30 *Campus Martius recipit augmenta.*
31 *Flumina censitorum vices sustinent.*
32 *Flumina etiam ex publico in publicum addicunt.*
33 *Loca publica sunt Reipubl.*
34 *Quod commune est, quodammodo meum est.*
35 *Curtij senioris sententia proba.*
36 *Via publica an augmenta recipiant.*
37 *Explicatio l. 38. de A.R.D.*
38 *Parmensis explicatio reiicitur.*
39 *Via publica non unius generis.*
40 *Itinera publica quaenam?*
41 *Superficies terrae à flumine ablata.*
42 *Via ambesa vicinis non accedit.*
43 *Via publica impedit alluuionem aliis.*
44 *Non sibi ipsi.*
45 *Exceptio confirmat regulam.*
46 *Cuiaciana correctio textus.*
47 *Inutilis quaestio non excutienda.*
48 *Vrbana praedia incrementa recipiunt.*
49 *Item loca Ecclesiastica.*
50 *Res Ecclesiasticae seruitutem non admittunt.*
51 *Alluuio plerumque fauorabilis.*
52 *Limitati agri hodie non sunt.*
53 *Agri ad mensuram concessi an sint limitati.*
54 *Mille mansi in feudum concessi.*
55 *Fundus ad mensuram venditus augmenta non recipit.*
56 *Mensura taxationis vicem obtinet.*
57 *Mensura vel taxatiue vel demonstratiue adhibetur.*
58 *Agri metati & immetati oppositi.*
59 *Limites quid faciat?*
60 *Contraria sententia verior.*
61 *In dubio venditio sit ad mensuram.*

62 Ven-

62 *Ven litio admensuram quatenus sit conditionalis?*
63 *Littora aggeres, & via publica adimunt incrementa priuatis.*

QVÆ de accessione incrementi latentis & patentis dicta sunt, ea locum non habent in agris limitatis, † 1 quia hi nec alluuionis ius, *l.16.de A.R.D.* nec insularum incrementa recipiunt, *l.1.§.si insula, 6. de flumin.* hoc est accessiones nullas admittunt, sed ea† occu- 2 panti relinquuntur, perinde vt res aliæ, quæ nullius in bonis sunt *§.fera, Inst. de R.D.* Quod an in flumine tantum, an etiam in mari obtinuerit, dubitari potest, eo quod *Vlpia.in d.l.1.§.6* fluminis tantum mentionem faciat. Sed cum certum sit, limitatos agros etiã † in mare desiisse, *arg.l.3.§.1.de locis & itin.publ.* Consequens est hic 3 quoque fluminis appellatione mare includi, *supra.cap.18.num.95.* præsertim cum iure ciuili insulæ marinæ occupanti pateant, etiamsi agri limitati non sint, *l.7.§.3.de A.R.D.* Duo autem hic potissimum in quæstionem veniunt, primum quinam sint agri limitati, deinde cur illi augmenta non recipiant? De primo tot sunt Dd. sententię, quot fere capita, dum singuli *leg.16.*† *de A.* 4 *R.D.* pro suo arbitrio vel explicant, vel emendant. *v. Donell. 4. comment.27.Conan.lib 3.comment.5.Cuiac.2.obs.9.& li.10.obs.2.Gifan. & Goth.in d.leg.16.Idem Gothof.in leg.20.§.1.de capt.& post.P.Faber.2. semest.4.Forcat.in Necyom.dial.18.Alciat.1.prætermiss.& lib.1.parerg. 38. Valasc. de iure emphyt. 16. numer. 10.* Placet Bapt. Aymi Parmens.† sententia *lib. 1. de allun. 17. quam etiam probat Gœdd. in* 5 *cons. de alluu. maris numer.382. Hakelm.illust. quæst. disput.19.th.7.in fi.* Is autem ex Sigonio de antiquo iure Italiæ deducit, quomodo à Romanis coloniæ deductæ ac Veteranis† agri hostiles 6 in præmia assignati sint, *de quibus est in leg. 1. de euict.leg. 15. §. 2. de R. V.* Et quidem sub certo modo mensura & forma in æs incisa ac in tabulam publicam relata *leg 8. ad L. Iul. petul. Cuiac. 10. obseru. 2. Brisson. 4. select. 5.* Vnde limitati dicti † sunt, *quod ex Siculo Flacco, Iulio Frontino, Ag-* 7 *geno Vrbico, Hygeno & aliis latissime deducit Parmens. d.7. loc.*

Quæ huc non transscribimus. A quibus tamen multum differunt
8 agri † limitanei, *de quibus est in l.1.l.3.C.de fundis limitroph.Cuiac.in ru
br.eo.leg.13.C.de fund.patrim. Vt in eo fallatur Forcat. in Necyom. dial.
18.* De secundo, quare limitati isti agri accessionem non reci-
piant, putauit *Bart.in Tyberia.p.1.verb.quæritur,* non esse quæren-
dam rationem, postquam habemus expressam legis determina-
9 tionem, cum constet, non omnium, † quæ à Romanis constituta
fuerunt, rationem reddi à nobis posse, *l.non omnium,ff.de legib. Cu-
10 iac.8.obs.12.* Idem Cuiac. † ideo id factum dicit, quod agri sint
limitibus diuisi & circumscripti, certam terræ mensuram conti-
nentes, *lib.2.obs.9.& ad tit.Inst.de R.D.* Atqui si enulli vel pauci
11 agri Rom. accessiones reciperent, cum fere † omnes limitati es-
sent. *tot tit.fin.reg.Frontin.fals.mod.& de term.mot.De quibus Plin.li.18.
nat.hist.33.& seq.* Stantibus ortus a sinistro humero, contra me-
diam faciem meridies, à vertice septentrio erat. Is limes cardo
dicitur. Per hunc vmbelicum currens transuersa linea ab ex-
ortu æquinoctali ad occasum æquinoctialem, hic limes decuma-
nus dicebatur &c. *Cuiac.d.lib.10.cap.2.& lib.2 cap.9.Parmens.d. cap.
12 17.* Ita agri † decumani sæpe meminit Cicero in Verrin. & pass. I-
taque sicut Parmensis Cuiacii rationem non probat, ita nec ipse
13 certiorem afferre potest, nisi quod dubitanti † calamo hanc in-
terim suggerit, constitutum id fortassis à Romanis ideo fuisse, ne
formarum seu tabularum exacta descriptio alluuionis mutatione
alteraretur. Atqui id à Romanis prohiberi non magis potuit,
quam decrementi quotidiani damna auerti, quo non hominum
14 sed fluuiorum & maris, vtpote supremorum censitorum † in po-
testate erant. *d.l.30.§.pen.de A.R.D.* Nam licet decrementum a-
15 gri † limitati dominos & possessores non percelleret, quia repe-
titionem è publico habebant, ex quo formis per centurias cuiq;
adscriptus erat modus, *vt ait Aggenus Vrbicus*: tamen si ipsas for-
mas agri irrumperet fluuius, necesse fuit ipsas in libro censuum
mutari atque aliunde suppleri, *l.pen.C.de alluu.l.4.§.1. de censib.* I-
16 taque hæc videtur & mens † & ratio Cuiacij fuisse limitatos istos

agros.

agros nunquam in flumen vel mare ita desiisse, quin semper re-
manserit spacium aliquod, quod subseciuum † & extraclusum 17
vocabatur, à subsecante linea, *Cæl. Rhod. lib. 4. antiq. lect. 3. in fi. ex
Aggeno Vrbico rectius, quam Isidor. lib. 15. etymol. 13. De quibus Sueton. in
Domit. cap. 9.* Subseciua, quę diuisis per veteranos agris carptim
superfuerunt, veteribus possessoribus, vt vsucapta concessit.
Neque enim subseciua tantum in mediis assignationibus, sed et-
iam in extremis finibus centuriæ, quæ expleri non poterant, *teste
Aggeno Vrbico.* Itaque instar erant agri occupatorij † & arcifinij 18
cuius nullum erat æs, nulla forma, quæ possessori publicæ fidei
testimonium redderet. Sed neque limitibus diuisus, nec certa
mensura actus erat, sed tantum discernebatur fluminibus, arbo-
ribus, aliisque terminis, vt agri priuati, *ex Siculo Flacio Cuiac. d. c. 2. &
Parmens. d. cap. 17. num. 9.* Itaque accessiones non minus quam
decessiones † recipiebat. Quod clarissime constat *ex Aggeni* 19
Vrbici loco citato: De alluuione obseruatio hæc est, inquit, si hæc
in occupatoriis agitur agris, quidquid vis aquæ abstulerit, repeti-
tionem non habet. Quæ res necessitatem ripæ muniendę in-
iungit: ita tamen vt sine alterius damno fiat. Si vero in diuisa
& assignata † regione tractabitur, nihil amittet possessor, quoni- 20
am formis per centurias cuique asscriptus est modus &c. oppo-
nit hic Vrbicus occupatorium aliis limitatis agris, atque illum
dicit repetitionem non habere, si decrescat, hosce habere, quia
possessori forma assignata complenda est è publico. Consequen
ter & hi incrementa non recipient, ille recipiet, ex natura rela-
tionis, *l. secundum naturam, de R. I.* Quæ caussa est, quare de occu-
patorio agro non agatur, *in d. l. 16.* sed tantum de aliis speciebus a-
grorum accessiones non recipientium. *Parmens. d. cap. 17. numer.
8.* Neque obest, quod illic quoque agitur de agro mensura per
extremitates comprehenso, qui totus municipio † alicui conce- 21
debatur, ea conditione, vt in ciuitatem veniret, & ad Remp. per-
tineret. *d. l. 16. Parmens. d. lo. numer. 10.* Quia is ideo pro limitato † 22
non habetur, quod vna cum limitibus, terminis, viis, ac ripis, vni-
uersim ciuitati venum exponeretur. Itaque cum in flumen

 vel

vel mare desineret, oportebat eum etiam ius accessionis habere.
23 Vt hæc sit quasi exceptio exceptionis, *in d. l. 16.* Quod si limitatis† agris subseciua nulla supererant versus aquam, relinquebatur tamen ad minimum tantum spacij in ripa vel littore, quod viã præbere posset, *arg. l. 2 §. 21. ne quid in lo. publ. leg. 3. de locis & itin. publ. l. vlt. de seru. rust.* Ita enim Siculus Flaccus testatur limites in a-
24 gris diuisis & assignatis † peruios semper esse oportuisse, tam itineribus, quam mensuris agendis, *Parmens. d. cap. 17. numer. 35.* At-
25 que hoc spacium, sicuti in modum agri † hoc est mensuram singulis assignatam non cedebat, *l. 7. §. fin. de peric. & com. rei vend. Cuiac. d. obs. 2.* ita alluuionem & accessionem omnem limitatis agris
26 trans viam positis † adimebat. *l. Attius, 38. de A. R. D.* Imo ne præscriptionem quidem admittebat. *l. quinque pedum, C. fin. reg. & ib. Alciat. in repet. eius legis. Parmens. d. c. 17. num. 25.* Sed cur, inquis,
27 hoc † incrementum occupanti potius concesserunt Romani, quam iuri publico, cum viæ id adiaceret? Procul dubio ideo, vt à necessitate ripæ muniendæ liberarentur, atque id onus incrementum vindicanti imponeretur, vt ex modo allegato Vrbici loco colligi potest. Alioquin ipsa Respubl. id incrementum
28 etiam futurum præripere occupanti poterat. *supra cap. 10. nu. 46.* Hinc Dd. generalem regulam colligunt: loca publica † sacra & religiosa alluuionum insularumque incrementa non recipere. *Bart. Bald. & Dd. vulgo, quos refert & sequitur Parmen. de alluu. lib. 1. cap. 2. num. 6. & lib. 2. cap. 1. num. 5. & seq.* Quia scilicet nullius in bonis sunt. *l. 1. in pr. de R. D. l. 83. §. 5. de V. O.* Augmenta autem ista non nisi rebus nostris accedunt. *§. praterea, & ibi gl. in verb. nostro, Inst. de R. D.* Atqui ipse Parmens. *lib. 2. cap. 4. num. 3.* hanc regulam ge-
29 neralem constituit, omnia loca ius † alluuionis habere, quibus id expresse ademtum non est, *arg. l. 12. de iudic.* Id autem nullibi in iure nostro locis publicis, sacris, vel religiosis denegatur. Imo expresse tribuitur *in d. l. 16. de A. R. D.* vbi ager vniuersitati concessus à limitatis excipitur. Qui haut dubie publicus fuit, *l. 15. & seq. de V. S.* Quod si prædia publica augmenta recipiunt, *vt concedit Bart. in Tyber. p. 1. verb. nostro,* quid caussæ est, quare alia loca publica

blica non recipiant? Qualis erat † campus Martius in Tyberim 30
desinens? *supra. cap. 10. num. 61.* An verisimile, Romanos, incrementa sibi ipsis inuidisse, cum decrementa auertere nō possent? Testatur id clarissime Iurisconsultus *in leg. 30. §. 3. de A. R. D.* dū
dicit, flumina † censitorum vice fungi, vt ex priuato in publicum 31
addicant, & ex publico in priuatum. Quamuis vero hoc officium aliter interpretetur *Parmens. lib. 1. c. 16.* & textum corrigens pro censitoribus conditores substituat, *contradicente Gifanio in d. l. 30. §. 3. numer. 19. adde Forcatul. dial. 184. num. 2.* tamen nihil vetat,
quo minus flumen † etiam ex publico in publicum addicat, idq; 32
longe facilius, quia in habentibus dissimilem naturam difficilis est transitus. *l. mutuis, pro socio. Parmens. lib 2. cap. 6.* Neque obest,
quod † loca publica in dominio singulorum non essent, quia e- 33
rant tamen in dominio populi, *leg. 14. de A. R. D.* Et nostrum
quoque † quodammodo dicitur, quod commune est. *Zas. Aret.* 34
Alex. & Dd. in l. 5. §. 2. de leg. 1. Alber. Gentil. lib. 1. aduocat. Hispan. 1. Et potest idem esse meum & tuum *Senec. 7. de benef. 4.* Recte ergo
sensit *Curtius Senior † in cons. 56.* alluuionem operari etiam circa ea, 35
quæ sunt iuris publici : ita tamen vt ipsum incrementum iuri quoque publico adiiciatur. In eoque male reprehenditur à Parmensi *lib. 2. de alluu. 1. numer. 4. secuto doctrinam Bart. in Tyberi. p. 1. verb. nostro, & in verb. flumen.* Non obstat etiam *lex Attius, 38.*
de A. R. D. ex quo colligunt, vias publicas † alluuionem non reci- 36
pere. Quia quodammodo limitatam mensuram continent, quam egredi non debent. *l. via latitudo, de seru. rust. Vt hanc rationem reddit Parmens. lib. 2. cap. 6. num. 1. 33.* Sed hæc conclusio fal-
sæ interpretationi *d. leg. 38.* † *innititur.* In qua præsupposito vi- 37
am non in flumen desiisse, *vt in leg. vlt. de seru. rust.* sed ad latus fluminis in longum porrectam, *vt in l. 30. §. 3. de A. R. D.* rectissime tres vici constituuntur *à Parmensi d. lib. 2. cap. 23. §. 1. numer. 1.* Primus est Attius siue Martius ; cuius ager secundum siue intra viam publicam situs, ab initio flumen non attigit. Secundus Lucius Titius intra viam & flumen constitutus. Et tertius *ἀντιπέραν*, puta Sempronius, qui trans flumen prædia

possedit.

possedit. Primo omnium flumen Lucij Titij intermedium agrũ, vna cum via publica sustulit, & per eum alueum suum direxit, Attij proximo agro idem periculum minitãs. Quo ipso Sempronio trans flumen prædia habenti, Titij ager per alluuionem adiectus. Postea mentem mutauit flumen, & in priorem alueum rediit, incremento transuerso vicino Sempronio rursus ablato. Hoc ergo incremẽtũ primũ Titij, deinde Sempronij agro detractũ, nunc Attii agro adiicitur, quia eius fundus hodie flumini ꝑximus est. Sublatũ est enim obstaculũ & Titii ager & via publica, quæ antea intercedebant. Hactenus recte. De via quæritur, an illa quoque æque vt Titii ager in partem incrementi cedat? Et videtur respondere Alphenus, id quod publicum fuisset, nemini accesisse, neque vicino trans flumen, neque Attio sed publicum
38 mansisse. Ita eius responsum accipit † Parmensis *d. cap. 6. numer. 19. numer.* 30. A quo merito quæras, quomodo via publica mansisse dici posit, quæ non amplius in rerum natura erat? Nam si ea Iurisconsulti mens fuisset, viam partem fundi non dixisset. Præ-
39 supponendum est ergo, non fuisse eam † viam publicam regiam, cuius & solum publicum est, *de qua est in l. 2. §. 21. ne quid in loc. publ.* sed viã vicinalẽ, quæ & ipsa publica dicitur. *d. l. 2. §. 22. l. 3. de locis & itin. publ. Senec. 5. de benef. 24. in fi.* Et in seruitute per alienum fundũ cõsistere potest. *d. l. 2. §. 23. ne quid in loc. publ. l. 3. de via publ. & itin. l. 1.*
40 *§. 3. de via publ. & si quis.* Quæ propterea proprie itinera † publica dici videntur, ac viis publicis coniunguntur, *rubr. & leg. 1. de locis & itin publ. rubr. de via publ. l. 2. §. 20. §. 31. & §. vlt. ne quid in lo. publ. & pass.* Et de tali via publica, determinata tamen per certam partem fundi, *iuxta l. 13. §. 1. de seru. rust.* agi *in d. l. 38.* constat ex verbis Alfeni, quibus dicitur flumen Lucii Titii agrum ambedisse,
41 id est superficiem † terrę, quæ alibi summa terra dicitur, *in l. 24. §. 2. quib. mod. vsusfr. am.* abrasisse, & viã quæ prope Attii fundum sustulisse ac inutilem fecisse. Quippe quæ sublato fundo iam non amplius existebat *l. 1. comm. præd. §. ideo. Inst. de seru. præd. rust.* Sed neque impedimento fuit, quo minus ager Lucii Titii primum Sempronio &

pronio & postea Attio accesserit, quod ipsa quoque via pars & seruitus esset. *d.l.38.l.4.de vsufr.* Quod aliter se haberet, si via regia fuisset, cuius ipsum quoque solum publicum erat. *d.l.2.§.2.ne quid in lo.publ.* Neque tamen ipsa via vel Sempronio vel Attio accessit, sed in incremento † adiecto perdurauit, saltem vtilitatis publi- 42
cæ ergo, qua receptum est, vt vel restituatur seruitus viæ, *leg.14. de seru.quemad.amit.l.24.quib.mod.vsufr.amit.l.30.§.3.de A.R.D.* vel à vicinis proximis alia præstetur. *d.l.14.§.vlt.* Quamuis ergo via publica † intercedens impediat accessionem agro trans viā po- 43
sito, *d.l.38.* perinde vt & seruitutem impedit, *l.14.§.2.de seruit. leg.1.de seru.vrb.l.7.in fi.de seru.rust.quo argumento Accurs. vtitur in d.l.38.* non tamen impedit accessionem † sibi ipsi, hoc est, iuri publi- 44
co. Quod inde quoque confirmatur, quod ex quo incrementa viis ac terminis agrorum limitatorum accedentia occupanti concessa sunt, quia quodammodo pro derelictis habita videntur vt dictum, aliis viis publicis tacite reseruata censentur, quia vnius inclusio est alterius exclusio. *l.maritus,21.C.de procur.l.12. & ibi gl.verb.videtur,de iudic.VVesemb.consf.23.num.5.* Et exceptio † con- 45
firmat regulam in casibus non exceptis, *l.nam quod,4.§ fin.l.quasitum,12.§.denique & ibi gl.Bart.& Dd.de fund.instr.late Benekend.ad l.1.memb.5.part.4.numer.23.de R.I.* Eoque referri potest responsum Pauli *in l.3.§.fin.de flumin.* secundum ripas fluminum loca nō omnia publica esse, quasi limitati agri excipiantur. Licet *Cuiac.14 obseru.11.in fi.* nulla adiecta ratione † textum corrigēs negatiuam 46
expungat. Sic ergo hoc falso præsupposito destructo inutilis † est 47
bellissima quæstio, *vt vocat Parmens.lib.2.de alluu.2.in pr.* vtri hoc incrementum viæ publicæ acquiratur, an transuerso vicino iure accrescēdi accedat, an vero occupanti pateat. In qua Bart. *in verb. qui ab vtraque,* vicinis æquior est, quam Parmens. in occupantem propensus, qui in eo quoque ridiculus est, quod locis viisque publicis incrementa denegat, plateis ac foro concedit, item vrbano † prędio, vt ædificio, *lib.2.cap.4.numer.4.* Recte iure ciuili, cū 48
ædificium in littore maris, vel ripa fluminis positum est, *vt in leg.vlt.de flum.l.52.de contr.emt.l.51.§ fin.de act.emt.* Aliud iure feudali,

quo incrementa hæc ad regalia pertinere sæpius diximus. Con-
49 sequenter etiam loca Ecclesiastica,† vt prædia, templa, cænobia
cœmiteria &c. incrementa recipient, quia his nullibi vel in iure
Canonico vel ciuili adimuntur, sed potius tacite relinquuntur. *c.
cum M. Ferrariensis, 9. & ibi CC. extra de constit.* Neque hic pro-
cedit argumentatio Accursii *in d. l. 38. de A. R. D. qua & Parmensis
50 abutitur lib. 2. cap. 1. num 5.* à seruitute, quam res † sacræ non reci-
piunt, *l. si prius, §. sed de locc. de aqua plu.* ad alluuionem, cum illa sit
51 odiosa, hæc plerumque† fauorabilis & lucrosa. Quam legisla-
tores Ecclesiis inuidisse credibile non est, *l. 42. de relig. & sumt.* Et
alias ab odioso ad fauorabile non bene arguitur. *Eberhard. in loc.
52 79. num. 44. & seqq.* Cæterum cum hodie limitati † agri, qui a-
pud Romanos fuerunt, ab aula recesserint, *c'e.risio d. l. 16. de A. R. D.*
non amplius locum habet. Tantum quæritur, si propter iden-
53 titatem ad alia loca mensurata † applicari debeat? Quod puta-
runt veterum nonnulli, *rg. l. Rutiliæ, 69. de contr. emt. l. 13. §. 14. de act.
emt. Sicut: & FF. vt Bald. Iason. Iacob. de Ardizo, Andreas de Isern. Matth.
de Afflictis, Præpositus, Aluarot. & alij in d. §. si quis de manso, 2. F. 4* i-
deo dominum incrementum futurum tacite sibi reseruasse vo-
lunt, quia prædium sub certa mensura in feudum concessit, puta
mille iugerorum, *vt in l. 64. de euict.* Quomodo Adalbert. Archie-
pisc. Bremens. Magno Duci Saxoniæ obtulit beneficium de bo-
54 nis Ecclesiæ, mille † mansos & amplius. *Albert. Abbas Stad. in chron.
fol. 130.* Et pertinet huc distinctio quorundam, de augmento rei
55 retrouenditioni obnoxiæ, vtrum venditio facta † sit ad corpus
vel ad mensuram, quasi hoc casu emtor nihil lucrari debeat, *Zoa-
net. de retrouend num. 128. Fachin. 2. cor. tro. 6. vers. secunda est opinio. cap.
56 praced. num 151.* Certa enim mensura,† quasi pro conditione & ta-
xatione est *l. cum certus, 5. de tritic. vino oleo. Bald. in l. 25. §. 5. de contr.
emt. l. 10. §. 1. de peric. & comm. Et maxime huc facit l. 13. §. 14. de act. emt.*
Taxatio autem pro negatione. *Eberh. lo. 79. num. 25.* Qua ta-
57 men in parte interest, vtrum † mensura taxatiue adiiciatur, an de
monstratiue, illud fit, cum ab ipsa mensu a contractus initium
sumit, hoc cum à corpore *Pinell. in l. 2. part. 3 cap. 2. num. 2. & seq. C.
de re-*

de rescind.vend. Alber.Gentil.lib.2 aduoc. Hispan.19. Couar.tom.2.pract. quaest 3.vbi d.l.13.§.14.de act.emt. de agro ad corpus,non ad mensuram vēdito accipit. Facit quod agris limitatis & † metatis opponitur im- 58
metati ac sine mensura culti. *Horat.lib.3.carm. 24.* Immetata quibus iugera liberas fruges & Cererem vehunt. *Virg.1.Georg.*

Nec signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat.

Limites vel per vias publicas † vel per lucos designātur, *l.7.§.fin. de peric.& com.* quales sunt arbores terminales, *Paul 5.sent.21.§. 2.* 59
vel etiam per lapides, *l.11.l.12.fin.reg.* Vt propterea ad mensuram venditi, cum limitatis non absimiles sint, eandem quoque iuris conditionem subire debeant, *in l.16.de A.R.D.* Sed hanc doctrinā † merito reiiciunt *Gars.in tract. de expens.cap.22.nu.43. Albert.Brun. de augment.concl. 6.num.1. Parmens.lib.2.cap.11. Consil. Marpurg.vol. 2.cons.14.num 5. Gædd.in cons.de alluu.maris.num.382.* quia sic nulli vel pauci agri accessiones reciperent, cum vt plurimum ad mensuram veneant. Vnde etiam in dubio † venditio ad mensuram facta censetur, quasi contrahentibus minus praeiudicialis. *Decius cons.500. Alberic. Gentil.d.cap.29.* Cuiusmodi fundus, licet ante mensuram † sub cōditione venditus censeatur, *l. quod saepe, §. in iis, de contr.emt.* ea tamē impleta cōditio exspirat, *Parmens.d.lo.* Quod vero *Gædd.d.lo.& ad l.96.num.5.de V.S.* littora, aggeres † & vias publicas priuatorum agris augmenta non adimere putat, *id d.l.38.de A.R.D.* & in Frisia quotidiana obseruantia satis refellit, *de qua supra cap.11.* Vt sic agri priuatorum intra aggeres pro limitatis haberi possint. De quibus vt hic pluribus agamus, operę pretium non est.

(margin numbers: 60, 61, 62, 63)

CAPVT XXVIII.

De conseruatione & augmentatione Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Amissio acquisitioni contraria.*
2 *Amissio acquisitione facilior.*
3 *Conseruatio an sit difficilior acquisitione?*
4 *Ratio quare conseruatio difficilior?*
5 *Retentio acquisitione facilior.*
6 *Defensio etiam diabolo datur.*
7 *Rei partes semper fauorabiles.*
8 *Conseruatio rerum difficilis.*
9 *Conseruatio à Deo dependet.*
10 *Munitio insulæ dupliciter fit.*
11 *Moles lapideæ.*
12 *Pilæ columnis apposita.*
13 *Romani ligneis operibus rarius vsi.*
14 *Obstructio portus Brundusini.*
15 *Capreæ munita.*
16 *Portus Iulius.*
17 *Cronenburgum vrbs & arx Daniæ.*
18 *Munimenta terræ contra fluuios.*
19 Wehren, *VVirrha, Visurgis.*
20 Damme *aggeres.*
21 *Epocha marina.*
22 *Aggeres inundationi oppositi.*
23 *Aggerum inuentio cui tribuenda.*
24 *AEgypti munitio.*
25 *Aues aggerum struendorum magistræ.*
26 *Aggesta Coptica quænam?*
27 *Aggeres Tyberini.*

28 *Germania*

28 *Germania olim aggerum expers.*
29 *Tumuli contra æstum exstructi.*
30 *Aggeres Rheno impositi.*
31 *Aggeres Frisiæ quando cœpti.*
32 *Aggeres Oceani.*
33 Kayen / Teichen / Tammen.
34 *Vrbes Hollandiæ ab aggere denominatæ.*
35 *Aggeres viarum vsum præstant.*
36 *Ægypti incrementa.*
37 *Aggerum administratio ad regalia pertinet.*
38 *Iuri aggerum etiam incrementa maritima cohærent.*
39 *Curator riparum Tyberis.*
40 *Munera Principum hereditaria.*
41 *Comites Oldenburgici S.R. Imperij architecti.*
42 *Curatores aggerum in Frisia.*
43 Teichrecht / Spatenrecht.
44 *Lex Frisica de reparandis aggeribus.*
45 *Publica vtilitas legem duram sustinet.*
46 *Aggerum necessitas in Frisia.*
47 *Aggerum sumtus necessarij.*
48 *Aggerum ruptorum pœna.*
49 *Clades aggerum ruptorum.*
50 *Claustrorum ruptura exitialis.*
51 *Prouocatione maris terram tueri.*
52 *Munitio an cum damno vicini fieri possit?*
53 *Damnum vel ex proposito, vel ex euentu caussatur.*
54 *Modicum damnum non attenditur.*
55 *Claustra aquam exhaurientia.*
56 *Catarracta Danubij & Nili.*
57 *Claustrorum necessitas.*
58 *Claustrorum curatores.*
59 *Aquileges artifices aquæductuum.*
60 *Controuersia de situ claustrorum.*
61 *Leges de claustris.*

62 *Conseruatio augmentationi conducit.*
63 *Insulæ ex corriuatione nata.*
64 *Irrigatio pinguedini potissimum inseruit.*
65 *Nili duplex operatio.*
66 *Superluuio in locis depressis obtinet.*
67 *Alluuies, eluuies pro aqua limosa.*
68 *Alluuio etiam superluuionem includit.*
69 *Obstructio aquæ insularum productioni vtilis.*
70 *Instrumenta hydraulica siccationi inseruiunt.*
71 *Agri exsiccati rosei.*
72 *Sirmiensis palus exsiccata.*
73 *Agri exsiccati in emphyteusin concessi.*
74 *Biltanus ager emphyteuticus.*

ACTENVS modos acquirendi satis prolixe enoda-
uimus, per quos in dominium nostrum redigantur
insulæ. Quibus ex aduerso respondent modi amittē-
1 di,† per quos rursus è dominio nostro euadunt. *l. fin. de legib.* Quod plerumque contingit iisdem modis in
contrarium actis. *l. 35. l. 153 de R. I. c. 1. extra eod.* Et quidem longe fa-
2 cilius † amittuntur, quam acquiruntur insulæ, quia solo animo
possessionem amittimus, sed non acquirimus *l. 3. §. 6. de acquir. poss.* Itaque conseruatione & retentione opus est, quia frustra acqui-
rimus nisi & conseruemus. *l. 1. §. 1. ne vis fiat ei. l. 2. §. 13. de orig. iur.* De
3 hac ambigitur vtrum acquisitione facilior vel † difficilior sit. Posterius Politici statuunt, quia difficilius conseruamus, quam acquirimus, *vt per exempla demonstrat Camerar. lib. 2. subseciu. 50. Claudia.* plus est seruasse repertum, quam quæsisse nouum. *Florus lib. 2. ca. 17.* plus est prouinciam facere, quam retinere. Mimus, Fortunam citius reperias quam retineas. *Curt. lib. 4.* Facilius est quædā vincere quam tueri, quæ hercle expeditius manus nostræ capiunt, quam continent. Eoque Martinus Schenkius Capitaneus obiicienti quod vrbes capere posset, retinere non posset, respōdit, capere esse Ducis, retinere Regis. *Meteran. in hist. Belg. lib. 20.*

Ratio-

Rationem † reddit *Aretin lib.3.de bell.Goth.* Quia in acquirendo 4
ignauia possidentis sæpe plus confert quam virtus. Tueri autem
quæsita sine propria virtute nemo potest. *Aliam Iornand. in pr. de
regn. success. Breuiter Florus d.lo.* Prouinciæ viribus parantur, iure cō-
seruantur. *plura Hering. de fideiuss. cap.7. num.*213. Prius ICti ample-
ctuntur, quia facilius datur retentio, quam de nouo acquisitio, 5
*gl.& Dd. in l.1. de pignor. Gilman. 1. decis. Camer. 50. num.*38. Et meli-
us est non soluere quam solutum repetere. *supra. cap.26. numer.*79.
Quo pertinet Accursii dicterium: melius est vnum tene, quam
decem cape. Ad conseruationem dominij pertinent exceptio-
nes, *l.52. de A.R.D.* possessionis: interdicta retinendæ, *l.1. § fin. de in-
terd. §.4. Inst. eod. l.1. uti poss. Menoch. de acquir. vel amit. possess.* Et ge-
neraliter quidquid ad defensionem facit, quæ adeo fauorabilis
est in iure, vt ne Diabolo † quidem denegetur, *Rota Rom decis.16.a-* 6
*lias.364. incip. cum iura clamitent. num.3. de dol. & contum. & decis. 15. a-
lias 201. de procur. in nouis. Chilian. Regul. in pract. cap.8. numer.*1. Hinc
tam rei, † quam possessoris (qui in realibus in eadem persona cō- 7
currunt, *l.1. §.6. vti possid. l.14. de precar.*) partes semper sunt fauora-
biles, *l.125. de R.I.* illius conditio melior, *l.42. de R.I.* illi magis fa-
uetur, *c.11. eod.* citius absoluitur quam condemnatur, *l.4. C. de e-
dend* præsumptionibus iuuatur, *c. vn. de sc. ntin. in ord. faci.* & in du-
bio pro illo pronunciatur, *c. in pari. 65. de R.I. in 6. l. 124. leg.126. leg.
128. ff. eod.* Et quæ alia principia iuris huc respiciunt. Itaque Iu-
risconsulti de iure loquuntur, Politici de facto, cuius conseruatio
† difficilior, quam acquisitio, propter varias rerum vicissitudines. 8
Citius enim insulam in iure contra actorem defenderis, quam
de facto cōtra potentem, vel etiam in mari, fluuioue contra Ne-
ptunum. *arg. l.33. §. fin. l.34. locat.* Itaque hęc conseruatio magis
à fauore diuino † dependet. quam à nostra virtute. *VVarem de fœ-* 9
*der. lib.1. cap.1. num.*15. Vt propterea multum huc faciant pre-
ces ac pietas incolarum, per quam omnia prospere eueniunt co-
lentibus Deum, *dicente Ethnico scriptore Liuio. lib. 5. De
qua doctrina post Theologos tractant Politici Lips. 1. polit. 3. P.
Greg. Tholos. lib. 8. de Rep.2. &c.* Quæ autem propriè huc perti-
net,

net, est munitio insularum contra impetum aquarum, *leg.12.de*
10 *mun. & honor. l.31. de damn. infect.* Ea fit † dupliciter, vel pone à latere, vel desuper. A latere muniuntur insulæ contra aquarum irruptionem, vel lapidibus, vel lignis trabibusque immissis, *ut in l.52.*
11 *§.fin.de act.emt.* Illę sunt † moles, siue columnæ lapideæ fundo maris immissæ, quibus pilæ quasi pro fulcris appositæ. *Plin.lib.6.epist.*
12 Saxis deinde † pilæ adiiciuntur. *De quibus Vitru. lib.5.architect.* Cuiusmodi pilas ex ponte Traiani in Danubio superstites refert *Dion Cass. in ipsius vita.* Et similes ex ponte Rheno prope Moguntiam à Carolo M. imposito *poeta Anonym. in epiced. Caroli M.*

Congestæ saxis etenim tellureque moles
Extant elatis flumine verticibus.

Mansit inde Germanicum Pfeiler, sicuti à palis Pfal, sed quæ Saxo magis latine pronunciat. Atque his molibus in operibus ma-
13 rinis vt plurimum vtebantur Romani † in castris & bellica administratione cæspitibus trabibusque. *Plin.lib.35.cap.* 4. Cæspitum natura castrorum vallis accommodata, contra fluminum impetus aggeribus. Quandoque etiam coniungebantur. Cuiusmodi molem atque aggerem ab vtraque parte littoris iecit Iulius Cæ-
14 sar portum † Brundusinum obstructurus. *Cæsar lib.1. de bell.ciuil. Lucan.lib.2.*

——nec rursus aperto
Vult hostes errare freto, sed molibus vndas
Obstruit, & latum deiectis rupibus æquor, &c.

15 Tales Capreę † insula ex aduerso portus Puteolani sita. *Senec.epist.ult.* ab Augusto molibus munita, *Tacit.4.annal. & ib. Lips. in com ment. supra.cap.23 num.21.* Talia etiam fuerunt claustra lacuum Lucrini atque Auerni in Italia, quibus portum immissum muniit
16 Iulius Cæsar. Vnde portus † Iulius ductus. *Suet. in August. c.16. In cuius laudes Virg.2.Georg.*

An memorem portus, Lucrinoque addita claustra,
Atque indignatum magnis stridoribus æquor,
Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso,

Tyrr-

Tyrrhenuſque fretis immittitur æſtus Auernis.
Item lib.9. AEneid. vbi modum immittendi tradit.

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
Conſtructam iaciunt ponto &c.

Meminit pilarum harum Senec. epiſt.77. & deſcribit eas Strabo lib.5. Tacit.14. annal. molium obiectus vocat. Talis hodie arx Regis Daniæ
Cronenburgum † in Zelandia, quam ab Oceano ingentes pali 17
fiſtucato opere ac tranſuerſis lignis firmati, immanibus ſaxis ad
frangendos fluctus interiectis tutam reddunt. *Berth. li.3. comment.*
in Cronenb. In fluminibus munimenta † dicuntur, *l.37.§ 1. de relig.* 18
& ſumt. fun. item ſepta, *tt. de rip. mun. L.1. de riuis. Nou. Leo.*104. ſepta
remoratoria *Nou. Leo.*102. Qualia etiam Romæ fuiſſe *tangit Spartia. in Hadrian.* Incilia, *Bart. in l. quo minus, q.12. ff. de flumin.* formulæ,
Boer. deciſ.252. num 5. Clauſtra, *l.17. in pr. de act. emt. l.52. §. vlt. de leg.3.*
Cæl. Rhodig. lib.21. lect. ant.18. Cluſæ, *Bart. in d. tit. de flumin.* Hæc enim
non ſolum in terra ſunt, *ſupra cap.13. numer.15.* ſed etiam in aqua,
fine quidem diuerſo, eodem tamen nomine. Germanis † Weh- 19
ren dictæ à tuendo. Vnde Viſurgis fluuius dictus Weſere, ſiue
vt legit Adamus Bremenſ. Werrha/Wirraha. Cum tamen hic
proprius ſit fluuius in Epiſcopatu Wirceburgenſi, *Vrſpergenſ. in*
chron. fol. (mihi) 266. In iure Saxonico hi quoq; aggeres diciuntur † 20
Tamme. *art.56. lib.2.* Landr. Cuiuſmodi multæ ſunt in Sala Thuringiæ flumine aquam in molendina coarctantes. Quibus addi
poſſunt epochæ marinæ † apud Conſtantinopolim, *de quibus Leo* 21
Imp. in No.56.102. & ſeq. Quæ erant retia in mare extenſa confixis palis. *Cuiac.14 obſ.1.* Imper. πρόθυρα vocat, q. veſtibula ædium, *leg.19 §.1. com. diuid. leg.13. §. fin. de iniur.* Huiuſmodi ergo opera muniunt ripas ac littora, ne ab aqua cottidie abluente damnum patiantur. Deſuper imponuntur † moles terreæ oris maritimis 22
ad excludendum æſtum maris fluminumue. *arg. leg.10. de extraord. crim.* Qui & ipſi ſunt aggeres, ſiue valla fluminum, *vt definit Cepoll. 2. de ſeru. ruſt.37. arg. l.1. C. de Nili agger.* Quod inuentum † 23
Semiramidi Reginæ Babyloniæ vulgo tribuitur. Illa enim per

planiciem aggeres exſtruxit, cum antea Euphrates éam regioné
reſtagnare ſoleret. *Herod. lib* 1. Quos cum adm ratione inſpexit
24 Traianus Imp. *teſte Suida. Reinec. p. 1. in reg. Aſſyr.* Ægyptum† primũ
aggeribus cinxit Seſ ſtris Rex, eo fine vt homines & pecora ab
inundatione Nili tuta eſſent. *Diod. Sicul. lib.* 2. Auxere deinde ſuc-
ceſſores, *vt Iuſtin. lib. 2. ſcribat*, Ægyptum tot Regum, tot ſeculorũ
cura impenſaque munitam, & aduerſus vim decurrentium aqua-
rum tantis inſtructam molibus, vt coli niſi expulſo Nilo non po-
tuerit. Et videntur illi aggerum ſtruen lorum rationem ab a-
25 uibus † didiciſſe, de quarum ſolertia extat hiſtoria, *apud Plin. li.* 10.
cap. 33. quo modo hirundines inſulam Copton , ne laceret eam
Nilus, muniant continuatione nidorum, vt multas in opere emo-
26 ri conſtet. Hæc ſunt quæ aggeſta Coptica † (ſic enim legen-
dum) vocat, ac inter mirabilia Ægypti collocat Sacerdos ille *apud
Apulei. lib. 2. de aſin. aure.* De inſula Tigridis *Dion. Caſſ. in Traian.* ag-
ger erat & vallum, quod Spaſini incolæ vocant, &c. In Italia quo-
27 que aggeres † Tyberi euaganti olim oppoſiti. Eoque nulli flu-
uiorum minus licet, incluſis vtrimque lateribus. *Plin. lib. 3. cap.* 5.
28 Quos Romanorum temporibus in maritimis † Germaniæ non
fuiſſe *recte collegit Lipſius ex loco Taciti. 1. annal.* vbi de æſtu maris agi-
tur: opplebantur terræ, eadem freto, littori, campis facies. Ex his
pluribuſque locis clarum (*inquit Lipſius*) non fuiſſe loco littoris
olim arenarias illas moles, verius quam aggeres, quę Oceanum
29 hodie arcent. Ita maris accolæ† tumulos altos ad experimen-
ta altiſſimi æſtus erigebant, quod de Chaucis ſcripſit *Plin. lib.* 16.
nat. hiſt. 1. Ita Friſones aggeſta terra colles exaltarunt propter Li-
donis & Malinæ (ita vocarunt æſtum & receſſum maris, *ſupra cap.*
2. *num.* 30.) quotidianas eruptiones. *Refert ex martyrologo quod. in
Former. in perorat. aduerſ. Vbbo. Emm.* Extant etiamnum eius rei in-
dicia in Friſię collibus altiſſ. *de quibus Hamelm. in chron. Oldenb. in*
30 *proæm. lit. E.* Cæterum Romani primi omnium aggeres † Rheno
imponere cæperunt. Initium fecit Druſus, à quo inchoatum ag-
gerem coercendo Rheno abſoluit Paulinus Pompeius. *Tac. l. 3.
annal.* Diruit iterum Ciuilis Germanorum Dux. *Tacit. 5. hiſtor.* Sed
& Valen-

& Valentinianus Imp. Rhenum omnem à Rhætiarum exordio ad vsque fretalem Oceanum magnis molibus communiuit. *Marcellin. lib. 28* De reliqua Frisia † non satis compertum habemus. 31 Sed Citra Iadanum Otto, 1. Comes Oldenburgicus *circa A. Christi* 980. aggeribus muniuit, iisque cataracta subiecit. *Chron. Oldenb. lib. 1. cap. 10.* Vnde versus:

Ampliat hic terræ pomœria, condit hic arces,
Doctus & aggeribus vim cohibere maris.

Talis agger inter Amisiam & Rhenum in † littore Oceani, *de* 32 *quo Tacit. 1. annal.* Angustus is trames, vastas inter paludes, & quondam à L. Domitio aggeratus. Cætera limosa, tenacia graui cœno aut riuis incerta erant. *Ad quem locum Lipsius in comment.* vides ex his similibusque in Tacito locis, inquit, quam vetus in palustribus adgerundæ terræ mos. Quod genus aggeres, † limites, Kaij. 33 Quæ vox etiam hodie Batauis familiaris. Explicant glossæ: Kaij, cancelli, & caiare comprimere. Hæc ibi. Alibi Teichen appellatur nescio an à Græco τεῖχος. Ita enim Homer. Iliad υ. Τεῖχος ἐς ἀμφίχυτον. ad murum aggere cinctum. Vulgo Tammen. *d. art. 56. lib. 2.* Landtr. *Esai. 19. v. 6. in vers. Germ.* Inde sicuti Frisiæ à Werden, id est ab alluuione: *supra ca. 1. num. 15.* ita pleræque vrbes † Hollandiæ ab aggere 34 denominatæ, vt Amsterodamum, Roterodamum &c. *Berth. lib. 3. comment.* siquidem palustris hæc regio non nisi per aggeres peruia est. Qui propterea alicubi etiam † viarum vsum præstant. Et 35 apud Romanos viæ aggeres publici dicti. *Ammian. lib. 18. & ibi Lindenb. in not.* Est enim agger non solum media stratæ eminentia coaceruatis lapidibus structa, *vt definit Isidor. lib. 15. origi. l. vlt. §. 15. de mun. & hon.* sed etiam ex terra aliaq; materia ita aggeratus, vt imber defluat. *Turneb. li. 11. aduers. 6. vbi illud Maronis explicat. 5. AEned.*

Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens.

Atque per hunc exaggerationis modum non minus quam Nili alluuione † Ægyptum creuisse *fatetur Iustin. lib. 2. Vnde Aristot. 1. me* 36 *teor. 14.* partem Ægypti χειροποίητον, id est, manufactum, partem ποταμοῦ ἔργον fluuij opus agnoscit *supra ca. 6. num. 33.* Sicuti autem aggeres iuris publici dicuntur, *in leg. 2. C. de immun. nem. conced. &*

37 *ibi Bart.* ita eorum locandorum ius ac inspectio † ad regalia pertinet, *vt recte docet M. Peregri. li. 5. de iure fisc. 3. numer. 24. arg. l. 1. §. 42. de aqua cottid. l. 12. in fi. de aqua plu.* sicuti etiam ius retardandi flumina ripas muniendi, alueumque purgandi eodem loco habent. *Hotom. in c. quæ sunt regal. Gædd. in cons. de alluu. mar. num. 173.* Quod
38 cum sit onus, † merito annexum habet commodum accessionis extra aggeres, *de quo dictum cap. 11. numer. 55.* Ita in pactis Alberti Comitis Hollandiæ cum Frisiis initis anno 1399. cautum; vt Comes riuorum, aquæductuum, emissariorum, & cum his cohærentium piscationum atque incrementorum summus haberetur dominus. *Emm. lib. 16. rer. Frisic.* Hinc semper potestas statuendi de aggeribus ad superiores pertinuit. Ita Romæ remedium coercendo Tyberi ex Senatusconsulto Ateio Capitoni & L. Aruntio mandatum. *Tacit. 1. anal.* Et constitutus est in eum vsum certus
39 magistratus ab Augusto Cæsare, *Sueton. cap. 37.* Nempe curator † riparum & alueci Tyberis, *vt inscriptiones veteres habent. Lips. in comment. ad 1. annal. Tacit.* Tiberius etiam Quinqueuiros constituit. *Dio. Cass. lib. 57.* Quos titulos vsurpare ne principes quidem pu-
40 duit. Eoque descendit distinctio munerum † inter principes & ciuitates cum titulo dignitatis hereditario, *apud P. de Andlo. li.*
41 *1. de Rom. Imp. vlt. & ibi Freher. in not. ad lib. 2. cap. 15.* Ita Comites † Oldenburgici S. R. Imperij architecti maritimi olim constituti, des Heiligen Reichs Bauwmeister an der Seekante. *Hamel. in chron. Oldenb. p. 1. cap. 13.* Quod ad supremam dignitatem regalium pertinet. A qua inferior magistratus dependet, *in l. 12. de mun. & hon.*
42 *l. 1. §. 17. ne quid in lo. publ.* Quales sunt in Frisia † & maritimis locis curatores aggerum & claustrorum, *de quibus vide Emm. in reb. Frisic. pass. & in Groning. fol. 12.* Qui an notionem tantum, an etiam iurisdictionem cum mixto imperio habeant, cum possint multare & pignora capere *arg. l. 9. de re iud. l. 99. de V. S. l. 3. de iurisd. l. 26. ad munic.* ex cuiusque loci consuetudine petendum est. Et habent
43 illi suas proprias leges, secundum quas iudicant. Vulgo † Teichrecht, *cuius meminit chron. Oldenb. p. 3. fol. 414.* Item Spatenrecht, de

quo

quo chron Oldenb. d. p. 5. fol. 389. quasi dicas ius ligonum, quia ligone aggeri infixo dominium terrę transit. Quo fortean alludit scotatio in Dania *inc. 2. extra de consuet. supra. c. 21. n. 16.* Ex hoc iure aggeres reparare non valens, agros quoque reparanti † aggeres 44
cedere cogitur. Non repugnante iure Saxon *d. art. 56. li. 2.* Landtr. Hoc enim onus, vtpote reale, *l. 2. l. 1. § 3. de via publ. & ne quid.* singulos pro quantitate agrorum respicit *d. l. 2. C. de immun. nem. conced.* Cuius iuris beneficio monasteria in Frisia sæpe magnum agri numerum acquisiuerunt, dum multitudine otiosorum hominum abundantes aggeres repararunt. *Emm. lib 9. rer. Frisic.* Atque eo quoque niti poterat Comes Frisiæ orient. *apud Gædd. in consi. de alluu. maris num. 267. & seq.* Cuius iuris rigor non nisi ex publicæ † vtilitate sustinetur. *l. 51 in fi. ad L. Aquil. l. 3. C. de primipil.* 45
Habet omne magnum exemplum aliquid ex iniquo, quod contra singulos vtilitate publica rependitur. *ait Cassius ICtus apud Tacit. 14. annal.* Quanta enim necessitas † sit aggerum *docet idem* 46
Emmius de Rep. Frisic. inter Lauicam & Fleuum: anniuersarius vniuersæ Frisiæ hostis est Oceanus, inquit, ventis commotus, contra quem instituti sunt aggeres terrei vastæ molis, velut fluctuum obices. Vnde prouerb. vulgare: Mit Teich vnnd Dammen muß man Frießlandt erhalten. &c. Sed & ciuili iure munitiones & exaggerationes inter opera & impensas † necessarias reputatur, quia 47
necessitatem impendendi habent, vtpote ad perpetuam vtilitatem ac incrementum agri, insulæ, prouinciæ pertinentes, *leg. 1. § 7. ne quid in flum publ. l. 1. § 1. de rip. mun. l. 3. l. 14. de impens. dotal. Mascard. de probat. concl. 1041. num. 2. Menoch. de recup. possess. rem. 15. num. 500. Schrad. de feud. p. 2. part. 9. princ. sect. 2.* Quæritur ergo de pœna † 48
aggerum ruptorum, an in hos eadem obtineat, quæ in aggeres Nili constituta est, *in l. vn. C. de Nili aggerib. De qua disputat Capoll. de seru. rust. c. 37. concordat ius Saxon. in gl. art. 16. lib. 2.* Landtr. *num. 9.* wer Teiche abgräbt oder absticht / den soll man brennen / wer Rath da zu gibt / soll ewiglich verweiset werden. Quantum in eo sit † periculi 49
describit Helmold. lib. 2. chron. Slauu. 13. Amoti sunt vectes & ostia,

quibus iampridem conclusum erat mare , & erumpebat
inundans & intentans exitium multis Danorum insulis
& regionibus maritimis &c. Neque minus exitialis est clau-
50 strorum † perforatio , sicuti cataractis à limo ita nomen
habentibus ruptis maxima pars Rustringiæ periit. anno 1218.
Chron. Oldenb. lib. 2. cap. 4. Ubb. Emm. in reb. Frisic. Vt pari pœ-
na horum quoque violatores digni sint. Interim metu hostili sæ-
51 pe ab ipsis incolis perforati † leguntur aggeres, vt sc. mare super-
funderent aduersus terrarum eruptores. *Tacit. lib. 13. annal.* Quod
ad stratagemata bellica referendum *Cuius exempla vide in historia*
Frisica & Belgica apud Emmium & Metcranum. De munitione ri-
parum aduersus vim fluminum(nam in mari locũ non habet)an-
52 ceps est controuersia, si ea etiam cum incommodo † vicini ex ad-
uerso fieri possit: Quod communiter negatur, *l. 1. §. 11. de aqua pluu.*
l. 2. eod. l. 1. §. 3. de rip. mun. Gilman. lib. 2. decis. Camer. 33. Et facit lo-
cus Aggeni Vrbici: Quæ res necessitatem ripæ muniendæ iniũ-
git, ita tamen, vt sine alterius damno fiat. Contra Vlpia. Iuriscon-
sultus *in l. 1. §. 4. ne quid in lo. publ.* alio iure nos vti docet. Vix e-
nim est vt non transuerso vicino noceatur, quando alluuione ex
hac ripa promota ex altera decrementum caussatur. Si damnum
53 † ex euentu contingat, id non attenditur: *d. l. 2. §. 9. de aqua pluu.* a-
liud si ex proposito. *l. 79. de R. I. l. 3. §. 2. de iure fisc.* Quid si modi-
cum saltem sit damnum huius, alterius euidens vtilitas? Hæc
prævalere videtur, *leg. 1. §. 4. ne quid in lo. publ. leg. 2. §. 5. de aqua pluu.*
54 Quia modicum † damnum non attenditur. *l. 25. §. 6. locat.* Ita sen-
tire videtur P. *Fred. Mindan. li. 2. de process. Camer. 38. num. 5.* Quid si
plane fluminis cursus immutetur, *supra ca. 20. num. 84. & seq.* Ea-
55 dem ratio est † claustrorum, per quæ aqua superflua ex terra in
mare subter aggeres eiicitur. Vnde etiam emissaria, & elices a-
quarum dicuntur, *Festus in voce Elices, & ibi Ioseph. Scal. l. 1. §. 9. de a-*
qua pluu. aquæductus, *l. 11. com. præd. 11. C. de aquaduct.* paragogia, *leg.*
10. & ibi Alciat. C. de aquad. formæ, *l. 27. §. 3 de vsufr. l. 1. & ibi Dd. C. de*
56 *aquaduct.* Item † cataracta, *Gen. 7. v. 12.* non qualia in Danubio sunt
de quibus Strab. lib. 7. Suidas & latius Lazius lib. 12. de Rep. Rom. 6. &
ibi Sc.

ibi Stephan. Zamosc.in an.lect.c.1.8. vbi tria esse dicunt, Strudem/ werspel/hessgang/vulgo Schreren item pericula Danubij, *Arnold. Lubecens.lib.2.chron.Slau.4.& 6.* sed qualia in Nilo olim, quibus aqua modo arcebatur, modo admittebatur. *Diod. Sicul.lib.1. Iustin.lib. 2. Plin. lib.5.nat.hist.9.* Iurisconsultus χώματα item διακόπτας vocat. *leg. 10. de extraord. crim. Cæl. Rhod. lib. 27. lect. ant. 6.* Galli des Escluses, Belgæ corrupte Slussen. Nostri Siel dicunt. Atque horum quoque vsus æque † necessarius in insulis ac terris depressis humidisque. De Frisia *Vbb.Emm.de Rep. Frisi.inter Lauicam & Fleuum*: Fortuna regionis in duobus posita est,in aggeribus & claustris &c. Itaque his quoque certi † cu- 57 58
ratores præpositi, sicuti apud Rom. fuerunt, qui repurgium formarum curabant, *vt Imp.loquitur in leg.1.C.de aquad.* Zeno *in leg. 10. C. de aquad.* hydrophylacas vocat. *v. Cassiod. lib.5.varior.* A quibus tamen differunt † aquileges, *in leg. vlt.de iure immun. Alciat. 2. praterm.& 1.para.24. Anton. August.4. emend.16.* qui aquarum ductus & inuentos modos docili libratione ostendunt, *leg.vlt.C. de excus.art.* Vnde aquælibratores, *in leg.2.C. Theo.de excus.artif.* artifices periti rei aquariæ dicuntur à *Marcell.lib.28.* vt architectonicæ peritos esse oporteat *Plin. lib.31.ca.3.* De claustris † hisce collocandis magnæ sæpe contentiones oriuntur inter vicinos, dum quisque pro sua vtilitate ea collocari postulat. Qualis vicinorum cum Groninganis, *apud Emm.lib.13.* Item inter Reiderianos, *apud eund. lib.15.* Et latæ de his † leges plurimæ, veluti: Aquæductuum instituendorum ex vsu suo, modo non in detrimentum alterius, cuique libera facultas esto. Hæc, quæ dicta sunt, non tantum ad † conseruationem, sed etiam ad augmentationem insulæ faciunt. Latere enim terræ infixis palis & lapidibus cespitibusque impletis munito, alluuio plerumque prouocatur. Siue eam vocare malis colluuionem. 59 60 61 62

Lucan.lib.4.

—nigro si turbida limo
Colluuies immota manet

Ad exal-

63 Ad exaltationem terræ etiam facit † irrigatio aquæ. *l.1.§. 13. de aqua cottid. l.17. de seru. rust. l.1. de aqua pluu.* quippe quæ non solũ pin-
64 guedinem † secum defert, *supra. ca.20. num.*128. sed etiam arenam, quam discedens in terra relinquit. Quæ proprie est corriuatio, vel si grauior sit inundatio *l.2. C. de alluu.* Ita *Euagr. lib.2. cap.* 14. *scribit*, in Bythinia tam ingentes pluuias extitisse, vt non longe à Nicomedia in Boano lacu ob crebram sordium cuiusque generis materiam in eum congestam insulæ quædam nascerentur. *Repetit Niceph. lib.15. ca.20.* Dicitur etiam illuuio *l.16.§.3. fam. hercisc. l.12.§ fin. de adil. edict. Iustin. lib.2.* illuuies aquarum principio ter-
65 ras obrutas tenuit. Item superluuio. Quomodo Nilus † & alluendo & superluendo terram auget. *leg.2. C. de alluu. Cic.2. de nat. Deo. Senec.4. nat. quæst.2.* iuuat agros duabus ex caussis, & quod inundat, & quod oblimat. Vnde Ægyptus tamquam altissima regio, vt ab aliis diluuiis immunis celebratur, *apud Plat. in Tima. Arist.1. meteor.14. Vt hinc Herod. lib.2. & cum eo Scalig. ex.47. in fi.* coniiciant, si Nilus proportione præteriti temporis augescat, fore, vt terram non amplius attingere possit. plures fluuios recenset Ci-
66 cero *d. lib.2. de nat. Deo.* Atque hic modus maxime in vallibus & † depressis locis vtilis est. *arg. l.1.§ vlt. de aq. pluu. de quib. Columell.8. de re rust.2.* vbi valles, quæ fluminum alluuie & inundationibus concreuerunt, vineis aptas esse docet. Item in Frisia, vbi fundo palustri pinguis gleba superfusa fertilissimos agros efficit. Ipsa aqua
67 sordida & lutosa, quæ nondum in terram coaluit, etiam alluuies † dicitur, *teste Valla. Liu lib.1. dec.* 1. in proxima Tyberis alluuie pueros exponunt. Quæ postea in terram coaluit, *de qua Ouid. 2. Fast.*

Hic vbi nunc fora sunt, lintres errare videres &c.

Item eluuies *Plin lib.2. nat. hist.82. Cicero pro domo sua.* Quę vocabula licet distincta sint, ac distinctas naturæ operationes innuant, vulgo tamen promiscue accipiuntur. *arg. l.30.§.2. de A.R.D.* Vn-
68 de etiam alluuionis † nomine, superluuio, & circumluuio, quæ insularum propria est, denotantur. *Parmens. lib.1. de alluu.3.§.1. nu.*
69 5. Pertinet huc obstructio † aquę insularum ac alluuionis produ-

ctioni

Actioni vtilis, l. 13. §. aequissimum, in fi. de vsufr. Vt huic contraria sit ratio retandi flumina, id est purgandi à virgultis arboribusque in alueo natis, ne impedimento sint nauibus. *Gell. lib. 11. N. A. 17.* Et simili verbo returandi vsus est Nonius, quod est obturando contrarium. *Turneb. lib. 28. aduers. 12.* Pertinet item exsiccatio lacuum aliorumque locorum palustrium, de *qua supra ca. 20.* In quem vsum instrumenta † hydraulica deducendis hauriendisque a- 70 quis inuenta, *de quibus Vitruuius lib. 10. quem explicat Turneb. lib. 2. aduers. 22. Gothof. in l. 4. C. de excus. mun. lib. 10. Dalecamp. ad Plin. lib. 7. ca. 37.* Quibus in Hollandia similes sunt molę pneumaticae aquam eiaculantes hydromylae dictae *Turneb. lib. 3. aduers. 7.* Cuiusmodi terra exsiccata fertilissima efficitur. *supra ca. 18. numer. 103. Lucan. lib. 6.*

Vt primum emissis patuerunt amnibus arua,
Pinguis barbarico discessit vomere sulcus.

Vt propterea Tullius *ad Attic. lib. 4. epist. 14.* Lacum Velinum exsiccatum Reatinorum τέμπη dixerit. Ex quo est illa, inquit, siccata & humida tamen modice † Rosia. Credo perinde vt Vopi- 71 scus Imp. Italiae quosdam campos Rosiae dixit, *Cael. Rhod. lib. 5. lect. antiq. 1.* ita Probus Imp. *Vopisco teste*, cum † Sirmium solum effae- 72 cundari cuperet, ad siccandam quandam paludem multa simul millia posuit, ingentem parans fossam qua deiectis in altum nauibus loca Sirmiensibus profutura siccaret. Peperit id agros emphyteuticos † dum principes huiusmodi loca excolenda priua- 73 tis sub certa annua pensione concedunt *l. 1. & 2. C. de iure emph. l. eg. vlt. C. de alluu. l. pen. C. de omn. agr. des.* Qualis Biltanus † ager in Frisia 74 occidentali ab Alberto Duce Saxonię Hollandis locatus, vt pro certa pecunia eum aggeribus claustrisque munirent, & pro iugere cottannis aureum scutatum soluerent *Vb. Emm. li 40. rer. Frisic. De quo supra. c. 11 c. 69.* Neque plura hic addemus, cum ad finem properemus etiam inuiti.

CAPVT XXIX.

De amissione & interitu Insulæ.

SVMMARIA.

1 *Amissio dominij ingrata.*
2 *Priuatio præsupponit habitum.*
3 *Augmentum & diminutio à pari procedunt.*
4 *Amissio est vel iuris vel facti.*
5 *Donare est perdere.*
6 *Inconsulta donatio profusio est.*
7 *Insula pro derelicta habita.*
8 *Res præscripta amissa dicitur.*
9 *Possessionis amissio.*
10 *Amissio facti grauissima.*
11 *Interitus rei est vel naturalis vel ciuilis.*
12 *Mutatio & conuersio Reip. ab interitu differt.*
13 *Fatales imperiorum periodi.*
14 *Vicissitudo rebus creatis communis.*
15 *In locis maritimis crebrior.*
16 *Testimonia de mutabilitate mundana.*
17 *Mare in terram conuersum iri.*
18 *Tempus per se nihil potest.*
19 *Ratio mutabilitatis humanæ.*
20 *Elementa sunt mutabilia.*
21 *Elementa quandoque homini in pœnam cedunt.*
22 *Peccata hominum caussæ interitus rerum.*
23 *Casus fortuiti à nemine præstantur.*
24 *Casui fortuito nemo resistere potest.*
25 *Principum quorundam vanitas.*
26 *Oceanus terriuorus.*
27 *Mare casibus fortuitis obnoxium.*

28 Multi-

28 *Multitudo casuum fortuitorum.*
29 *Chasma cœli ac terræ.*
30 *Inundatio.*
31 *Terræ motus.*
32 *Terræmotus an in insulis fiant?*
33 *Insulæ terræ motu concussæ.*
34 *Locus paluſtris terræmotus expers.*
35 *Quinque diluuia generalia.*
36 *Diluuia etiam à fluminibus proficiſcuntur.*
37 *Flumina tauris aſſimulantur.*
38 *Gigantes inſulas ad cœlum contorquent.*
39 *Æſtus hybernus æſtiuo violentior.*
40 *Maxime in plenilunio æquinoctiali.*
41 *Accurſius rerum naturalium imperitus.*
42 *Fluminum augmenta.*
43 *Nilus æſtum marinum imitatur.*
44 *Tempeſtas inundationem auget.*
45 *Ventorum alij aliis magis noxij.*
46 *Euri violentia.*
47 *Aquilonis potentia.*
48 *Cori rabies in locis Septentrionalibus.*
49 *Diluuia à Septentrione ad Auſtrum tendunt.*
50 *Concurſus caſuum fortuitorum.*
51 *Amiſſio eſt vel vniuerſalis vel particularis.*
52 *Amiſſio fit vel impetu vel paulatim.*
53 *Generatio ex contrariis exiſtit.*
54 *Duo modi interitus terreni, terræmotus & diluuium.*
55 *Lactantij ſententia.*
56 *Atlantis inſula abſorpta.*
57 *Atlantis an ſit America?*
58 *Ædeſſa vrbs à Scirto flumine ſubuerſa.*
59 *Inſula vndis ſuffocata.*
60 *Inſula Zelandiæ ſubmerſa.*
61 *Particularis inſularum interitus.*

62 *Insula Seilan deminuta.*
63 *Mellumaa arx Frisiae mari occultata.*
64 *Insula Sancta dimidiata.*
65 *Insula Gyrea truncata.*
66 *Inundatio raro sine damno est.*
67 *Insulae Frisiae olim continenti propiores.*
68 *Exemplum Inundationis.*
69 *An per inundationem possessio amittatur.*
70 *Distinctio Dd.*
71 *Inundatio duplex.*
72 *Inundatio à subuersione fluminis differt.*
73 *Simplex inundatio iura dominorum non mutat.*
74 *Fluminis & hostilis vis comparatur.*
75 *Inundatio est vel naturalis vel violenta.*
76 *Inundatio diuturna qualitatem fundi alterat.*
77 *Ambedere quid?*
78 *Iurisdictio terrae inundatae retinetur.*
79 *Inundatio an praescriptionem interrumpat.*
80 *Agro deteriorato an pensio debeatur?*
81 *An post recessum fluminis cuiuis suum restituatur.*
82 *ICti subtilitates Philosophicas non attendunt.*
83 *Irrigatio ab inundatione differt.*
84 *Eluuio alluuioni contraria.*
85 *Alluuio quasi adluuio.*
86 *Res diuersae diuersis vocibus exprimendae.*
87 *Iobi dictum restitutum.*
88 *Parmensis sententia refutata.*
89 *Vnum vocabulum contrarios intellectus non recipit.*
90 *Alluuio non est modus amittendi dominij.*
91 *Diuersus respectus tollit contrarietatem.*
92 *L.7.de peric.& com.rei vend.explicata.*
93 *Alluuionis ius regulariter fauorabile.*
94 *Batauia olim insula.*
95 *Alluuio ciuitatibus maritimis noxia.*

96 *Maritimarum ciuitatum fortuna in commerciis posita.*
97 *Rauenna mediterranea facta.*
98 *Anchora in montibus inuenta.*
99 *Aldenburgum olim ciuitas maritima.*
100 *Vltraiectum à flumine remotum.*
101 *Leovverdiæ & Bolsvverdiæ alteratio.*
102 *Norda portum amisit.*
103 *Albis ab Hamburgo recedit.*
104 *Emdæ contra Amasis recessum munitio.*
105 *Staueræ portus obstructio.*
106 *Mors ciuilis Reipubl.*
107 *Bannum morti comparatur.*
108 *Tyrus vrbs & insula mortua.*
109 *Carthago & Corinthus eodem anno euersæ.*
110 *Exempla vrbium destructarum.*
111 *Insulæ interitus an ab homine procurari possit?*
112 *Excommunicatio comparatur banno.*
113 *Anglia & Venetia excommunicatæ.*
114 *Vrbes destructæ quandoque reparantur.*
115 *Ciuitas restituta an ius pristinum recuperet?*
116 *Ciuitas restituta alia est à priori.*
117 *Lazarus resuscitatus nouus homo factus.*
118 *Forma Reip. mutata noua Resp. inducitur.*
119 *Mutatio nominum erroris mater.*



MISSIO insulæ quamuis ingrata † fit, sæpe etiam lu- 1
ctuosa: *l. 22. vers. nec vero domum, C. de admin. tut.* tamen
quia circa illam quoque ius occupatur, *l. vlt. de legib.*
non omittenda erit tractatio eius, vel ea quoque ra-
tione; quia nulla dominii translatio fieri potest, nisi
præcedat amissio, quæ est priuatio, ac † habitum præsupponit, *De* 2
cius in l. non videtur, 83. in pr. de R. I. Eberh. in top. in lo. 26. Neque enim
potest insula fieri mea, nisi desierit esse tua. *l. 1. pro derelict.* Hinc est
quod augmentum † & diminutio paribus passibus ambulant. 3

Alb.Brun.de augment.concl.13.n.2.& concl.23.n.1. Et idem operatur augmentum, quoad additionem, quod diminutio quoad detractionem *Dd.in l.si ex toto,de leg.1.* Ita vt si cui augmentum prosit, illi etiam diminutio noceat, *l.socium in eo,pro socio.Consil. Marpurg.*
4 *14.vol.2.n.*88. Est autẽ amissionis nomen generale, vel in iure† vel in facto consistens. *Vasq.in præfat.ill.controu.n.*3. In iure amitti proprie dicitur insula, cuius nulla ad recuperandum actio, vel ad retinendum exceptio nobis superest. *l.14.de V.S.& ibi Gœdd. nu. 25.* non solum si ex contractu aliquo pretium pro ea consecuti simus *d.l.14.* sed etiam si sine vlla recompensa dominium à nobis absces-
5 sit, puta per donationem, quia donare † est perdere, *l.7.in pr.ff.de*
6 *donat.* Quod tamen non concedunt Ethici, nisi sit inconsulta† donatio. *Senec.4.de benef.*10. Vt sunt exempla *in l.12.§.11.mand leg. 8. pro emtor.c.donare & seq.dist.*86, Ista enim perierunt cum darentur, *ait Seneca lib.1.de benef.1.* neque vlla superest repetitio *l.53.de R.I.&*
7 *ib.Decius,l.4.§.3.de cond.ob turp. causs.* Item amittitur insula si pro † derelicta habeatur, *l.1. & tt.pro derel.* quod ex longo silentio decẽ vel 20. annorum præsumitur. *l.15.§.21.de damn.inf.Parmens.lib.2.de*
8 *alluu.21.num.4.* Item si insula sit † pręscripta per negligentiam
9 domini. *l.37.§.1.de vsucap.supra cap.25.* Abusiue amittitur † insula cuius possessio aut commodum aliquod nobis abest, *leg.9 de R.V. Gœdd.in d.l.14.num.*15. Nam & illa perdita dicitur, *in l.17.§. vlt.*
10 *commod.* In facto amittitur insula† quæ in rerum natura esse desinit, *arg.l pen.de solut.l.15.§.2.ibi vt nusquam sit,ff.locat. Gail.2.obs.23.n.* 24. Atque hæc amissio omnium grauissima est, quia tunc in superlatiuo gradu abest insula, cum in rebus humanis non amplius est *l.13.in fi.de V.S.l.5.si cert.petat.c.si delegatus,7.& ibi gl.in verb. a esse,de*
11 *offic. deleg.in 6.* Hic est interitus rei † vel naturalis, quæ à natura ipsa, *l.14.§.1.depos.* vel ciuilis, quæ à iure facto hominum caussatur, *l.intercidit,59 in fi.de cond.& dem.l.cum hic status,§.si donat, de donat. int.vir & ux.l.seruitus,de R.I.* Duob. enim hisce modis non homines saltẽ intereunt, *l.63.§.10.pro socio.* sed ipsæ etiã Respubl. prouinciæ, ac insulæ. *l.21.qu b.mod.vsusfr.am t.* Quamquam in his quandoque

doque mutatio † ac conuersio status tantum est, non interitus, 12
cum imperium ac Respubl. conuertitur, ac aliam regiminis formam induit, *Vasq. in d. præfat. num 34.* De qua conuersione *late Politici. Bodin. 4. de Republ. 1. & in meth. c. 6. Tholosan. lib. 21. de Rep. 1. & seq. Arnis lib. 2. polit. 1. Iohan. Gerhard. quæst. polit. dec. vlt.* Sunt enim & oppidis, vt hominibus sua fata, † sunt stata tempora, quibus euolutis, 13
paulatim decidunt. *Cranz. lib. 1. Vandal. 1. Thuan lib. 1. histor.* Et territoria ac ditiones sæpe mutantur, secundum vicissitudinem statuum mundanorum. *Brunus cons. 169. num. 8.* Et imperia omnia suas habent periodos, initia & finem, vt crescant, decrescant, donec tandem moriantur, perinde vt homines. *VVarem. ab Erenb. de fœder. lib. 1. ca. 1. Vasq. in d. præfat. num. 35. arg. l. 40. de pecul. Ezech. 31. v. 14.* Cuiusmodi interitus licet † omnibus rebus creatis communis 14
sit: in maritimis tamen † locis dominatum obtinet, vbi reciprocans 15
æstus sursum ac deorsum omnia voluit, *dicente Leone Imp. in proœm. Nouel.* Quod præter cottidianam experientiam scriptorũ grauissima † testimonia confirmant. *Senec. lib. 6. nat. quæst. 4.* Terra 16
mille miracula mouet, faciemque mutat locis, defert montes, subrigit plana, valles extuberat, nouas in profundo insulas erigit. *Idem epist. 91.* non tantum manufacta labuntur: Iuga montium diffluunt, totę desedere regiones. Operta sunt fluctibus, quæ procul ẽ conspectu maris stabant. Ipsius naturæ opera vexantur, & ideo æquo animo ferre debemus vrbium excidia. *Curt. lib. 5.* Vetustas non solum opera manufacta, sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimit. *Agathias lib. 2.* Nihil est, ne minimum quidem in hac mortali vita, quod eodem semper statu permaneat. *Et Iustinia. in l 2. §. 18. C. de vet. iur. enucl.* multas nouas formas edere natura deproperat, omnisque noster status in perpetuo motu consistit. *Nouel. 7. c. 2. Manil. lib. 2. astron.*

Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis,
Exutæ variant faciem per secula gentes.

Ouid.

Ouid.15.metam.

Omnia mutantur, nihil est quod perstet in orbe &c.
Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus
Esse fretum: vidi factas ex æquore terras.

Agnoscit id *Iobus ca.14.v.18.* mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapides excauant aquæ, & eluuie paulatim terra consumitur. *Exempla sunt Esaia 35.v.5.& 41.v.15.&c.* Eoque pertinet Anaximenis apophthegma de Thessaliæ montibus: eos quandoque mare futuros, nisi tempus defecerit. *Iulius Bellus in Hermet.polit.fol.40.* Sicuti contra Democritus putauit, fore vt a-
17 liquando totum mare † inarescat, eo quod olim tota terra aquis operta fuerit. *Cælius Rhodig.lib.1.lect.antiq.14.* Sed vt hic opus sit prouerbio veterum: *de quo idem Rhodig.lib.2.ca.12.* millesimum annum exspectare. Itaque merito Æsopi fabulis id annumerat *Aristot.2.meteor.3.& 4. adde Senec.lib.3.nat.quæst.11.& 15.* Atque hæc
18 naturalis rerum mutatio cum in † tempore fiat, ideo illi adscribitur, vt tempus omnia mutare dicatur, *supra ca.25.num.3.* licet alias quantitas per se nullum efficaciam habeat. *Arnisæ.2.polit.1.& ut Dd.colligunt ex l.44.§.1.de obl.& act.* tempus non est modus indu-
19 cendæ aut tollendæ obligationis. Ratio † huius mutabilitatis satis expedita est, quia qualia sunt principia, talia sunt etiam principiata. *Bald.in l.1.in fi.C.si quis omiss.causs.testam.* Sed principium
20 hoc est 4 elementa, † ex quibus omnia gignuntur, sunt conuertibilia. Nam terra in aquam, aqua in aërem, aer in ignem & vicissim conuertuntur. Ergo necesse est corpora inde nascentia similiter esse conuertibilia. *Vasq.in d.præfat.num.12.* Quæ elementa
21 licet † humani generis bono creata sint, *Genes.1.& 2.* illi tamen quandoque in pœnam cedunt. *Eccles.40.v.31.& seq.psal.148.v.6.*
22 Idque propter peccata † hominum. *Gen.6.Exod.14.psal.106.v.12. Iona.1.& pass.Nouell.77.c.1.§.1.vers.propter talia enim delicta & fames & terræ motus fiunt, Simon Maiol.li.1.dier canic.1.Niceph.li.15.c.20.* Quod ipsi Ethnici agnouerunt. Eoque respicit fabula *Ouid.11.metam.7.*

Non impune feres Rector maris inquit, & omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora terræ,

Inque

Inque freti formam terram conuertit, opesque
Abstulit agricolis.

Hinc proueniunt casus fortuiti † *de quibus diximus cap. 7. nu. 6.* qui 23
iure ciuili à nemine præstantur, *l. 23. de R. I. l. 50. de admin. tut. leg. 22. C. de neg gest.* nisi eos pacto in se susceperit, *Decius ind. l. 23. num. vlt. l. 1. C. depo sit. l. negotium, C. de neg. gest.* vel sua culpa procreauerit. *leg. 9. §. 3. locat. l. 28. §. 12. de pœn.* Quæ enim tam firma terra est, vt fluminis marisue impetum, tempestatis ac terræmotus vim sustinere possit. *l. 24. §. 4. de damn. inf.* quippe quæ vis diuina est, † ac ma- 24
ior, quam vt illi infirmitas humana resistere possit. *l. 25. §. 6. locat. l. 15. eo. l. 1. §. 4. de O. & A. And. Vasq. 2. controu. 93. num. 4. vbi pulcre de fortunæ vi.* ne ab ipsa quidem regali potentia, quidquid ambitiosi quidam Reges non sine vanitate † affectauerint, vt Xerxes, *de* 25
quo cap. 23. num. 86. Item illa increpatio Regis Anglorum ad mare: impero tibi ne in terram meam ascendas, *Cambden. in Britan. fol. 191.* Maxime omnium maris natura semper terriuora est. Vt
propterea ἐννοσίγαιος dicatur † ab Homero, *Gell. lib. 2. N. A. 28. Iuuen.* 26
sat. 10. Item bellua quædam immanissima, hostis humani generis, *Cæd. in c: nf. de alluu. maris num. 173.* Tyrannus *supra cap. 18. numer. 91. Plinius lib. 31. cap. 1. sic describit*: Hoc elementum cæteris omnibus imperat, terras deuorant aquæ, flammas necant, scandunt in sublime & cœlum quoque sibi vendicant. *Et Senec. li. 3. nat. quæst. vlt.* Nihil est tam violentum & incontinens sui, tam contumax infestumque retinentibus quam magna vis vndæ. Vnde etiam Nero dicebat, *apud Tacit. 14. annal. in pr.* Nihil tam capax fortuitorum esse † quam mare, neque quemquam adeo iniquum, vt 27
sceleri assignet, quod venti & fluctus deliquerint. Interim vix est, vt non culpa aliqua casus huiusmodi præcedat, quamuis nobis circa eius æstimationem laborantibus ignota. *Eoque Tacit. 4. annal.* vulgi mos est fortuita ad culpam trahere. Horum cum † 28
multa sint exempla, vt nec dici nec numerari omnia possint, *leg. vlt. C. de præscript. Nou. 28. & N. 84. cap. 1. late Sebast. Medices tract. de casib. fort.* enumerare omnes fatorum vias longum est, *ait Seneca e-*

*epist.*91.hic tamen potissimum Neptuni atque Æoli filiæ domi-
29 nantur,vt chasma † id est hiatus,vel terræ,*l.* 11.*§.*5.*de neg.gest. l.* 4.
*§.*1.*de censib.l.*47.*§.*1.*de leg.*1.*Plin.lib.*2.*natur.hist.*82.vel cæli, *Plin.li.*2.
30 *cap.*26.aquarum magnitudo,*l.*25.*de R.I.*inundatio,† *l.*20.*§.*1.*de seru.*
*rust.*fluminis marisue impetus.*l.*15.*§.*2.*locat.* vis tempestatis cala-
31 mitosæ,*l.*2 *§.*6.*& seq.si quis caut.*Qui si grauior est fit † terræmotus
*l.*24.*§.*3.*de damn.inf.Plin.lib.*2.*cap.*79.*Gell.lib.*2.*N.A.*28. Atque ita
describitur *Matth.*8.*v.*23.σεισμὸς μέγας ἐν τῇ θαλάσσῃ.*Matth.*24.*v.* 7.
*Luc.*21.*v.*11.σεισμὸς κατὰ τόπους. *Adde Matth.*27.*v.*52.*& seq.* De quo-
rum caussis & differentiis *Marcell. lib.*17.*Gell d.c.*28.*& lib.*19.*c.*1. *A-*
*rist.*2.*meteor.*7.*& c.*3.*de mund.Simon Maiol.lib.*1.*dier.canic.*1. Sed hic
32 controuertitur,an etiam in insulis terræmotus † fiant. Fuerunt
enim qui id negarent. Quos refutat *Senec.lib.*6.*quæst.*26 Per terræ
33 motum enim insulas productas,*diximus cap.*7.illoque insulas † cō-
cussas,*testatur Apocal.*6.*v* 14. Imo quædam insulæ magis quam aliæ
terræ σεισμῷ subsunt,*vt Sicilia,Eubœa, Arist.*2.*meteor.*8.*ita Cic.*1.*de di-*
uin.scribit bello Punico secundo tantos terræmotus in insulis cō-
pluribus factos,vt multa oppida corruerint,multis labes facta sit
terræque desederint,fluminaque in contrarias partes fluxerint.
*Adde Niceph.li.*15.*c.*20.Interim distinguendū videtur inter insulas
34 solidas,& palustres † quia in loco palustri non cōtingit terræmo-
tus *Plin.lib.*36.*c.*14.Inundatio autem si grauior fit,diluuium dici-
tur,Græcis κατακλυσμὸς.*Matth* 24.*v.*38.*Luc.*17.*v.*27. Quod descri-
bit *Senec.*3.*nat quæst.*27. *vbi Ouidij versus aliquot reprehendit* 1.*metam.*
35 9.Cuiusmodi quinque † præcipua & καθολικὰ numerantur,*Oros.*1.
*histor.*3.*&* 9.*Simon Maiol.d.ca.*1.*&* 10. sed vt cætera minime com-
paranda sint,cum illo Noachi.*Gen.*7.Diluuia autem licet à mari
potissimum contingant,quippe quod inexhaustum est,*Eccles.*1.
36 *v.*7.tamen etiā flumina † vasta & tempestatibus rapta alueos suos
relinquunt,& in terram se exonerant.*Senec.d.c.*27.Qualis casus de
Erota flumine Lacedæmonis magnis tempestatibus commoto
37 recensetur à *Cicer* 2.*de inuent.* Vnde poetæ fluminibus † tauro-
rum simulacra affingunt, quasi terram cornibus proscindant,*Cæ-*
lius

Ius Rhodig lib.17 lect. ant.31. Neque aliud inuoluunt fabulæ de Gi-
gantibus,† qui viribus suis freti insulas è mari raptas, non modo 38
in cælum, sed etiam contra se in vicem contorserint. Maris enim
ventorumque potentiam adumbrant. *Natal. Comes lib.6. mythol.21*
Maris autem æstus, vt præcipua inundationis caussa, semper gra-
uior & diuturnior est † hyberno quam æstiuo tempore, *Gæd. in l.* 39
96. n. 2. de V.S. supra cap.18. num.122. præsertim in plenilunio, quo
maria excurrunt, *Plin. lib 2. cap. 97.* omnium † maxime æquino- 40
ctiali. *Senec. 3. Nat. quæst. 28.* Solet æstus æquinoctialis sub ipsum Lu-
næ Solisque coitum omnibus aliis maior vndare. *Tacit. 1. annal. &*
ibi Lips. impulsu Aquilonis, simul sidere æquinoctij maxime tu-
mescit Oceanus. Caussam reddit *Arist. in problem. sect. 14 num. 13.*
Eoque Iohan. Faber in §. & quidem, nu. 2 Inst. de R.D. Accursii † glossæ 41
imperitiam perstringit, naturam maris occidentalis exploratam
non habentis, quod in plenilunio æquinoctiorum in tãtum cre-
scit, quod quandoque cooperit prata & ripas. *Idem in §. est autem*
littus, n. 1. eod. Ita sunt quoque flumina † quæ etiam sine tempesta- 42
te augentur, *l. 2 §. 7. si quis cautio.* vel imbribus, *vt apud Virg. 1.*
Georg.

Sępe etiam immensum cælo venit agmen aquarum &c.

Vel naturaliter vt † Nilus, *l. 1. §. 5. de flumin.* Vnde Nili aquam ma- 43
ri similem dixit *Plin. lib. 35 cap. 13.* Cæterum quando fortiter ven-
to † percutitur fluctus, *vt Iohann. Fab loquitur,* quasi iratus altius in 44
terram se exonerat. Adeoque tum vsu uenit *quod Virgil. in Diris im-*
precatur.

—migret Neptunus in arua
Fluctibus, & spissa campos perfundat arena.
Dicantur mea rura ferum mare &c.

Sicuti autem ventos placidos ac lenes ad alluuionem promo-
uendam magis accommodos esse *diximus cap. 18. n. 30.* ita vio-
lenti magis † sæuiunt ac terram absorbent. Et quidem pro di- 45
uersa cæli ac regionum plaga. In sacris Eurus † naufragia 46

concitare dicitur, *psal. 48. v. 7.* nisi id de Cilicio mari & nauibus Tharsis intelligere malis *Virgil. 2. Georg.*

Ast vbi nauigiis violentior incidit Eurus.

Horat. 1. carm. 28. quodcunque minabitur Eurus

Fluctibus Hesperiis.

Propert. lib. 2.

——sæuus licet vrgeat eurus

Velaque in aduersum frigidus auster agat.

47 Eandem potestatem † Aquiloni tribuit *Syrac. 43. v. 18. Et Ouid. 6. metam. vbi sic loquentem introducit.*

Apta mihi vis est, hac tristia nubila pello,

Hac freta concutio, nodosaque robora verto.

De Borea Propert. lib. 2.

Hic Deus & terras, & maria alta domat.

Homer. Iliad. 1. Duo venti pontum commouent, Boreas & Zephy-
48 rus, &c. Circius † & Iapix natura vertiginosus *Gell. lib. 2. N. A. 22.*
De cuius rabie in septentrionalibus *vide Simon. Maiol. lib. 1. dier. ca-
nic. 1.* Atque hic est Corus siue Caurus, *vt Virgil. vocat. 3. Georg.* Fri-
siæ maxime infestus. *De quo etiam Horat. 3. carm. 28* Et potest huc re-
49 ferri, quod diluuia † plerumque à septentrione versus austrum
50 feruntur, *Bodin. in meth. cap. 6.* Horum casuum † fortuitorum spe-
cies, quo plures concurrunt, eo maiores strages edunt, deiiciunt
arbores, *l. 12. in pr. l. 19. §. 1. de vsufr.* concitant naufragia, *l. 15. l. 16. § 8.
de publican.* promouent incendia, *l. 30. §. 3. ad L. Aquil.* naues terræ
impingunt, *l. 8. de ruin. naufrag. incend. l. 29. §. 3. ad L. Aquil.* terram de-
uorant, *l. 7. de peri. & com. l. 64. in pr. de euict.* & in lacum redigunt. *l.
10. §. 2. quib. mod. vsusfr. amit.* Vnde fluminum & ventorum vis con-
iungitur, *in l. 24. §. 4. de damn. inf. d. l. 2. §. 7. si quis caut.* Est autem in-
51 teritus insulæ, vel vniuersalis † vel particularis, *l. 15. §. 2. locat.* Et
hæc ita vt quandoque pars terræ detrahatur, quandoque altere-
tur tantum. *l. 1. §. 15. de flumin.* Quæ proprie est deterioratio ac di-
minutio quædam, *leg. 3. §. 1. l. 10. leg. 18. §. 1. commod. leg. 9. §. 3. ad exhib.
Goedd. ad d. leg. 14. numer. 10. de V. S.* Et fit vel impetu quodam, *l. 30.
52 §. 3. de A. R. D.* vel sensim † ac pedetentim. Sicuti enim his modis in-

sulas

ſulas produci *diximus cap. 4. in fi.* ita per eoſdem iterum eſſe deſinunt, quia vnumquodque eodem genere diſſoluitur, quo ab initio conſtitutum eſt *c. 1. extra de reg. iur. l. nihil tam naturale, ff. eod.* Et generatio † ex contrariis exiſtit. *Ariſt. 5. polit. 10.* Et contrariis æternitas rerum conſtat. *Senec. ep. 106.* Vnde etiam contraria contrariorum ſunt remedia. *Arniſæ. 2. pol. 5. in princ.* Et contrariorum eadem ſcientia. *Ariſt. in problem. ſect. 30. Decius in l. ſecundum naturam, n. 10. de reg. iur. VVeſemb. in tit. de iuſt. & iur. & pro ſocio, n. 6.* Impetu duobus † modis produci inſulas *diximus cap. 7. num. 10.* nempe per terræmotum & diluuium. Per eoſdem ergo etiam pereunt. *Lucret. lib. 5.*

53

54

Aut cecidiſſe vrbes magno vexamine mundi,
Aut ex imbribus aſſiduis exiſſe rapaces
Per terras amnes, atque oppida cooperuiſſe &c.

Lactant † *lib. 7. cap. 3.* poſſum enumerare, inquit, quoties repentinis quaſſatæ hiatibus, vel hiauerint terræ, vel deſcenderint in abruptum. Quoties demerſa fluctibus & vrbes & inſulæ abierint in profundum, frugiferos campos paludes inundauerint, flumina & ſtagna ſiccauerint &c. *Adde Tertull. in apolog. cap. 39.* Ita in totũ abſtulit mare magnam illam inſulam Atlantidem † Europæo orbe potiorem, *Plin. lib. 2. cap. 90. Marcellin. lib. 17. Tertull. d. lo. Iul. Bellus in Hermet. polit. fol. 40. Simon Maiol. lib. 1. dier. canic. 1. & 14. De qua proprium dialogum ſcripſit Plato, quem vide in Timæo.* Neque enim meo animo fabula eſt, *inquit Iuſt. Lipſ. 1. de conſtant. 16.* Vt errare oporteat illos, qui hanc eſſe † Americam patrum memoria inuentam opinantur. *ſupra. cap. 4. n. 25.* Eſt enim illa in mare Atlanticum cõuerſa, cœnoſum tamen & minus nauigabile. *Herod. lib. 1.* Niſi ex eo renatam Americam credere malis. Ita Ædiſſa † Meſopotamiæ vrbs ad Euphratem, *de qua eſt in l. 5. C. de cohortal. lib. 12.* non ita Hiera ſiue ſacra fuit, *vt vocauit Strab. lib. 5.* eo quod inter aquarum impetus immobilis maneret, quin Iuſtino imperante ab interfluente flumine Scirto tota ſubuerteretur; *ex Zonara Panciroll. ad not. vtriuſque Imp. 1 capp. 66.* Pyrrham † & Antiſſam circa Mæotin pontus abſtulit, *Plin. lib. 2. cap. 92.* Et Agamede obiit & Hiera. *Plin.*

55

56

57

58

59

lib.5.cap.31. plurium interitus *vide apud eundem lib.5.cap.29.* Et ne ad vetera aut remota abeamus, *ait Lips.d.cap.16.* apud Belgas pa-
60 trum † æuo in partibus Zelandiæ duas insulas cum oppidis virisque
61 que diluuies absorpsit. Ad particularem † interitum pertinent *exempla Plinij lib.2.cap.92.* Ex insula Cea amplius 30. M.P. abrupta subita vis cum plurimis mortalium rapuit. Et in Sicilia dimidiam Tindarida vrbem, & quidquid ab Italia deest. Eoque alludit *Lucan.lib.2.describens*, quod fuerit

Longior Italia, donec confinia pontus
Solueret incumbens, terrasque resolueret æquor.

62 Ipsa insula Seilan, † quæ putatur esse vna de melioribus mundi huius cladis expers non fuit. *Paulus Venetus lib.3.cap.22.* Ita Mellu-
63 mæra † aix Frisiæ cum vicina regione vndis suffocata. *Chron. Ol-*
64 *denb.lib.1.c.13.* Ita † Hilligerlandia insula propter impuram monialium vitam maiore sui parte ita vastata & conuulsa est, vt pars reliqua adhuc ruinam minetur, non sine prodigiosa metamorphosi, *de qua Vbb.Emm.lib.14.rer.Frisic.* Et simile quid habet *Homer.*
65 *Odyss.d.* Neptunus percussit Gyream † petram, abscidítque ipsam & vnum quidem illic mansit, alterum frustum incidit mari. Catalogum damnorum, quæ ab inundationibus diuersis temporibus Frisia ac vicinæ maritimæ regiones senserint, huc apponere
66 non vacat. Raro enim † impune abierunt. Quæ hodie eo sunt frequentiores, quo nos nequiores parentibus sumus. Et per has insulæ littoribus nostris obiectę ac arenarum collibus mare sub-
67 mouentes, nunc † multo longius à continente summotæ sunt quam fuerunt olim, cum quædam etiam continenti iūctæ essent,
68 *Vbb.Emm.lib.9.rer.Frisic.* Vnum tantum exemplum † apponemus *ex Helmold.lib.2.histor.Slau.1.* vt mediterranei etiam nostrorum periculorum admoneantur. Anno Hartwici Archiepisc. Bremēsis primo, tāta maris inūdatio oborta est quāta nō est audita à diebus antiquis, quæ inuoluit omnē maritimā terrā Frisię, Hadeloę, & omnem terram palustrem Albiæ & Wirrhæ (Albis & Visurgis) & omnium fluminum, quæ descendunt in Oceanum, & submer-

sa sunt multa millia hominum & iumentorum &c. Sed mittamus historica, vt ICtis quoque parentemus. De inundatione † 69
quæritur, an per illam possessio vel dominium terræ inundatæ amittatur? De possessione id affirmant Paulus ICtus *in l. 12. §. fin. de bon. auct. ind. l. 23. quib. mod. vsusfr. amit. & in l. 3. §. 17. de acquir. poss. Vlpia. in l. 10. § 1. de peric. & com. rei vend.* Negant idem Paulus *in leg. 30. §. 3. de acquir. poss. & in l 3. §. 17. eod. Pompon. in l. 30. §. 3. de A. R. D.*
Dd. vulgo † distinguunt inter momentaneam seu breuem, & 70
inter longam ac diuturnam inundationem, quasi per illam possessio non amittatur, sed per hanc bene, *Duar. in d. l. 3. §. 17. & ibi Gothof. Donell. lib. 5. comment. 12. Bapt Parmens. lib. 2. de alluu. vio. 22. §. 2.* Ceterum ab his dissentit *Gifanius in d. §. 17. n. 93. & seq.* vbi vult possessionem semper & indistincte amitti, etiamsi inundatio sit exigui temporis. *Quem refutat Osvvald. Hilliger. collega quondam in Donell. Enuclea. d. c. 11. lit. C.* Recte auté *Parmens. d. lo.* duplicẽ † inundatio 71
nem statuit, aliã simplicẽ quę speciẽ fundi non mutat; aliam quæ fundi formam abolere solet. Illam fluminis extra ripas euagationem, hanc alueum fluminis prolatum vocat. Multum enim interest, vtrum † flumen terram aliquam inundauerit, an vero 72
alueum sibi fecerit, quasi mansurum. Priori casu, non fit publicum, quod aqua opertum est, *l 1. § 9. de flumin.* Neque enim huiusmodi inundatio fundi speciem mutat, *l. 7. §. 6. de A. R. D. §. 24. Inst. eo.* nec dominium † interuertit, *l. 30. §. 3 eod.* nec vsumfructum adimit *l. 10. §. 2. quib. mod. vsufr. am.* nec seruitutis ius exstinguit, *leg. 14. in pr. quemad seruit. Capoll. lib. 2. de seruit. 4. numer. 96.* vel saltem restituit, si inundatio sit longior, *leg. 23. quib. mod vsusfr. leg. 1. §. 9. de itin. actuque priu. Donell. 10. comment. 38. Parmens. d. lo. cap. 23. §. 1.* consequenter nec possessionem tollit, *leg. 30. §. 3. de acquir. poss.* adeoque 73
nec noua apprehensione opus erit, *Parmens. d. c. 22. n. 8.* Itaq; aqua irrumpens † instar hostis est, *l. 12 §. fin. de bon. auct. iudic.* qui quãdiu 74
terrã occupauit, dominiũ in suspenso habet, ppter *l. 5. §. fin. l. 7. in pr. de A. R. D.* at expulso eo, omnia in priorẽ statũ dominij recidũt, *l. 20. §. 1. de capt. & postlim. l. 26. quib. mod. vsusfr. am. Donell. 4. cõment. 29. Trent. vol. 1. disput. 29. th. 7. lit. F.* Iure quodã postliminii, *l. ius postlim.*

C. de capt. & postlim. reu. cuiius alluuionis comparatur. *Parmens. lib. 2. cap. 23. §. 1. numer. 5.* Atque hoc ita obtinet, non solum si inunda-
75 tio sit † naturalis, qualis est Nili, *in l. 1. §. 5. de flumin. Pompon. Mela lib. 1. Solin. cap. 45. Parmens. lib. 2. cap. 22. §. 2. num. 11.* Et si qui sunt similes, *vt Eccles. 24. v. 35.* Item inundatio marina, singulis diebus naturalibus bis æstu littora complens, *vt supra dictum*, sed etiam si sit violenta, *de qua potissimum agitur in d. l. 30. §. 3. de A. P. l. 3. §. 17. eod.* vnde etiam vi & impetu fluminis fieri dicitur, *in l. 14. seru.*
76 *qu. mod. am.* Posteriori casu, † si inundatio longiorem moram trahat, adeo vt ipsam fundi speciem, quod fieri necesse est, corrumpat ac ambedat, non solum possessio, *d. l. 12. §. fin. de bon. auct. iudic. l. 23. quib. mod. vsusfr. amit.* sed etiam dominium amittitur, *l. 10. §. 1. de peric. rei vend.* Et de tali inundatione sentire ICtos contrarios palam est ex descriptione *Vlpia. in d. l. 10. §. 2. quib. mod. vsusfr.* si scilicet terra sit facta palus vel stagnum, siue impetu, siue sensim & pedetentim, *l. 30. §. 3. de A. R. D. Alfenus in l. 38. de A. R. D.* elegãti ver
77 bo ambederet vtitur. Quod alij *Seneca loco 4. nat. quæst. 2.* inserunt, locumq; sic corrigunt, cum cæteri amnes ambedant terras & euiscerent: Nilus tanto cæteris maior, adeo nihil exedit aut abradit, vt cõtra adiiciat vires. *Caussam correctionis reddit Henric. Stephan.*
78 *ad tragæd. Senec. lib. 2. c. 10.* Interim quãuis possessio ac dominium terræ inundatæ hoc casu amittatur, non tamen amittitur † iurisdictio in aqua, quia hæc tantum interpolatur, vt ex terrestri maritima fiat, *supra c. 14. n. 85.* ac piscatione conseruatur, licet vsusfructus non retineatur. *l. 23. quib. mod. vsusfr. Parmens. d. c. 22. §. 1. num. 8.*
79 De præscriptione quoq; quæritur † an ea per inundatiõnẽ interrumpatur. Quod affirmat *Parmens. d. c. 22. §. 1. cum Alex. cons. 77. n. 10. li. 6.* quia difficile sit prædia prope flumina sita vsucapi, ꝑpter crebras inũdationes, *iuxta doctrinam Bart. in l. 3. §. Labeo, de A. P.* Sed hoc intelligendum esse de longiore inundatione fundum interpolante ipse Parmens. declarat *in d. c. 22. §. 2. n. 5.* Alioquin quã inundatione possessio nõ amittitur, ea nec præscriptio interrũpitur
80 *arg. l. 2. l. 5. de vsucap.* Huic vicina est quæstio an agro eluuione deteriorato † nihilominus integra pensio ab emphyteuta vel condu-

ctore

ctore debeatur? Negat Imp. Zeno *in l.1.C.de iure emph.l.15.§.4.locat.l.formia.§.1.ff.de censf.Gail.2.obseru.23.* Eoque pertinet Sesostris Regis Ægypti æquitas, *quam commendat Herod.lib.2.* Quod si cuius portionem flumen eluuione decurtasset, is adiens Regē, rei quæ contigerat certiorem faciebat Rexque ad prædium inspiciendum mittebat, qui metiretur, quanto deterius factum esset, vt ex residuo proportione taxatum vectigal penderetur. Aliud obtinet in simplici inundatione, per quam fructus quidē auferuntur, non tamen terræ substantia penitus læditur. Itaque tum nihilominus integer canon soluendus est ab emphyteuta, *d.l.1.C.de iure emph.Borch.de feud.cap.3.num.11.& 12.* non vero integra pensio à conductore, *l.licet,8.C.locat. Borch.d.cap.3.nu.11.* nisi hic cum seminare agrum iterato potuisset, id neglexisset, tunc enim ex culpa tenetur. *Hieron.Treut.vol.1.select.disput.29.th.7.lit.F.* Quid autem si flumen ad priorem alueum redierit, an cuilibet † ius suum restituetur? Negat *Borch.ad §.insula, Inst.de rer.diu. & ante eum Corneus consf.191.num.15.lib.3.* Affirmat *Bapt.Parmensf.d.cap.23.§.1.& 2.* saltem ex æquitate, *atq; sic verba l.7.§.5.de A.R.D. vix est vt id obtineat, interpretatur,* licet de rigore iuris aliud dicendum esset. Nobis videtur Gaium ICtum à ratione Philosophica ad iuridicam arguere, quasi ager alluuione restitutus non sit idem numero cum illo, qui per eluuionem periit, sit tamen idem ciuiliter ac fictione iuris. Philosophus enim non eundem agrum diceret, qui semel periit, *propter rationem cap.14 n.105. allatam.* Sed vix est, vt hæc subtilitas à ICto attendatur. † *d.l.7.§.5.de A.R.D.arg.l.77.de iudic.supr.cap.10.nu.74.* Quia nimia subtilitas in legibus susque deque habetur, *l.29.§.4.mandat.l.14.in pr.C.de legit.here.l.7.C.ad SC.Treb.c.6.extr.de iudic.* Ab inundatione excludenda est irrigatio † fluminis, quam ad augmentationem terræ facere *diximus cap.praeced.* Eam enim homines sæpe sua industria prouocant, vt in Gallia Cisalpina frequenter accidit, *Parmensf.d.cap.22.§.2.n.12.* Fatuus enim esset legis sensus *dicente Baldo in l.1.nu.38.C.de confess.* quod per vberiorem culturam sibi ipsi interuerteret quis possessionem in toto vel in parte. Paulatim amittuntur insulæ vel elu-

Mmm uione

84 uione † vel alluuione. Qui modi quãuis sibi ipsis aduersentur, ita vt corruptio vnius sit generatio alterius, omnium enim elementorum alterni recursus sunt, *inquit Seneca lib. 3. nat. quæst.* 10. quidquid alteri perit, in alterum transit. Vnde vbi diminutio non minuit, ibi nec augmentum auget, *Eberh. in top. in lo. 19. in pr.* tamen circa insularum alterationem conspirant. Sicuti enim per alluuionem terra sensim augetur, ac continenti adiicitur, vnde dicta
85 est † alluuio quasi ad lauio, *l. 6. §. 3. fam. hercisc.* ita per eluuionem eadem sensim ac pedetentim absumitur, ac in aquam resoluitur, quando *iuxta Lucret. lib. 5.*

Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur
Imbribus, & ripas radentia flumina rodunt.

Quæ naturæ operationes cum diuersæ † sint, merito diuer-
86 sis quoque appellationibus exprimi debent. §. 5. *Inst. quibus mod. testam.* Atque ita boni auctores proprie loquentes accipiunt. *Ouid. 15. metam.*

— eluuie mons est deductus in æquor.

Cic. in somn. Scipio. propter eluuiones exustionesque terrarum illas æternas non esse. *Plaut. in Rudent. Act. 2. Sc. ult.* an te pœnitet in mari quod elaui, nisi hic in terra iterum eluam? vbi *Turneb. libr. 21. aduers. 12.* eluere pro amittere pergere interpretatur. Vnde sicut *idem Turneb. lib. 5. cap. 23. Festum corrigit* & aquarum eluuiones legit, non fluxiones, quod vox Græca κατακλυσμὸς innuit: ita in
87 versione Bibliorum vulgari *in dicto* † *Iobi. 14. v. 18.* pro alluuione eluuio reponi debet. Non enim augmentum illic sed decremẽtum
88 describitur. Itaque † Parmensis doctrina *lib. 1. de allun. 1. n. 3. & cap. 3.* subsistere non potest, quando alluuionis nomen in iure nostro tam decessionem quam accessionem denotare conten-
89 dit, quia impossibile est vnum & idem vocabulum † vno tempore duplicem eumque contrarium intellectum recipere. *Hering. de fide iuss. cap. 27. part. 1. n. 88.* Et inductum ad augmentum, non debet operari diminutionem. *Moller. 3. semest. 26.* Iam autem allu-
90 uio † est modus acquirẽdi non amittendi dominij *§. præterea, Inst. de R. D.* Et ab eluuione tantum distat, quantum augmentum à decre-

decremento, accessio à decessione, *l.24.§.vlt.de aqua pluu.* Neque obest quod alluuione quoque insulam amitti diximus. Hæc inquam contraria non sunt, *arg.l.13.§.3.de reb. dub.* quia desinit esse insula, *eo † modo de quo supr.c. 6.num.36.* non desinit esse terra. Imo 91
semper per alluuionem ex aqua fit terra. Quod quamuis raro sine damno agri aduersi contingat, *supr.cap.18.n.9.* tamen nō ideo vtrumq; contrarium vno alluuionis vocabulo exprimitur. Neque leges à Parmensi adductæ id probant, cum semper alluuioni verbum augmentum denotans subiiciatur. Proferenda autē erant loca, in quibus alluuio etiam decrementum denotet. *l.id quod.7.in pr.de peric.& † com.rei vend.* quamuis prima fronte ad rem 92
facere videatur, tamen oculatius inspicienti eam opinionem etiam destituit. Nam IC tus alluuionem verbo accessit subiungit, ab eoq; decrementum pereundi verbo manifeste segregat. Cuius verba transponere non est interpretis boni. Ita etiam *in l. 64. §.1. de euict.* alluuionis periculum non ad incrementum, sed ad euictionem referendum est, quia in casu illius legis fundo vendito ducenta iugera per alluuionem accesserint. Quamuis vero regulariter ius † alluuionis vtile ac fauorabile sit, vtpote à iure 93
Gentium introductum: *Parmens. libr.1.c.5.nu.10.* tamen nonnunquam etiam ipsi cui acquiritur inutile & detrimentosum esse potest, puta si ipsi expediat maris fluminisue vsum potius, retinere. Ita multæ insulæ per alluuionem continenti adiectæ leguntur, *de quibus Strab.lib.1. Plin.lib.2.cap.89. Simon Maiol.lib.1.dier.canic.14. sup.cap. 6.nu.36.* Ita Batauia † olim insula satis magna fuit, à scri- 94
ptoribus Romanis celebrata *sup.cap.4. num.21. Sueto.in Calig.cap. 44.* Quæ nunc talis esse desiit, *Munster.libr.3.cosmog.fol.(mihi)628.* Præsertim ciuitatibus maritimis noxię sunt alluuiones † portuū, 95
quippe per quas mediterraneæ factæ nauigationum & commerciorum emolumenta amittunt. Quales sunt ciuitates Anseaticæ, id est marinæ, *supr.cap.1.numer.20.* licet hodie id nomen κατ' ἐξοχὴν illis tantum tribuatur, quæ sunt in fœdere Anseatico. Harum enim felicitatem † in emporii ac nauigationum commodi-

 tate 96

tate consistere *diximus cap. 24. in fi.* Quomodo Ausonius Narbonem Galliæ commendat.

Te maris Eoi merces & Iberica ditant
Æquora, te classes Libyci Siculique profundi,
Et quidquid vario per flumina, per freta cursu
Aduehitur, toto tibi nauigat orbe Cataplus.

97 Ita Rauenna † Italiæ vrbs ab Augusto Cæsare portu manufacto aucta, nunc pro flumine spaciosissimos hortos ostendit, malis plena, sed de quibus non pendeant vela, sed poma, *ait Iornand. de rebus Geticis fol. (mihi)* 109. Ita Pataui), Aquileiæ & alibi latissima nunc iugera esse, vbi olim classium stationes fuerint, *docet Iustinus*

98 *Bellus in Hermet. polit. fol. 19.* qui etiam in Heluetia nauem † inuentam esse scribit, *iuxta descript. Ouidij 15. metam.*

Et procul à pelago conchæ iacuere marinæ,
Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.

99 Aldenburgum † ciuitas Wagirensis prouinciæ quondam maritima, *Helmold. lib. 1. Chron. Slav. 2.* Quæ nunc mediterranea facta est. *Tholos. 2. de Rep. 9. n. 3.* Traiectum vrbs ita dicta à crebro mercatorum transitu per Rheni veterum alueum, qui nunc lon-

100 gius ab eo remotus Vltraiectum † interpolauit. *Petr. à Mers. in annal. Episcol. Vltraiect. in pr.* Ita Leowerdia † Bolswerdia aliæque

101 Frisiæ vrbes olim maritimæ, nunc integro miliario à mari recesse-

102 serunt, *Vbb. Emm. in descript. harum ciuit.* De Norda † *idem auctor in descriptione chorogr. Frisiæ.* Hoc ipsi ad reliqua in fortunam deest, quod portus eius, qui aliquando optimus fuit, dum crescunt vtrimque in ora agri, limusque assiduo inuehitur, in annos deficiat. Quamquam id quoque malum pulcherrimorum agrorum adiectione ipsi reponere velle videtur &c. Et videtur ad hunc agrum pertinuisse incrementum super quo consultus respondit *Iohan. Gadd. ICtus in cons. de alluu. maris post tract. Noe Meureri.* Sed &

103 Hamburgenses † conqueruntur Albim olim vrbem suam propius alluisse. postea alueum suum diuisisse, *in petit. artic. pro restit. in*

104 *integr. art. 63. & pass.* Embda † vrbs cum idem incommodum sentiat, verita ne portus commoditate destituatur, nostro tempore trabibus ab insulæ Nessæ ex aduerso sitæ angulo continuis atque

inter se deuinctis in profundum iactis, Amasis flumen à Dullarto exclusum in pristino alueo propius ad mœnia cogit. Quod opus sumtuosissimum non immerito commendat *Vbb. Emm. libr. 2. rer. Frisi. & in d. descript. choregr.* Atque hoc quoque incommodum non minus ac inundatio in pœnam, à Deo immitti, *præter Syracid. c. 40. v. 28.* testatur arena in portu prope Staueram † ex 105
tritici effusione insolentis fœminæ in Fleuum, nata, perquam os portus obturatum, *Emm. in descript. Staucra.* Atq; hic est interitus 106
naturalis terræ vel insulæ. Cui in iure mors ciuilis † æquiparatur, qua Respublicæ, regna ac prouinciæ è libertate in seruitutem rediguntur, ac priuilegiis, honoribus, atque omni iure exutæ, verbo ICtorum, capite minuuntur, *l. 21. quib. mod. vsusfr. amit.* vbi tamen Modestinum principiis politicis abusum ciuitatem pro vrbe posuisse *annot. Bodin. 1. de Rep. 6.* Hoc autem quoties contingit Respublica pro mortua † habetur, *gl. in c. fin. in verb. expressi, ext.* 107
de procurat. veluti si in bannum incidat, *Gail. 2. de pace pub. 1. & 9. sup. cap. 16. in tr. Vnde dicit Bald. in extravag. de pace Constant.* Ciuitatem mori, si vel eluuione pereat, vel sit in banno Imperatoris. Quarum illa mors est naturalis, hæc ciuilis. Ciuilem hanc capitis diminutionem Alexan. M. Tyro † vrbi & insulæ inflixit, 108
quæ diu mare non vicinum modo, sed quocunque classes eius adierunt ditionis suæ fecerat, *ait Curt. lib. 4.* Quam cladem ipsi prædixerant Prophetæ. *Esai. 23. & Ezech. cap. 26. & 27.* Nequid de 109
aliis vrbibus à Romanis euersis hic addamus, vt fuerunt † Carthago *d. l. 21: d. l. 21. quib. mod. vsusf. Goth. in l. 1. §. 1. C. de off. P. P. Afric. Liu. in epitom. lib. 6. c. 1. Florus lib. 2. cap. 15. Appian. in Lybico Plutar. in Caton. Plin. lib. 15. cap. 18. Vellei. Paterc. lib. 1. Horat. 4 carm. 7. Eutrop lib. 4.* Et Corinthus eodem anno *Flor. ib. & cap 16. Pausan. in Achaic. Cicer. 1. offic. Eutrop. lib. 5. cap. 3. Reinec. in syntagm p. 3. fol. 580. sup. cap. 23. n. 56. Plura exempla recenset Seruius Sulpitius in epist. ad Ciceron. lib. 4. ep. 47.* Ex Asia rediens † cum ab Ægina Megaram versus nauigarem, 110
cœpi regiones circumcirca prospicere: post me erat Ægina, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corinthus, quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata & diruta

ante oculos iacent. *Adde Ovi. 15. metam. 39. in fin. Senec. epist. 71. & 91. Lactant. lib. 7. cap. 15. Munster. lib. 1. cosmogr. 2. Goth. in l. 1. C. de sum. Trinit. Gail. 2. p. p. 9. n. 28.*
111 An autem naturalem interitum † vis humana insulis infligere possit, in facto cõsistit. Extat quidem comminatio Artaxerxis Regis Persarum, qui propter Hippocratis Medici tergiuersationem sic Cois rescripsit: Vestram vrbẽ ferro & igni deuastatam, & insulam demolitam pelagus efficiam, vt ne imposterum dignoscatur, an eo in loco insula aut vrbs Cos fuerit. *Extat inter epist. Hippocrat. sect. 8.* Sed euentum voto respondisse non legitur. Licet maris impetu pessum iuisse legatur *apud Tertull. in apol. cap. 39.* Vt hunc modum natura sibi reseruasse vi-
112 deatur. Banno æquiparatur excommunicatio † in delictis Ecclesiasticis, *Gail. 2. p. p. 1. n. 26. & c. 6. n. 21.* Qua pœna Pontifex Ro.
113 vsus legitur, non solum in regno Angliæ † proscripto, ac Regi Hispaniarum in prædam concesso, sed etiam in Venetis excommunicatis. Quorum illa libertatem fortiter defensa hactenus perstitit, hi cum Pontifice in gratiam reuersi, non sine macula nominis sui, *de qua Paurmeist. lib. 2. de iurisd. imper. 3. in fi.* Cæterum cum per ciuilem hanc pœnam solum siue area insulæ vel vrbis proscriptæ ac dirutæ nihilominus maneat, *arg. d. l. 21. quib. mod. vsusfr.*
114 contingit sæpe vrbes † destructas renasci, vt de Tyro scribit *Curtius d. lo. Et constat ex l. 1. in pr. l. 8. §. 4. de censib. iuxta prædictionem Esa. cap. 23. v. 15.* Sed & Carthago rursus colonia esse cæpit. *d. l. 8. §. vlt.* Quo pertinet dictum Timagenis *apud Senec. ep. 91.* Quandoque
115 etiam † restituũtur. Quo casu an priuilegia omniaque iura amissa recuperent *disputat Gail. 2. obs. 61. & 2. p. p. vlt.* Neque enim dubium est, si bello se in pristinam libertatem vindicet vrbs, quin omnia amissa recuperet, iure postliminij *l. 26. quib. mod. vsusf. am. l. 20. §. 1. de capt. & postl. Gail. d. obs. 61. n. 5. Hotom. illustr. quæst. 5.* Alio-
116 qui forma Reipub. mutata, † eadem Respublica dici non potest. *Arist. 3. Polit. 3.* Et Resp. priores opes recuperans, alia & noua à priori esse videtur, *l. si seruus legatus, §. fi. de adim. leg.* Et res semel extincta resuscitari non potest, *l. inter stipulantem. §. sacram, de V. O.*
117 adeo vt etiam Lazarus † miraculose resuscitatus, non idem homo esse

esse videatur, sicque nec vxorem nec bona recuperasset, *gl. & Dd. in l. nam ad ea, de LL. Vasq. in praefat. ill. controu. nu. 64.* licet quaestio inutilis dicatur *Hering. de fideiuss. cap. 10. nu. 102.* nisi Plinii praesupposita admittas *lib. 7. nat. hist. 53.* Ad illam considerationem pertinet disputatio † *Knich. in velit. apolog n. 84. Et quae plura adduximus cap. 20. nu. 121.* Corolarii loco huc referri potest mutatio † tam locorum quam nominum, quae ex rerum vicissitudine nata, magnas difficultates tam Geographis quam Historicis obiicit. Qua de re *Plin. lib. 3. nat. hist. 1.* Haec causa magnos errores computatione mensurae saepius parit, alibi mutato prouinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis passibus. Incubuere maria tam longo aeuo alibi, processere littora, torsere se fluminum aut correxere flexus. Praeterea aliunde aliis exordium mensurae est, & alia meatus. Inde fit, vt nulli duo concinant. &c. *Senec. in consol. ad Helu. cap. 6.* Noua gentium nomina extinctis prioribus, aut in accessionem validioris conuersis oriuntur. *Honter. lib. 2.* 118 119

Sic olim indigenis bello, fame, peste fugatis,
Nomina saepe suis sunt commutata colonis.
Et libr. 3. Quorum pars superest prisco sub nomine, pars est
Excidiis deleta, locisq; manentibus iisdem
Per totidem linguas, & secula temporis acti
Nomina diuersis causis mutata feruntur.

Vnde illud: Latium in Latio requiri. *Goth. in l. 1 C. de sum. Trin.* Exempla quaedam habet *Gell. lib. 14. N. A. c. 6.* Quibus plura non addimus.

CAPVT XXX.

De Actionibus Insularum nomine competentibus.

SVMMARIA.

1 *Actionum necessitas.*
2 *Duplex modus consequendi nostrum.*

3 *Via iuris tutior via facti.*
4 *Potentes viam facti eligunt.*
5 *Manus iniectio priuatorum odiosa.*
6 *Nisi per iudicem ius obtineri nequeat.*
7 *Ad litigandum tardi esse debemus.*
8 *A vi abstinendum.*
9 *Bellum Græcorum de proprietate Salaminæ insulæ.*
10 *Solonis simulata insania.*
11 *Athenienses versiculo Homeri victores.*
12 *Poetarum auctoritates in magnis controuersiis prosunt.*
13 *Contentio Frisiorum de insula.*
14 *Rei partes faciliores.*
15 *Interrogatoria circa insulas.*
16 *Sine actione actor à limine iudicij remouetur.*
17 *Actio apta eligenda est.*
18 *Actiones sunt personales vel reales.*
19 *Obligatio est mater actionum.*
20 *Actiones ex contractu circa insulas.*
21 *Pactum an hodie actionem pariat?*
22 *Actio ad contractum inuestitura implendum.*
23 *Condictio ex moribus quando competat?*
24 *An dominus insulam promissam præcise tradere teneatur.*
25 *Insula promissa quando à tertio vindicari possit?*
26 *Reales actiones pertinent ad possessorium vel ad petitorium.*
27 *Possessorium est ordinarium vel summarium.*
28 *Prius in possessorio quam petitorio agendum.*
29 *Interdicta sunt triplicia.*
30 *Noui operis nunciatio quando competat?*
31 *De remediis possessoris Menochius consulendus.*
32 *An ad possessionem insulæ obtinendam remediũ possessoriũ competat?*
33 *Interdicta adipiscendæ possessionis quot sint?*
34 *Sine lege loquendum non est.*
35 *Quod quis non habuit, recuperare nequit.*
36 *Remedium c. reintegrandæ plenissimum.*

Inter-

37 *Interdictum recuperãdæ datur etiã illis, qui possessionẽ non habuerũt.*
38 *Possessio quandoq; sine apprehensione transit.*
39 *Heredi datur interdictum recuperandæ.*
40 *Aliquando quis perdit, quod non habuit.*
41 *Exempla non restringunt regulam.*
42 *Petitorium cum possessorio quando cumulari possit?*
43 *Rei vendicatio cui competat.*
44 *Dominium quandoq; ex legis dispositione acquiritur.*
45 *Vasallus dominium ex inuestitura consequitur.*
46 *Vasallus & emphyteuta vtilem rei vindicationem habent.*
47 *Distinctio dominij vtilis & directi defenditur.*
48 *Contentiones vocum superfluæ.*
49 *Apud Romanos dominium distinctum fuit.*
50 *Vindicatio est vel totius vel partis,*
51 *Vindicata prouincia vindicatur insula.*
52 *Insula adhærens est pars fundi.*
53 *Totum includit omnes partes.*
54 *Insula an sit proprius fundus?*
55 *Insula fictione iuris pro connexa habetur.*
56 *Insula quando rationem principalis habeat.*
57 *Iudicium diuisorium communi diui. ac finium regund.*
58 *Actio finium regund. an sit natiua an datiua.*
59 *Actionis finium regund. diuersi fines.*
60 *Actio finium regun. cum rei vendicat. cumulatur.*
61 *Publiciana est vtilis rei vindicatio.*
62 *Iurisdictio insulæ qua actione petatur?*
63 *Insula ad regalia pertinens qua actione petatur?*
64 *An etiam per rei vindicationem?*

CVM nihil prosit insulas iure nobis acquiri, nisi ius in effectum † deducatur *l. 2. §. 13. de orig. iur.* ita vt id, quod 1
nobis debetur, reipsa consequamur, *pr. Institut. de act. l. non est singulis, de R. I. Coler. de process. exsecutiu. in præfat. in pr.* etiam ab inuitis, *l. 83. §. de V. O. vt propterea Ias ad*

tit. Inst. de act. in pr. dicat nos Legistæ necesse habemus infirmitatem negotiorum actionum remediis curare: non erit hæc tam
2 necessaria tractatio omittenda. Duobus autem † modis id quod nostrum est consequimur, per disceptationem & vim. *Cicer. 1. offic. n. 8.* Lege & manu *l. 2 §. de O. I.* Illam viam iuris, hanc facti vocant Practici. *l. pen. de vi priu. Cole. in d. præfat. n. 40.* Atq; illa qui-
3 dem licet ordine naturæ sit prior † ac tutior, *arg. c. dominus noster, 23. q. 2. vt merito exclamet & Comicus in Rudent. A. 3. Sc. 2.*

Facile hic lege potius liceat, quam vi victo viuere.

4 Tamen homines, potentiores † præsertim, viam facti sibi potissimum eligunt, existimantes, *iuxta consilium Imp. in §. 4. Inst. de interd.* longe commodius esse possidere, quam petitoris partes sustinere, & se ad difficultatem probationis astringere, *§. 5. Inst. quod cum eo qui in al.* Itaque

Non ex iure volunt consertum, sed mage ferro,
Pellitur è medio sapientia, vi geritur res.

Vt conqueritur Ennius apud Cicer. pro Muran. Alber. Gentil. libr. 1.
5 *de iure bell. 2.* Hæc illa est manus † iniectio, *de qua cap. 22. in pr. dictum* in iure nostro admodum odiosa, *l. vn. C. de probi. seq. pecun.* nec priuatis concessa, *rubr. C. quand. liceat vnicuique sine iud. l. 7. vn. vi. Gail.*
6 *cap. 1. de pignorat. & arrest. c. 2. Coler. in d. præfat. n. 27.* nisi alio † modo per iudicem ius consequi nequeat. *gl. in c. ius gentium dist. 1. c. 1. & 2. c. 23. q. 2.* Vnde contra ciuitates superiorem non recognoscẽtes, qualis est Venetia, Florentia &c. licere sibi ipsi ius dicere concedit *Bart. in l. si alius, §. bellissime, quod vi & clam. Capol. 1. de serui. 30 n. 12.* Ita vt lis cedat victricibus armis. *Bald. in l. executore, col. fin. C. de re iud.* Vbi enim deficit ius, supplet ensis, *ait idem Bald. in c. 1. de treug. & pac. in vsib. feud.* Quod si in ciuilibus non minus prompti
7 ad litigandum † esse debemus, *monente Specul. tit. de aduocat.* ob quam causam Cato forum acutis silicibus olim sternendum cẽ-
8 suit. *Tholos. 2. de Rep. 6. nu. 9.* multo certe minus ad vim † procliues esse expedit, nisi omnis spes recuperandi deficiat, *Gail. de pignor. c. 2. Myns. 6. obs. 1. Heig. p. 1. q. 12. n. 41. Alber. Gentil. lib. 1 de iure bell. 3. 3. Schonborn. lib. 6. polit. 3.* ne magni Imperatoris increpationem in-

curra-

curramus, *in d.l.pen.de vi priuat.* aut Archidemi, *apud Thucid.libr.1.*
in eum qui iure agere & satisfacere velit, nefas esse bellum su-
mere. Exemplo debent esse potentibus contentiones Athe-
niensium † & Megarensium de proprietate Salaminæ insulæ, 9
pro qua vsque ad interitum armis dimicatum fuit, vsque adeo,
vt apud Athenienses capitale esse inciperet, si quis legem de vin-
dicanda insula tulisset. Quam tamen Solon simulata † dementia 10
soluit, eoque arcano insulam Atheniensibus vindicauit, primum
iure, deinde armis. *Plutar.in Solon.Iustin.lib.2.Frischlin.in comment.
super Aristoph. Reinec.in syntag.hist.p.1.in regno Atheniens. & pr. in
Tyran. Megarens. Idque* P*ausan. in Eliac. innuit*, Athenienses Solo-
nis elegis excitatos de insula prius disceptasse, deinde eam bello
recepisse. Atque in iure quidem vnico versu † Homeri *Iliad. B.* 11
victores extiterunt, *teste Quintil.libr.5.instit.orat.* 11.*in fin.* qui sic
habet:

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας.

Dum enim illic Aiax princeps insulæ naues suas Atheniensi-
bus coniunxit, concluserunt Athenienses, insulam eo tempore
sui iuris fuisse. Vt hinc Poetarum † auctoritates etiam in arduis 12
controuersiis magni faciat *Frideric.Tilem.in discurs.Philo.fol.*211.
Possessionem insulæ Philæus ex Aiacis posteritate postea Athe-
niensibus cessit. *sup.cap.24.nu.17.* Meminit clararum pugnarum
ad Salaminem editarum *Cicer.1.offic.nu.13.* Aliam contentionem
† Frisiorum de proprietate insulæ, non minus funestam vtrique 13
parti *pete ex cap.17.n.21.* Neque tamen prohibitum est insulam
propria auctoritate occupare, si quis ius ad eam se habere putet,
modo id fiat iis legibus, *de quibus diximus ca.21.& seq.* Sin minus, ad
iudicium deuenitur, in † quo rei partes, vt fauorabiliores, ita & 14
faciliores sunt. *sup.cap.28.nu.7.* Ad eundem pertinent interroga-
toria † circa insulas, quæ ad infringendam actoris probationem, 15
eiusque testes auertendos faciunt. Quorum aliquot collegit
R*utger.Ruland.amicus noster de commiss.libr.2.ca.12.part.2.* Actori ad
consequendam insulam actio necessaria est, quippe sine qua † 16
nemo in iudicio experiri potest, *l.6.§.fin.de negot.gest.* quin à limi-

 neiu-

ne iudicii repellatur: *Menoch. lib. 4. de arbitr. iud. quaest. 18. n. 3. Gail.* 17 *2. obs. 17. n. 3.* Et quidem † apta & commoda, *l. quod in haeredem, §. eligere, de trib. act. l. cum filius, §. varius, de leg.* 1. quia si ineptam proponat, succumbit, *l. 1. si mens. fals. mod. dix. l. 1. & 2. C. de form. c. examinata extr. de iudic. Specul. tit. de action. §. 2.* reusque absoluitur cum refusione expensarum *d. c. examinata, ubi Felin. & Panorm. VVesembec. co. f. 6. n. 55. vol. 1.* Magnae itaque prudentiae est, ex pluribus actionibus vnius rei nomine competentibus, *l. 43. de R. I. l. 34. §. 3. de O. & A. l. ult. C. de codicil.* eligere commodiorem, *l. 30. §. 2. locat.* vberiorem, *l. 1. §. 2. de in rem vers.* meliorem, *Specul. d. lo. §. 2. n. 7.* In ge-
18 nere actiones sunt, † vel personales vel reales, *l. 25. de O. & A. §. 1. Inst. eo.* ex quibus licet illae sint digniores, hae tamen pleniores & firmiores censentur, *Dd. in rubr. ff. si cert. pet. & ibi Coras. nu. 6. Decius in l. plus cautionis, de R. I. Gomez. Inst. de act. nu. 15.* Personales nascuntur ex contractu vel quasi *d. l. 25. §. 1. Inst. eod.* Vt de his vera sit Dd.
19 theorica, quod obligatio sit † mater actionum sc. personalium, *l. 10. de O. & A. l. 42. §. 1. de procur. & ibi Dd.* Itaque ex natura conuentionis ac negotii qualitate aestimandum est, quaenam actio insu-
20 lae nomine sit intentanda. † Si nudo pacto insula sit promissa, quamquam iure ciuili actio nulla competit, *l. 7. §. 5. & ibi Dd. de pact.* hodie tamen condictio ex moribus locum habere potest, eo
21 magis, quod iure Canon. pactum † actionem producere putatur. *Couar. ad c. quamuis. p. 2. §. 4. n. 24. v. Treutl. vol. 1. select. disputa. 6. thes. 6. & ibi all. g. Quomod. Rosenthalij sententiam in epit. feud. cap. 6. §. 3. admittit Ioh. Niell. disp. feud. 4. th. 1. lit. E. & disp. 9. thes. 1. lit. B.* Si stipulatione promissa insula, actio ex stipulatu vel certi condictio locum habet. *Fu't. 1. Feud. 10. nu. 9.* Si emtione venditione, donatione, vel alio contractu: istae quoque actiones ex Iure ciuili sunt notae. Idē dicendum, si vasallus super insula inuestitus sit. Ad implendum
22 enim † inuestiturae contractum contra dominum agere potest, non actione praescriptis verbis, *vt vult Cuiac. in praelud. feud. & 2. Feud. 8.* sed condictione ex lege: *l. vn. de condict. ex lege Duar. de feud. cap. 18. n. 2. Vigel. in method. iur. feud. c. 3. in pr.* vel potius condictio-
23 ne † ex moribus, *Rutg. Ruland. libr. 3. de commiss. 19. nume. 19. part. 3.*

siue

siue dominus possideat, siue non. Vtroque enim casu tenetur præstare id quod interest, *arg. l. 1. in pr. de act. emt. l. 4. C. eod. Ioh. Nie. d. disput. 4. th. 1. lit. F.* Et quamuis sint qui existiment, dominum † praecise tradere teneri, qui facultatem rei tradendæ habet, exẽplo venditoris, *l. 11. §. 2. de act. emt. l. 25. ff. de contra. emt. l. 35. § 5. de donat. Mynſ. 1. obſ. 53. Couarr. 2. var. resol. 19. nu. 1. Vaud. 1. var. quaest. 9.* tamen neutrum probat *Niellius d. lo. Cui & nos subscribimus.* Quod si tertius possideat † insulam promissam poterit ab illo vindicare vasallus *§. rei autem, 2. F. 8. c. vn. 2. F. 43. in fi.* si modo ipsi possessio semel tradita fuerit. *Vult. 2. Feud. 1. n. 13.* non si abusiue tantum sit inuestitus; nisi forte ipsi actio à domino cedatur. *Vult. d. cap. 1. nu. 12.* Neutro autem casu actionem personalem contra tertium intẽtare potest, quippe cũ quo nihil cõtraxit. *Vult. d. lo. Niell. disp. feud. 9. thes. 1.* Reales † actiones proponuntur in iudicio, vel petitorio vel possessorio; *gl. in l. momentanea; C. qui legit. pers. stand.* Possessoriũ est † vel plenarium siue ordinarium, vel summarium. Quod & momentaneum dicitur; *Menoch. de recup. poss. in prælud. nu. 7. l. vn. C. si de moment. poss. Ad quam eleganter commentatus est Cæsar Contardus.* In quibus gradatim à minimo ad maius iudicium procedere præstat, *l. 24. de R. V. l. 13. C. eod. l. 3. C. de interd. Specul. tit. de aduocat. §. 7. n. 8.* quia initio facto † à petitorio remedia possessoria tolluntur *l. 18. §. fi. si de vi armat. c. 5. extr. de causs. & propr.* Non contra *d. l. 3. C. de inter.* Possessorio inseruiunt interdicta; eaque non vnius generis, vel † prohibitoria, vel restitutoria vel exhibitoria. *l. 1. §. interdict. ff. de interd. §. 1. Inst. eod.* Ad priora referri potest noui † operis nunciatio, *Zas. ad l. 1. de nou. oper. nunc. n. 10.* contra ædificantem insulam vel aliud opus in flumine publico: In mari non nisi ex vna causa damni infecti; *d. l. 1 §. 18. de nou. oper.* quia ædificatio sine damno alterius fieri debet. *l. 50. de A. R. D. l. 2. §. 8. ne quid in lo. publ. l. vlt. in fi. de seru. vrb.* Cuius tamen edicti potestas hodie latius patet, cum etiam in mari iurisdictio competat. *sup. cap. 20.* Talis est noui operis nunciatio contra den Wertham in Albi flumine, *cuius meminit Gæd. in cons. de allũu. maris nu.* Adde his mandata pro libertate fluminum contra ædificantes, item agere vel nauigare

24 25 26 27 28 29 30

impedientes, *apud Mindan. lib. 2. de process. cam. 36. & seq.* Præter hæc sunt interdicta vel adipiscendæ, vel retinendæ vel recupe-
31 randæ possessionis. *De quibus latissime Iacob. Menoch. us† ubi singulorum remedia & exempla proponit.* Neque ex immenso illo oceano quidquam in riuulos nostros deducemus, nisi vnam hanc quæstionem consideratione dignam. Cum fundi continentis domino proprietas insulæ intra medietatem fluminis natæ ipso iure
32 annascatur, *l. 7. §. 3. de A. R. D.* numne aliquod remedium † possessorium ipsi competat, quo possessionem ab alio præreptam recipere possit? Dubium facit, quod hoc casu interdictum adipiscēdæ requiri videtur, quippe quod illi competit, qui possessionem insulæ nunquam nactus est. *l. 2. §. vlt. de inter. §. 2. Inst. eod.* Atqui tria tantum sunt adipiscendæ † possessionis interdicta *Schneid. in*
33 *§. sequens, n. 5. l. de inter.* Ex quibus nullum hic locum habet. Et vt plura iis affingamus, non patitur lex, quæ nos sine † lege loqui ve-
34 tat. *Nou. 18. c. 13.* Et quod in lege non cauetur, in practica non habetur, *ait Bal. in c. nihil, c. vlt. ext. de elect.* Et qui sine lege loquuntur nimis alte volant sine pennis, ideo non mirum, si cum Icaro cadant, *ait Cagnol. in l. frater à fratre, n. 250. de cond. indeb. Ita in simili disputat Nell. d. disp. feud. 9. th. 1. lit. F.* Sed nec interdictum recuperãdæ locum inuenit, quia hic dominus possessionem nondum ha-
35 buit, *sup. cap. 9. n. 12.* Non potest autem recuperari, nisi † quod ante amissum fuerit, *arg. l. 208. de R. I.* priuatio enim præsupponit habitum, *sup. ca. 11. n. 13.* Hæc vt vt ita se habeant, putamus tamen hoc casu domino succurri posse, *ex c. † redintegrandæ 3. q. 1.* quip-
36 pe quod est remedium generalissimum & plenissimum, & cuicunque spoliato competit, *Menoch. de recup. possess. rem. 15. VVesem. cons. 6. n. 37. vol. 1. Gail. 2. obs. 75. n. 10. Mascar. conc. 1328.* atque etiam
37 ex æquitate datur illi, qui possessionem † actu nondum habuit, veluti filiis ad res parentum recuperandas. *Socin. in l. rem quæ nobis num. 13. de acq. possess.* item prælatis ad recuperandam pensionem, quam numquam perceperunt. *Guid. Pap. decis. 629.* Quo pertinet disputatio *Oldendorp. class. 5. de act. benef. §. quid de heredibus sit,* vbi vult possessionem quo ad habitum & potentiam ipso iure in filios

lios continuari, *gl. in l. in suis, de lib. & posth. l. 2. § filius, pro here. Cora. 6. miscell. 12. Schrad. de feud. p. 2. cap. 5. n. 27.* Neq; nouum est, vt quandoque possessio ad alium ipso iure etiam sine † apprehensione 38
transeat, quam ciuilissimam vocant Dd. *Schneid. in § possidere, nu. 89. Inst. de inter.* Quod statuto & consuetudine fieri posse Dd. cõcedunt, *Menoch. de recup. poss. rem. 1. n. 393. & seq.* Eoque heredi † datur iudicium restitutorium, qui possessionem numquam habuit, 39
gl. in § summa, I. de inter. Guid. Pap. decis. 552. Item retinendæ contra turbantem se in possessione sua ciuilissima *Ioh. Fab. in § retinendæ num. 7. Inst. eo. Menoch. remed. retin. 3. num. 58. Hondeda. vol. 2. cons. 18. n. 15. Franc. Milan. 1. decis. 3. n. 185. & 203.* Vt sic dicatur perdidisse † 40
quod numquam habuit *gl. in c. concilia, dist. 17. & in c. quorundam, dist. 23 Decius in l. non videtur, de R. I.* Neque tam præcise inhærendum est exemplis *in tit. de interdictis* traditis, quia exempla † non 41
restringunt regulam siue dispositionem, *l. 1. § quod vulgo, ff. de vi armat. Eber. in loc. 79. nu. 38.* Sunt enim plura remedia adipiscendæ, quorum sex recenset *Rut. Rulan. de commiss. p. 1. lib. 4. cap. 1. num. 4. plura Menochius & alij.* Interim tutius fortasse fuerit eo casu possessorium cum petitorio † cumulare. Quod fieri potest, siue interdictum adipiscendæ, siue recuperandæ vna cum rei vindicatione instituatur, *arg. l. 18. § fi. de vi arm. Cuiac. 6. obs. 38. Hotoman. ill. quæst. 31. Fachin. lib. 8. contr. 6. late suo more. Rulan. d. lib. 4. c. 1. & seqq.* 42
Atque hæc rei † vindicatio in petitorio primas obtinet, daturq; 43
domino ad vindicandam insulam, quam alius de facto forte occupauit. *Rulan. d. p. 2. lib. 3. cap. 16. & 17.* siue dominus possessionem antea habuit, siue non, quia dominium ipso iure consecutus est *sup. cap. 10. num. 51.* Neque nouum est, dominium quandoque † ex 44
legis dispositione ad nos pertinere, etiãsi corporalem possessionem nondum nacti simus, vt contingit in legatario, *l. 80. de leg. 2. l. 64. in fi. de furt. l. 19. § 1. quemad seru. Treut. vol. 1. select. disp. 15. the. 3.* etiam ante apprehensionem, *l. 23. de A. P. l. 16. § qui testam. fac.* item in vasallo qui vtile dominium feudi † ex inuestitura consequitur, etiam ante traditionem, & corporalem rei apprehensionẽ, *Nicell. d. disp. 9. th. 3. lit. D. & disp. 4. th. 1. lit. vlt. licet in eo dissentiat* 45

Roset. th.

Rosenth c.12.§.2.Vult.2.Feud.1.nume.11. Quod necessario hoc casu dicendum est, quia alioqui dominus ad vindicandam insulam præoccupatam, nec actionem haberet deficiente dominio, nec interdictum, possessione nôdum apprehensa. Quod absurdum.
46 Sed & vasallo & † emphyteutæ vtilis rei vindicatio competit, ad vindicandum vtile dominium insulæ, *c.vn.§.rei autē, de inuest. de re alie.2.F.8.l.1.§.1 si ager vect.* Quam tamen actionem *Vult.2. Feud.1,num.13.* rectius quasi vindicationem dici contendit. Qui
47 etiam receptam in scholis & foro distinctionem † dominii directi & vtilis impugnat, *in discept. schol. 19.* atque illud dominium proprietatis, hoc iuris dici vult, *adde Gædd.in l.49.numer.8.de V.S.*
48 Sed lis est de nomine † tantum. *supra cap.26.num.4.* Nam res ipsa ne Romanis quidem prorsus ignota fuit, apud quos agrorum ve-
49 ctigalium & emphyteuticorum dominium † inter diuersas personas quodammodo diuisum fuisse colligitur *ex l.1.si ager vect.leg. 15.in pr.qui satisd.cog.& pass.* Non solum autem rei vindicatio com-
50 petit, si quis totam insulam † suam esse dicat, sed etiam si partem *l.6.l.8.l.56.de R.V.c.vn.2.F.41.* Qua tamen in parte interest, an insula seorsim & per se petatur, an vero coniunctim, cum conti-
51 nente, vt pars & accessio. Si enim prouincia † vel fundus continens vindicetur, etiam insula cohærens includitur. *arg.l.76. de R.V.Vult.1.feud.5.num.4.* Quod multo magis obtinet, si, quod cauti aduocati facient, fundus cum omnibus pertinentiis peta-
52 tur *supra.cap.24.num.88.& cap.26.num.29 & seqq.* Est enim insula † pars prouinciæ vel fundi continentis, *l.9.de iudic.* non minus ac villa pars fundi, *l.15.in fi.de instr.leg.* solum pars ædium, *l 49.de R.V.*
53 area pars insulæ. *l.qui res,§.aream,de solut.* Totum autem † quamlibet partem de necessitate includit, siue illud sit integrale, siue vniuersale. *l.si quis cum,7.in pr.de except.rei iud Eberh.in lo.8.n.9.* Neq; obest, quod insula separata est à continenti, *l.9.§.4.de vsufr.* &
54 quasi proprius † fundus, *l.44.de eui?.* vt ideo separatim petenda esse videatur, instar scaphæ *in l.3.§.1.de R.V.* Vnde castrum cuius est separata iurisdictio, sub iurisdictione ciuitatis non continetur, *Bald.in d.l.44.* Respondetur enim, id non obtinere, quando

insula

insula est de pertinentiis fundi vel prouinciæ continentis, *vt in d.*
l. 9. de iudic. sup. cap. 26. tunc enim † fictione iuris pro connexa ha- 55
betur, *arg. l. 99. §. 1. de V. S.* saltem quoad hunc effectum, *arg. l. 23. §.*
5 de R. *V. l. 19. de aur. arg. l. 9. l. 30. §. fin. de vsucap.* Alia ratio est, si in-
sula seorsim petatur, sine continentis respectu, quia tunc † pro- 56
prius fundus censetur, *d. l. 44. de euict.* Atque eius quoque pars, a-
liqua, vel pro diuiso, vel pro indiuiso peti potest, *l. 8. de* R. *V.*
Quod si insula diuisa nondum sit, ad diuisorium † iudicium vel 57
communi diuidundo vel finium regundorum descendendum
est, *l. 10 fin. reg. l. 2. §. 1. comm. diui.* Illud tunc obtinet, si duo vel plu-
res insulam communem habeant, siue cum societate, siue sine ea,
l. 2. com. diu. l. 38. § 1. pro socio. §. 3. Inst. de oblig. ex q. contr. Hoc inter
confines de limitibus insulæ distinguendis, *l. 4. §. 10. fin. reg.* veluti
si plures vicini circa insulam eorum agros attingentem concur-
rant, *vt in l. 7 §. 3. de A.* R. *D.* Hac autem actione quæ an natiua † sit 58
an datiua disputat *Hieronym. de Monte de fin. reg. cap. 38. c. 40. & seq.*
multipliciter agitur. Quæ vt contrahamus, dicimus actio-
nem hanc duplici fine intentari, vel vt noui fines fiant † & po- 59
nantur, quando non sunt positi, *eo modo, quo dictum cap. 17. l. 2. §. fin.*
l. 3. l. 13. fin. reg. vel vt positi & eiecti reponantur, *d. l. 13.* siue vi flumi-
nis turbati sint *l. 8. eod,* vt in Ægypto propter annuas Nili exunda-
tiones frequentissime accidit. *Strab. lib. 17.* siue facto hominum
veteres terminos amouentium, *§. fin. Inst. de off. iud. l. 1. &* 11. *de ter.*
mot. Hieron. de Monte d. cap. 40. Ob quod factum non solum crimi-
naliter agi poterit, si dolus interuenerit, *Hieron. Treutl. vol. 1 dispu.*
19. *th* 7. Sed etiam tantum agri modum, quantum subtraxit, re-
stituere tenetur ereptor, *l. 4. C. fin. reg. sup. cap. 21. n. 35.* Quæ actio
finium regundorum † etiam cum rei vindicatione cumulari po- 60
test, *arg. l. 11. in fi. de iurisd. VVesem. cons. 6. n. 42. vol. 1* licet ipsa vindi-
catio finium à vindicatione dominii separetur *in l. 10. C. de euict.*
Nou. 69. c. 1. & ib. Goth. Eadem fere ratio est † Publicianæ actionis
cum rei vindicatione, *l. 7. §. 8 de Publici.* vt propterea vtilis dicatur 61
in l. 3. §. 1. de iureiur. Bona fides enim tantum præstat possidenti,
quantum veritas domino. *l. 136. de R. I.* Quam actionem ab illa,

quæ vasallo aut emphyteutæ competit diuersam esse *constat ex l.*
62 *66. in pr. de eu ct.* Quod si † iurisdictio insulę petatur, rei vindicatio locum non habet, quia illa non pertinet ad res incorporales, *l. 1. §. 1. l. 56. & ib: Goth. de R. V.* sed requiritur actio negatoria vel confessoria *Schneid. ad §. æque, Inst. de act.* Rulan. *lib. 3. cap. 18. n. 9. p. 3.* qua etiam aliæ res incorporales vendicantur, *d. l. 56. de R. V. d. §. æque.*
63 Quid autem si insula iure † regalium petatur, qua actione id fieri debebit? *De possessoriis remediis v. Rutg.* Rul. *d. lib. 3. ca. 5.* In petitorio, quamuis condictio ex moribus prædominetur, R*ulan. d. lib. 3. cap.*
64 *26.* existimaremus tamen etiam rei † vindicationem concurrere posse, quia regalium nomine, nō iurisdictio tantum in abstracto, sed ipsa etiam proprietas insulæ in concreto petitur, *sup. cap. 11. n. 57.* Cætera quæ in considerationem veniunt, ex aliis actionum formulis facile suppleri poterunt.

CAPVT XXXI.

De iure singulari Insularum.

SVMMARIA.

1. *Insulani partim iure communi, partim iure proprio vtuntur.*
2. *Insulani sunt homines eiusdem originis.*
3. *Athenienses αὐτόχθονες crediti.*
4. *Itali Aborigines.*
5. *Germani indigenæ.*
6. *Spurij terræ filij.*
7. *Terræ nomine veniunt insulæ.*
8. *Insulæ à terra quandoq; separantur.*
9. *Prouinciales eodem iure vtuntur.*
10. *Insula cum continenti terra eodem prouincia.*
11. *In insula constitutus an sit absens?*
12. *Extra prouinciam nemo comparere tenetur.*
14. *Insulani an ius reuocandi domum habeant?*

14 *Insularum priuilegia circa forum.*
15 *Vltra duas diatas nemo extra diœcesin suam trahendus.*
16 *Magistratus continentis est etiam insulæ.*
17 *Insulani è continenti ius petunt.*
18 *Siculi in Italiam trahendi non sunt.*
19 *Insulanis proprius magistratus constituendus.*
20 *Litigantes inutili sumtu onerandi non sunt.*
21 *Præses prouinciæ iudicia diuersis in locis celebrare solitus.*
22 *Quinque ciuitates Palatinæ in Saxonia.*
23 *Diuersitas loci & temporis parit diuersitatem iuris.*
24 *Insulanis aditus in continentem non nisi nauigiis patet.*
25 *Sponsio si insulam pedibus adieris an valeat.*
26 *Asia prouincia nauibus adeunda.*
27 *Asia prouincia maritima.*
28 *Cataplus nauigij genus.*
29 *Nauigationum impedimenta varia.*
30 *Eurypi vis acrior.*
31 *Freti Siculi rabies.*
32 *Nauigatio omnis periculosa.*
33 *Cato inuitus nauigabat.*
34 *Hyeme nauigatio difficilior.*
35 *Orionis sidus nauigantibus infestum.*
36 *Item Arcturi.*
37 *Vegetij sententia.*
38 *Ianuario mense mare plerumque congelatum.*
39 *Hyeme insulani in continentem euocari nequeunt.*
40 *Exceptio loci non tuti.*
41 *Propriæ salutis ratio habenda.*
42 *Culpa est hyeme mari se committere.*
43 *Culpa est vento facili in portu remanere.*
44 *Nautæ astrologi esse debent.*
45 *Nauigatio pro diuersitate circumstantiarum variat.*
46 *Pro diuerso climate diuersimode nauigatur.*

47 *Æstus maris nauigationes adiuuat vel impedit.*
48 *In flumine tardius quam in mari nauigatur.*
49 *Naues aliæ aliis velociores.*
50 *Necessitatis telum insuperabile.*
51 *Liberat à contumacia.*
52 *Restitutionem in integrum promittit.*
53 *Longiorem terminum concedit.*
54 *Nauigaturi breuitate temporis arctandi non sunt.*
55 *Meticulosi an ad transnauigandum cogi possint.*
56 *In tempestate etiam constantissimi quiq; pallent.*
57 *Nausea marina ex timore colligitur.*
58 *Meticulosus per alium comparere potest.*
59 *In insula maiori alij maritimi alij mediterranei sunt.*
60 *Ripenses Ripuarij quinam?*
61 *Maritimi quousque extendantur.*
62 *Maritimi plerunq; maris periti.*
63 *Vt Rhodij.*
64 *Salaminij.*
65 *Phœnices.*
66 *Tyrij.*
67 *Cretenses.*
68 *Veneti.*
69 *Dani, Angli, Belgæ.*
70 *Anseatici.*
71 *Frisij.*
72 *Nauigationi imperium maris plerumq; coniunctum.*
73 *Minos primus maris dominator.*
74 *Neptunus Minoe antiquior.*
75 *Neptunus pro Iapheto ab Ethnicis cultus.*
76 *Phœnices & Tirij potentes in mari.*
77 *Rhodij maris Domini.*
78 *Venetorum Imperium maritimum.*
79 *Genuenses & Pisani maris domini.*
80 *Gothlandia Danorum insula.*

81 *Wisbia vrbs antiquissima.*
82 *Winetha vrbs desolata.*
83 *Ius nauticum Wisbiense.*
84 *Lubeca Hanseaticarum vrbium primaria.*
85 *Statuta Lubecensia commendantur.*
86 *Ciuitates iure Lubecano vsa.*
87 *Leges Schipuaria ficta.*
88 *Ius nauticum à iure ciuili differt.*
89 *Consuetudo maritima obseruanda.*
90 *Consuetudo quatenus iuri scripto repugnet.*
91 *Consuetudo contra ius naturale vel diuinum est irrationabilis.*
92 *Non etiam contra ius ciuile.*
93 *Leges Rhodia.*
94 *Vi tempestatis aliquo delatus innoxius est.*
95 *Neq. vectigal soluit.*
96 *Antonini Casaris aequitas.*
97 *Iudaus propter casum fortuitum punitur.*
98 *Naufragia circa insulas frequentia.*
99 *Promontoria nauigantibus periculosa.*
100 *Consuetudo de bonis naufragorum.*
101 Die Grundtrohr *quid?*
102 *Ius naufragij in flumine Mosella.*
103 Der Vntergang *in Rheno.*
104 *Ius nauale Regis Gallia.*
105 *Eiecta ad littus iure Gentium sunt domini littoris.*
106 *Consuetudo de spoliis naufragorum antiquissima.*
107 *Etiam Saxonibus vsurpata.*
108 *Et ab his in Italiam delata.*
109 *Inter naues naufragas & destitutas differentia est.*
110 *Ius publicum sensim regale factum.*
111 *Etiam persona naufraga in commissum cadunt.*
112 *Regum Dania, Ducum Holsatia, & Comitum vicinorum iura.*
113 *Frisiorum insularium ius.*
114 *Consuetudinis rigor paulatim mitigatus.*

115 *Ex naufragiis certa pars magistratui addicta.*
116 *Hac quoq; tandem remissa.*
117 *Merces inuentoribus debetur.*
118 *Consuetudo barbara à Dd. reprobata.*
119 *Praiudicia Camera.*
120 *Naufragi inuiti ad littus alliduntur.*
121 *Afflictis afflictio addenda non est.*
122 *Naufragorum summa miseria.*
123 *Prada ex naufragis sordida.*
124 *Pœna in direptores naufragorum.*
125 *Lucrum ex aliena calamitate inciuile.*
126 *Dieterici Oldenburgici laudabilis sententia.*
127 *Pacta Archiepiscopi & ciuitatis Bremensis.*
128 *Exceptiones à regula.*
129 *Barbari eodem iure non vtuntur.*
130 *Pœna talionis iustissima.*
131 *Seruitus inter extraneos valet.*
132 *Bona piratica in commissum cadunt.*
133 *Prioribus dominis tamen restituenda.*
134 *Res naufraga requiri debent.*
135 *Tutius tamen est res inuentas, publice proclamari.*
136 *Propter inuentionis pramia retentio datur.*
137 *Publice vtile est inuentoribus pramia constitui.*
138 *Vrinatores naufragis opitulantur.*
139 *Piratarum persecutio maritimis competit.*
140 *Pirata vnde dicti.*
141 *Piratarum detestatio.*
142 *Pirata omnium hostes.*
143 *Bellum piraticum.*
144 *Pompeius piratas persecutus.*
145 *Insulani piratis expositi.*
146 *Mithridates pirata.*
147 *Insula Baleares vastata.*
148 *Insula à piratis occupata.*

149 *Piratas persequi cuiuis licet.*
150 *Non tamen in portu alieno.*
151 *Societas ad persequendum piratas valet.*
152 *Persecutio piratarum in priuatis iurisdict. non importat.*
153 *Executio piratarum ad quem pertineat?*
154 *Priuilegia de persequendis piratis.*
155 *Specularum erectio pars iurisdictionis maritimæ.*
156 *Pharus insula & turris Ægypti.*
157 *Pharus vnde dicta.*
158 *Turris S. Marci Venetiis.*
159 *Nocturna lumina in flumine prohibita.*
160 *Nauis prætoria lucernam cæteris præfert.*
161 *Rauennæ specula.*
162 *Specula Hostiensis.*
163 *Turris Embdensium.*
164 *Oldenburgensium.*
165 *Hamburgensium.*
166 *Res onerosa recompensam exigit.*
167 *Vectigal Regis Daniæ.*
168 *Vectigal Hamburgensium.*
169 *Portorium vnde dictum?*
170 *Portus duplicis generis.*
171 *Ostia fluminum portus præbent.*
172 *Portus Hostiensis.*
173 *Euripi insularum portum præbent.*
174 *Insulæ portuosæ.*
175 *Mare importuosum.*
176 *Portus nauigantibus patere debent.*
177 *Hospitalitas commendatur.*
178 *Portu nauigantes prohibere est contra ius Gent.*
179 *Ligarius à Tuberone ICto accusatus.*
180 *Delus hospitalis.*
181 *Septentrionales populi hospitales.*
182 *Vt Sueci.*

183 Bo-

183 *Borussi.*
184 *Vandali.*
185 *Naufragis succurrere.*
186 *Itinera maritima promouere.*
187 *Insulanorum quorundam malitia.*
188 *Praecepta Ethica suadentur non imperantur.*
189 *Titulus de officiis latissime patet.*
190 *Priuilegia insulanis concessa.*
191 *Priuilegia ad superstitionem pertinentia.*
192 *Priuilegium insulae nouis operis.*
193 *Priuilegia non praesumuntur nisi probentur.*
194 *Infinitorum nulla scientia.*

1 INsulani partim † communi iure cum aliis continentis accolis, partim etiam iure quodam proprio vtuntur. Vnde contingit, vt in quibusdã melioris, in quibusdã etiam deterioris sint conditionis, *arg. l.9. de stat. hom.* Communi iure vtuntur, tam naturali, & diuino, quam Gentiũ,
2 quia sunt † homines, communi cognationis vinculo colligati, *l.3. de iust. & iur.* vnam eandemq; originem agnoscentes, *l. 13. de cont.*
3 *stip. c. omnibus 29 q.2.* Quamuis enim populi quidam se † αὐτόχθονας πρὸ σελήνης γηγενεῖς gloriati sint, vt Athenienses, in eius rei fidem cicadam in pileis gestantes, *Isocr. in pr. paneg. & in Panath. Ari. 2. poli. 8 Plut. in Timaeo. Vnde Auson. de clar. vrbib. eos terrigenas vocat, Turneb.*
4 *lib. 12. aduers. 8. in fi.* Sed & Itali se Aborigenes † dicebant, id est indigenas, in eo loco natos, ita quod ipsorum origo non sit aliunde *vt explicat Seruius 8. Æneid. Halicarn. libr. 1. Solin. libr 1 cap. 2.* De
5 Germanis indigenis † *Tacit. de morib. Germ. & ibi Altham. Tilem. in discurs. philo. fol. 122,* tamen eorum stultitiam merito rident *Bodin. in meth. histo. c. 6. & 8. Philip. Morna. de verit. relig. Christ 8. Calius Rho. lib. 18. lect. antiq 25.* Notũ n. est primum Generis humani principiũ *ex Gen. 1.* nota eiusdẽ propagatio in insulas, *Gen. 10.* neq; vlla insularũ primæ creationis laudẽ ad se trahere potest *sup. c. 19 n. 6.* Ipsi sapientiores Ethnici vanã hanc gloriã in opprobriũ trahẽtes, homines ignobiles terræ filios dixerũt, *Ang. Poli. in misc. ca. 18.* Quales

sunt

sunt spurij † ἀπάτορες in iure ciuili, l.23. de stat. hom. §.12. Inst. de nupt. 6
Couarru. in tract. de matrim. p.2. §.5. n.2. Ita etiam generali terræ nomine insulæ veniunt, quia terræ vniuersæ sunt portiones l.9. de iu- 7
dic. supra cap.2. n.7. Quod iuris autem est de toto quoad totum, hoc est etiam de parte quo ad partem l.76. de R.V. Eberh. in lo. 8. nu. 2. Et quamuis alicubi in sacris insulæ à terra † separentur, vt psal. 8
97. v.1. tamen id fit maioris attentionis ergo, quam specialis oratio magis mouet, quam generalis. Ita Prophetæ passim exclamāt audite cæli, attendite terræ: Esai. v.2. audite insulæ: Esai. c. 49. in pr. Taceant terræ, sileant insulæ. Esai. 24. & 41. &c. Sed & iure ciuili ac prouinciali † communi vtuntur insulani, quatenus vnius pro- 9
uincię socij ac eiusdem imperij consortes sunt, arg. l.2. ibi omnes ff. de legib. l. cunctos populos, & ibi Dd. C. de sum. Trin. Vt sic etiam prouinciales censeantur l.190. de V.S. Est enim insula † adhęrens pars 10
suæ prouinciæ, d. l.9. de iudic. & cum suo continente vnam constituit prouinciam, arg. l. vlt. C. de long. temp. præscript. Vnde qui in insula est, † extra prouinciam absens non videtur, d. l. vlt. 11. C. de long. 11
temp. præscr. l.34. §.8. ex quib. causs. mai. Nec maius spacium requirit vsucapio contra illum qui in insula est, quam qui est in continente, d. l. vlt. pr. Inst. de vsucap. licet de hac doctrina dubitet Ioh. Faber. in §. qui autem. n.5. Inst. de excus. tut. Ita quamuis nemo extra † pro- 12
uinciam alium defendere teneatur, l.35. §.5. de procur. ne quidem si id pacto in se receperit, Cothm. cons.33. nec tutelam subire, l.31. §.4. de excus. tut. nec iudicium accipere, l.45. §.1. de iudic. l.54. §.1. de procur. nec rationes præstare, l.19. §.1. de iudic. l.1. & 2. C. de ratiocin. Et generaliter nec citari nec euocari extra prouinciam quisquā possit, l.2. C. de interd. l. vlt. de iurisd. Nou. 69. c.2. tamen hæc omnia non pertinent ad insulam prouinciæ adiacentem, quia eiusdem pars esse censetur d. l.9. de iud. c. late cap.15. supra. Vnde insulani conuenti † in continente prouincia, non habent ius reuocandi domum, 13
de quo est in l.2. §.3. de iudic. c. fin. extra de foro compet nisi singulari priuilegio † id ipsis datum sit, vt in l. 6. C. de offic. rect. prouin. Nou. 50. Quale est illud Siculorum Ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur Cicer. Verr. 5. Item Cypriotum, de quo Cicer. li.

5. ad Attic. ep. 21. Euocare ex insula Cyprios non licet. Quo etiam
15 referri potest iuris Canonici scitum: ne quis vltra † duas dietas extra diœcesin suam trahatur, *in c. 28. & 29 extra de rescript.* Non enim tenebitur insulanus hoc iure in continente se sistere, si insula exinde distet centum miliaribus Italicis, *iuxta computum Modestin. in l. 13. §. 2 de excus. tut.* cum tamen Interpretes continentis iurisdictionem, eo vsque porrigant, *supra c. 34 n. 22.* Alioqui præses
16 prouinciæ magistratus † est non saltem in continenti, sed etiam in insulis adiacentibus *d. l. 9 de iudic. l. 7. §. 1. & 17. de interd. & rel.* nisi specialiter aliud constitutum sit, quia iudex in principali, est etiam iudex in accessorio. *Ant. de Butr. in c. de prudentia, extra de donat. int. vir. & ux. Hering. de fideiuss. c. 25. n. 156.* Et præses totam prouinciam, & sic etiam insulam pro tribunali habere dicitur. *Gail. 1.*
17 *obs. 52. in fi.* Quamuis vero † insulani apud Romanos è continente prouincia ius petere cogerentur. *Cic. d. epist. 21.* Ita in Salonam coloniam (*cuius meminit l. 3. C. de naut. fœn.*) descripti in decurias iura petunt, petunt & ex Insulis Issæi, *Plin. lib. 3. nat. hist. 22.* tamē cōmodius est in insula iudicium dari, saltem de rebus vilioribus, ob rationem, quam bene expendit Theodoricus Gothorum Rex *in*
18 *rescripto ad Comitem Siracusanum* † *apud Cassiod. c. 58.* vbi ad suum comitatum venire non vult, quos in longinquis regionibus cōtigerit immorari. Nullum enim tale negotium est, inquit, quod Siculi itineris tantas pati possit expēsas, dum commodius sit caussam perdere, quam aliquid per talia dispendia conquisiuisse, ob quā
19 caussam idem Theodoricus *ibid. cap 177.* proprium † Comitē insulæ Turritanæ & Curmitanę constituit. Iustum est enim, inquit vt quià reliquorū hominū sunt conuersatione diuisi, ad habitationes eorū vadat, qui eos probabili ratione cōponat. Ne quædā sit necessitas iniustitiæ, communes actus longe positos ignorasse. Et ipse Iustinia. *in Nou. 50. & 69 c. 1.* insulanorum precibus lubens annuit, *vt & Impp. in l. 6. C. de off. rect. prouinc.* Vnde cautum in iure, quod iudex caussam remittere debeat, quę venit de longinquo,
20 ne partes † sumtibus & expensis superuacuis grauentur. *l. 26. C. de appe. Hieron. de Mont. cap. 102. in fi.* tum etiam quia sæpe cum ma-

gna

gna captione à rebus nostris auocamur. *l. 7. ff. testam. quem. aper.* Atque ita præsides † quoque prouinciarum se accommodabant, 21 subinde loca mutantes, vt aditus ad ipsos subditis pateret. *l. 2. §. 3. quis ordo in possess. l. 4. de offic. procons. Cicer. d. epist.* 21. Quod olim quoque Imperatores Germanici facere solebant, in ciuitatibus † 22 Palatinis ius dicentes, *art. 62. lib. 3.* Landtr. Vt iure meritoque *Vasq. 2. controu. 51. num. 40.* taxet Pontificem Romanum, lites è prouinciis omnibus Romam euocantem. Cæterum ex loci temporisque circumstantia † diuersitas quædam iuris emergit, *l. 16. §. 1. de pœn. Vult. 1. I. R. 7.* & iuxta illam æquitas consideratur, *l. 14. §. 1. de relig.* licet alias absurdum sit ex locorum differentia diuersum ius 23 induci, *iuxta gl. in c. illud, dist.* 12. Hinc est, quod in † insulis commorantes non aliter, quam per mare vel flumen in continentem 24 venire possunt, *teste Iustin. in Nou. 49. in prin. §. 1. supra cap. 2. num. 33.* Ideo inutilis videtur stipulatio, vtpote impossibilis, si in insulam vel ex insula in continentem pedibus ieris, *arg. l. 7. de V. O. l. 31. de O. & A. l. 3. de condit. & dem. l. 183. de R. I. §. 10. Inst. de inut. stip.* cum solis nauigiis mare peruium sit. *l. 49. de R. V.* Sunt enim hoc ita interrupti insulani, vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit nisi nauigiis. *Cicer. in somn. Scipio.* Nisi forte hyeme per glaciē, vel sub recessu maris in mari aut flumine vadoso. *d. c. 2 n. 36. & c. 23. nu. 68.* Quæ res licet periculo non vacet, *Syrac. 3. v. 27.* existimamus tamen, valere † sponsiones, quæ apud maritimos de facto quando 25 que contrahuntur, dabo tot aureos si in insulam illam pedib. vel curribus ieris, *per ea quæ habet doctiss. Hering. c. 18. n. 42. l. 17. §. 5. de præscript. verb. l. 2. & 3. de aleat. l. 115. §. 1. de V. O.* Alioqui insula hoc priuilegium non habet à lege, sicuti Asia, † quæ licet ex Italia 26 pedestri itinere peruia esset, tamen ex Senatusconsulto non nisi per κατάπλουν, id est per adnauigationem à præsidibus adibatur. *l. 4. §. 5. de off. procons. Cicer. 2. epist. famil 5. & seq. & 5. ad Attic. 12.* Eoque idem Cicero Asiam vocat maritimam † prouinciam *in ora. pro L.* 27 *Manil. Facit l. 137. §. 2. de V. O. §. 13. Inst. de inut. stipul.* quia non solum versus mare porrigebatur, sed etiam insulas multas complectebatur. *supra cap. 15. numer. 45.* quæ postea ab Asia auulsæ proprium

præſidem receperunt, *Pancir. ad Notit. vtriuſque Imp. p. 2. cap. 10. & ſeq.* ſed à natura ipſa, quæ inſulam à continenti diſcreuit, *l. 9. §. 1. de vſufr.* nequicquam, cum tamẽ impiæ non tangenda rates tranſiliant vada, *vt Horat. canit. 1. carm. 3. ſcena magis ſeruiens quam veritati.*
28 Eſt autem cataplus † nauis genus, *de quo Martia. 12. epig. 75. Sic enim locum corrigit Turneb. lib. 30. aduerſ. 26. & lib. 10. c. 23. ſupra cap. 29. num.*
29 *96.* Nauigationem autem ſæpe non vna obſtacula impediunt † vt luti dies ventoſi, pluuioſi, obſcuri, *l. 30. §. 3. ad L. Aquil.* venti ſubiti, *l. 29. ad L. Aquil.* contrarij; *Act. 27. v. 4.* ventorum immenſitas, *Nou. 49. in pr. §. 2.* tempeſtas marina, *l. 3. C. de naut. fæn.* tempus aduerſum *l. 36. in fi. de R. V. l. 13. §. 1. locat.* Et quos plures caſus fortuitus recen-
30 ſuimus *cap. 29. num. 19.* Præſertim in † euripis aquarum impetus
31 maximus eſt. *cap. 2. num. 42.* De freto Siculo † Siciliam ab Italia diuidente *vide quæ ſcribat Iuſtin. lib. 2. Ariſt. in mirab. auſcult. fol. 1089.* Et ſunt inſulæ verſus meridiem, quæ propter velociſſimum maris curſum difficillime adiri poſſunt, *Paul. Venet. lib. 3. cap. 40.* Quamuis ergo negotium magnum ſit nauigare, *ſcribente Cicer. 5. ad Attic.*
32 *ep. 12.* & nauigatio omnis † incertum periculum coniunctum habeat, *l. 2. C. de naut. fæn. l. 5. in fi. de donat. int. vir. & vxor.* Et incerta ſit conditio ſi nauis venerit, *l. 129. l. 163. de V. O. d. §. 13. Inſt. de inut. ſtip. Horat. 1. od. 28.* Exitio eſt auidis nautis mare; vſque adeo vt Anacharſis Philoſophus, *apud Plutar. in apophth. lib. 4.* nauigantes tantũ à morte abeſſe dixerit quanta eſt ſpiſſitudo tabularum nauticarũ: ſcilicet quatuor digitorum *Iuuen ſat. 12. Adde Plaut. in Rudent. Act.*
33 *2. Sc. 6. & in Moſtell. A. 2. S. 2.* Et Catonem † pœnituiſſe ferunt, ſi nauigio vectus eſſet, quo terreſtri itinere peruenire potuiſſet, *Gail. 2. obſ. 64. Conſonat Senec. epiſt. 53.* Ego quocunque nauigare debuero viceſimo anno perueniam. A quibus tamen Auguſtus Cæſar diſſentiens libentius nauigabat *Sueto. ca. 82. Imo Vaſq. 1. contro. 21. num. 11.* nauigationem contra naturam eſſe multis probare
34 contendit: tamen hyeme † omnium maxime periculoſa & incerta eſt nauigatio, *l. 6. de off. rect. prouinc. l. 38. ex quib. cauſſ. mai. l. 122. §. 1. de V. O.* Vnde *Horat. 3. carm. 23.* amicam nauigaturam eo argumento deterret. Sed vides quanto trepidet tumultu pronus Orion:

† id eſt

† id est sidus hybernum. Id enim Hesiodi præceptum tentare vetat *lib. 2. ἐργῶν.* 35

Quod si nauigationis periculosæ desiderium ceperit,
Quando vtique Pleiades robur validum Orionis fugiētes
Occiderint in obscurum pontum:
Tum ne amplius naues habe in obscuro ponto.

Item † Arcturus, qui, *apud Plaut. in Rudent.* sic de se loquitur, 36

Arcturus signum sum acerrimum,
Vehemens sum cùm exorior, cùm occido vehementior.

Vnde *Ouid. 2. de ponto. 7.* conqueritur.

—proiectus in æquor
Arcturum subij Pleïadumque minas.

Huc pertinet casus *in d. l. 122. §. 1. de V. O.* propositus, vbi lex dicta erat vt ante idus Septembris nauigaretur, quia post idus arcturus vehementius sidus oritur, à quo nauigatio incerta est. *Alciat. 10. parerg. 19.* Pertinet item quod ante 10. Kal. Septemb. frumentum Constantinopolim deferēdum erat. *Iustin. in edict. 13. c. 6. 22. & vlt. Vegetius † enim lib 4. de milit. Rom.* docet ex consuetudine Romana 37 ex die 3. iduum Nouemb. vsque ad diem sextum iduum Martij maria claudi, nam lux minima, inquit, nox prolixa, nubium densitas, aeris obscuritas, ventorum, imbrium vel niuium geminata sæuitia non solum classes à pelago, sed etiam commeatus à terrestri itinere deturbant. Impp. autem, ob rationem, *in l. 1. §. 2. de vent. in possess. mit.* nauigantibus plenius cōsulentes, *in l. 3. C. de naufrag.* nauigandi necessitatem ex Kalend. April. in Kalend. Octobris terminarunt, quia æstatis beneficio vis ventorum mitigatur. Media autem hyeme nauigatio omnium periculosissima propter glaciem, velut in † Ianuario mense, de quo versus: Hoc te mense 38 caue studeas committere ponto. Vt falsum sit, quidquid de Alcedonis partu hoc mense mare pacatum reddente scripserunt veteres, *Plin. lib. 2. ca. 49. Ouid. 11. metamorph. & c. Plura de hac materia vide apud Tholosan. in præludi. opt. Iurisconsulti lib. 4. c. 5.* Hoc ergo tempore insulani in continentem † euocati, ne comparere quidem 39 tenentur, cum sine periculo vitæ adesse non possint *a. g. l. 21. §. 10.*

& seq. de recept. arb. Vt hic quoq; exceptio† loci non tuti obtineat, de qua est in clem. 2. vers. notorium, de sent. & re iud Gail. 1. obs. 52. nu. 3. Mynsing. 2. obs. 73. Nisi forte per glaciem transiri possit, vt in Septé-
41 trionalibus. Est enim propriæ † salutis ratio habenda, l. 7. ad Senatusconsultum Trebell. vsque adeo, vt nec vasallus teneatur salutem domini suæ propriæ præponere, gl. in § fin. de alien. feud. pater. 2. F. 39. Borch. de feud. cap. 7. n. 41. nec libertus, d. l. 38. de oper. libert. Eberh. in lo. 25. n. 12. licet in seruis aliud statutum sit, in l. 1. §. 28. ad SC. Silan. Exempla sunt apud Valer. Max. lib. 6. cap. 8. Quod bene ad milites extenditur à Dd. in l. pen. ex quib. causs. maio. Vnde nemo tenetur se in periculum præcipitare, d. l. 38. vel nauigare tempestate omni contemta. l. 137. §. 2. de V. O. Atque hæc cœli & temporis ratio vs-
42 queadeo obseruanda est, vt non obseruata nauigantes culpa † obstringat. l. 36. in fi. de R. V. l. 13. §. 1. locat. l. 3. C. de naut. fœn. Neque enim audiendus est perire festinans, l. 6 in fi. de appell. Eoque D. Paulus iustam caussam reprehendendi nautas habuit, quod contra consilium suum periculosa hyeme nauem soluissent. Actor. 27. Quamuis vero tum quoque peccet nauta, si cum prosperior
43 flatus inuitat † prætextu hyemis in portu hæreat, l. 7. C. de nauic. vel primam nauigationem negligat, de qua Turneb. lib. 24. aduers. 34. tamen facile caussa aliqua tergiuersationis subesse potest, dū
44 ex certis † prognosticis futuræ tempestatis metuens mare ingredi non audet. De quibus Virg. 1. Georg.

Præterea tam sunt arcturi sidera nobis
Hædorumque dies seruandi & lucidus anguis,
Quam quibus in patriam ventosa per æquora vectis,
Pontus & Ostriferi fauces tentantur Abydi.

45 Ipsa quoque nauigatio † non vniusmodi est, sed pro conditione temporis tempestatis, maris, arbitrio ventorum, nautarūq; solertia, mirum quantum variat. Gædd. in l. 3. n. 12. de V. S. arg. l. 38. §. fin. ex quib. causs. maio. Non per omnes maris partes vna viget
46 tempestas & eadem † tempestas, & eadem tempestas inueniens nauem in diuersis maris partibus non duci ad eundem locum, ait Corne. cons. 273. vol. 1. Non eadem celen-

celeritate, æquis tamen ventis, *inquit Scalig. exer* 88. Lusitani atq; Betici parem marium tractum metiuntur. De Madagascar scribit *Paulus Venetus lib. 3. cap.* 39. Confluunt passim ad hanc insulam multi mercatores, facillimeque illuc nauigare possunt propter maris fluxum. Nam à prouincia Maabar venitur in 20. diebus ad hanc insulam, iuuante nauem fluxu maris, cùm vix tribus mensibus aduersum fluxum superare possint, nam tota vi mare in meridiem fertur. Est enim celerius iter æstu † maris, adiurante tar- 47
dius reluctante, quæ felix nauigatio dicitur *in l. 131. §. 2. de V. O. Exempla sunt apud Plin. lib. 19. in pr.* in tranquillo mari nulloque ventorum impulsu tertio die ex Italia Vticam prouectorum æstu feruente. Galerius è freto Siciliæ Alexandriam peruenit septima die, Babilius sexta, Valerius Marianus à Puteolis nono die lenissimo flatu. *Adde eundem lib. 2. cap. 97.* Sed & in fluminibus † naui- 48
gia eodem sidere tardius incedunt, quàm in mari, *Cæl. Rhod. li. 26. lect. antiq. 7.* Sunt & venti alibi fortiores, *cap. praeced.* Tum etiam naues ad hoc comparatæ vt nauigent, *l. 12. §. 1. de vsufr.* aliæ aliis† 49
celeritate præstant, *l. 13. §. 1. locat. l. 10. §. 1. ad L. Rhod.* veluti prædatoriæ, mercatoriis: vacuæ onustis: minores grandibus. De quarum speciebus & differentiis *vide l. 1. §. 6. & 11. de exerc. act. l. 2. de capt. & postl. Gell. lib. 10. N. A. 25. quem explicat Turneb. lib. 19. adu. vlt.* Ita Catullus phaselum commendat,

> Phaselus ille, quem videtis hospites,
> Ait fuisse nauium celerrimum,
> Neque vllius natantis impetum trabis
> Nequisse prætetire &c.

Et Plaut. in Bacchid. Act. 2. S. 3. lembum prædatorium. Homines nos remigio sequi, neque venti aues citius. Contra *Curt. lib. 4.* Nauigia quæ modum excedunt, regi nequeunt. Ex his aliisque caussis facile excusari insulanos, si vel plane in continentem non veniant, vel non tempestiue, non tam Imperatorū constitutionibus quā dictamine rectæ rationis edocemur *vt in simili Modestinus loquitur in l. 13. §. 7. de excus. tut.* Efficacior enim omni arte † necessi- 50
tas, non vsitata modo præsidia, sed etiam noua inuenit *Curt. lib. 4.*

47 quæ ab omni fere parte mare in conspectu habet, *arg. Nou. Leo. 56. in pr.* Non si maior † & spaciosior sit, nam in hac differen- 59
tia inter maritimos & mediterraneos quoque locum habet. *l. 2. §. 6. si quis caut. l. 9. & ibi Goth. C. de annon. & trib. lib. 10. rubr. & ibi D. l. de naut. fœn.* Hi sunt qui interiora inhabitant, procul à littore maris remoti, *Plin. lib. 4. cap. 6. & lib. 6. cap. 8.* Illi qui quoque mare habitant. *l. 9. in pr. de L. Pomp. de parric. l. vn. C. de his qui parent. Ita Cæsar lib. 5. de bell. Gall.* Britanniæ pars interior ab iis incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt. Maritima pars ab iis, qui prædæ ac belli inferendi caussa ex Belgio transierant &c. Fluminum accolæ Ripenses † dicuntur *art. 56. lib. 2.* Landtr. 60
Item Ripuarij vt Rheni accolæ, *de quibus supra ca. 13. num. 25.* Quousque autem mediterranei † se extendant, quamuis in arbitrio iu- 61
dicis positum videatur, tamen à Romanis definitum videtur lege Gabinia vt Cn. Pompeius maria, insulas, oras maritimas, & continentem ad 50. à littore stadia, exercitus, classes, P. R. potestate extraordinario imperio haberet, *Plut. in Pomp. App. a. in Mytrid. Pompon. Lætus de L.L. Rom. cap. 17.* Vt sic latitudo oræ maritimæ apud nos sesquimilliaria Germania absolueret. Quæ alicubi Frisiæ non disconuenit. Itaque sicut maritimi † tam in insula, 62
quam in continente sunt, ita plerumque maris peritiam habent, quippe quod sine nauigiorum vsu nec piscationes exercere, nec in continentem, si insulani sunt, transire queant. Ita præ cæteris † Rhodij nauigandi peritia olim celebres. *Strab. lib. 14. Gell. lib.* 63
7. N. A. 3. Liuius dec. 4. lib. 7. Cæsar lib. 4. bell. Alex. Vnde nauticum populum vocat *Florus lib. 2. cap. 7.* Item † Salaminij *Cælius Rhod. li.* 64
12. cap. 12. † Phœnices. *Cæl. lib. 18. cap. 34.* Et ex illis præsertim Tyrii 65
† *Strab. lib. 16. Reinec. in syntag. p. 1. fol. 140.* Idem † Cretensibus tribu- 66
tum, vt prouerbio dictum sit; Cres nescit pelagus. *Strab. lib. 10.* 67
Cæl. d. lib. 18. cap. 26. Reinec. d. p. 1. fol. 236. Sed & Venetis † eam laudẽ 68
iam olim tribuit *Cæsar lib. 3. bell. Gall.* qui hodie in mari Adriatico primas tenent. In nostro orbe Dani, Angli † Belgæ in eo gen- 69
re excellunt. A quo neque vrbes † Anseaticæ excluduntur. Et 70
Frisii † vt maris periti commendantur *ab Adam. Bremens. in histor.*

72 *Eccles. cap.* 247. Nauigandi † peritiæ plerumque etiam imperium
73 maris cohæret; *de quo supra cap.* 14. Cuius primitiæ ad Minoem †
Regem Cretensem referuntur, qui primus mari longe lateque
imperitasse scribitur *Strab. lib. 10. Plut. in Theseo. Natal. com. li. 2. mythe. 7.* Proximum ab hoc locum Neptuno tribuit *Diod. Sicul. lib. 6.* *Sed Herod. lib. 3.* scribit Polycratem Samium ex Græcis secundum à Minoe fuisse, qui in animum induxerit, vt mari potiretur, atque Ioniæ & insulis dominaretur. Sint hæc vera in suo genere. Neptu-
74 ni † autem fabula antiquior est, quà illi in diuisione trium fratrum mare obtigisse fingitur *supra cap. 15. numer. 20. & cap. 19. n. 9.* Ad quam alludens Neptunus *apud Homer. Iliad. o. sic ait:*

τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς·
ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεί.

Omnia sunt partes in tres sortita, & honorem
Quisque suum cœpit, mihi parent æquoris vndæ.

75 Quod proculdubio ex partitione terrarum inter tres filios † Noachi, ex quibus Iapheto insulæ obuenerunt, caussam traxit, *Gen. 10.*
76 Phœnices † quoque in mari præpolluisse innuit *Tacit. 11. annal.* Et de Tyro scribit *Curt. lib. 4.* quod diu non mare vicinum modo, sed quocunque eius insulæ classes adierint suę ditionis fecerit. *Adde*
77 *Ezech. c. 26. & 27.* Successit Rhodus † & ipsa domina maris, vt ab ipso Imp. appellatur *in l. 9. ad L. Rhod. Strab. lib. 1. & latius lib. 14.* Admiranda est etiam (inquit) legum optimarum conseruatio & industria, cum aliis Reip. partibus, tum naualibus impensa copiis, quibus freti Rhodij maris imperium diu obtinuerunt, piratas sustulerunt &c. *Consen. t. Polyb. lib. 4. Gell. lib. 7. c. 3. Reinec. p. 3. in Rep. Rhod. Cicero pro L. Manil.* A Rhodiis videtur ea gloria longo tem-
78 pore post ad † Venetos transiisse, qui & ipsi maris Adriatici sunt
79 domini *supra cap. 20. n. 66. Ita Genuenses † & Pisani maris domini dicuntur à Rade vvic lib. 2. c. 9.* Nam quod *Matth. Stephani lib. 2. de iurisd. p. 2. c. 7. num. 6.* à Rhodo amissa mercatum ac rei naualis scientiam
80 trans mare Balthicum in insulam † Danorum Gothlandiam migrasse contendit, id à loci marisque distantia redarguitur. Imo lōge antiquior est Septētrionaliū peritia ac potestas maritima in
suo

ſuo freto, quã vt ab illa mutatione inchoari debeat. Eſt enim vrbs
Gothlandia Wisbia † antiquiſſima, ex Winethæ vrbis Vandaliæ 81
fluctibus ſubmerſæ ruinis, à Gothis reliquiis in hanc inſula trans-
portantib. extructa. P. Berth. l. 3. cõment. in VVisbya. De Winethæ † 82
emporio celeberrimo in Oderæ oſtio ſitæ elegant. Helmold. lib. 1.
Chron. Slau. 2. Chytræ in append. Cranz. metropol. Philip. Melan. in orat. de
Iohan. Bugenhag. Venetã nominat, reſpexit q. eo. e interpres Chronici
Carionis. Adde Adam Bremenſ. Vt hæc æquiuocatio nominis cauſſã
errori dediſſe videatur Stephano. In hac inſula & vrbe Wisbya o-
lim leges † nauticæ conditæ, cõmuni omniũ mercatorũ conſenſu 83
dictæ das Wiſbys Schiffrecht. Berth. & Stephan. d. lo. Horum enim
teſtimoniũ circa conſuetudines maritimas magni facit Iuſtinia.
Imp. in Nou. 106 in pr. Extat liber cuius titulus in lingua Saxonica
ſic habet: Waterrecht dat de Koplüde vnd Schippers gemacket hebben
tho Wiſby. Inde porro Lubecam † translatum, vtpote ciuitatum 84
Hanſeaticarũ primam. Stephan. d. lo. Cuius ſtatuta † olim præ cæ- 85
teris in pretio habita. Quorũ aliquot cõmentaris auxit Iohan. Si-
brand. Profeſſor Roſtochienſ. Et cõmendat Hering. in præfat. tract. de fi-
deiuſſ. prope fin. qui ſæpe ad ea prouocat. Atq; inde eſt, quod pluri-
mæ ciuitates † maritimæ iure Lubecano vſæ, quas recenſet poſt Coth- 86
man. 1. conſ. 5. n. 1. & conſ. 40. Matth. Steph. li. 2. c. 7. n. 34. Hering. in d.
præfat. Sibrand. d. lo. p. 1. ſect. 9. Et poſſet his addi lex Schipuaria † à 87
Friſione condita, niſi id cõmentum Suffridi Petri ſolide refutaſ-
ſet Vbbo Emm. in apolog. Eſt autem ius nauticum † à iure ciuili di- 88
uerſum, rubr. & l. 1. ff de naut. fæn. & ibi Dd. quippe quod potiſſimũ
in conſuetudine maritima conſiſtit. Nou. 106. in pr. Hæc autem
non † minus, quam lex ſcripta attendenda eſt. gl. in d. N. 106. 89
Bald. in l. obſeruare, §. antiqua, de off. proconſ. Et antiqua conſuetu-
do in aqua obſeruanda. l. ſi manifeſte, C. de ſeru. & aq. Boſſius in tit.
de aquis num. 28. quia conſuetudo tribuit iuriſdictionem, & dat
priuilegium, c. cum dilectus, in fi. extra de conſuet. c. conqueſtus, 8. quæſt.
3. Quamuis vero prędicta gl. hoc ita demum admittat, ſi † con- 90
ſuetudo maritima non repugnet iuri ſcripto, quod & probat Cæ-
polla lib. 2. de ſeruit. 26. numer. 22. arg. leg. C. quæ ſit long.

*conſ.d.N.*106.*ca.*1. tamen id ita accipiendum eſt, ſi iuri diuino vel naturali aduerſetur, tunc enim vt irrationabilis reiicitur, *cap.* 10. *extra de conſuet.* Et mala practica obſeruanda non eſt, *Bald.in leg.*
92 *ſed licet, de offic.praſ.* Eſt enim corruptela potius quam conſuetudo dicenda, *c.fin.extra de conſuet.* At ſi ſit contra ius † ciuile ſcriptum, huius auctoritatem non tantam eſſe dicerent maritimi, quod vſum & mores omnium Gentium vincere poſſit, *arg.c.vn.x.F.* 1. Neque ideo minus valet, *gl.in c.mala, diſt.*8. ſaltem ex vſu, ſi non
93 ex ratione. *c.vn.§.filij.*2.*F.*26. Talis eſt Lex † Rhodia allegata *in l.* 9. *ad L.Rhod.de iact.* cuius ſit mentio in *c.vlt.diſt.*2.*Paul.*2.*ſent.*7. *Tholoſ.* 1. *ſyntag.*4. De eadem *Tertull.lib.*3.*aduerſ.Marcion.* Nauclero illi, non quidem Rhodia lex, ſed Pontica cauerat. Item illa Rhodiorum lex: Si qua roſtrata nauis in portu deprehẽſa ſit, publicetur. Quæ
94 an obtineat, ſi qua vi † ventorum inuitis nautis in portum delata
95 ſit, diſputat *Cicero lib.*2.*de inuent.* Imper. Antoninus † nautas vi tẽpeſtatis in inſulam Cretam contra edictum delatos excuſatos ha-
96 buit, *in l.*15.*ff.de publican.* vſque adeo, vt nec † vectigal ſoluere teneantur, *Ruland.lib.*2.*de commiſſar.de interrog.cap.*5.*num.*74. Quod
97 tamen in Iudęis † non valuit, qui adeo Cyprum attingere prohibiti, vt etiam vi tempeſtatis illuc delati, capite plecterentur. *Dion.*
98 *Caſſ.in Traian.* Sunt autem naufragia circa inſulas † ac littora frequentia, vt propterea nautę non abs re terram timeant, *Senec. epiſt.*53. Ita Chelidoniæ nauigantibus peſtiferæ metuuntur. *Plin.li.* 5.*cap.*31. *Et apud Tacit.*2.*annal.* tempeſtas rapuit deiecitque naues Germanici in aperta Oceani, aut inſulas ſaxis abruptas, vel per occulta vada infeſtas. Claudius prope Stœchadas inſulas pene ſubmerſus. *Suet.in Claud.c.*17. Neque aliunde fabula de Sirenum cantu orta eſt, quam à fallacitate loci ac inſulæ Planeſię, aqua nihil ſuperextantis. *Natal.Comes.lib.*7.*myth.*13. Quarum nomen & Sirenuſſæ prope Sardiniam fallaciſſimę præferunt. *Plin.lib.* 3. *c.*6.*&* 7. Adde fabulas de Scylla & Charibdi *apud Homer. Odyſſ.* μ.
99 *Senec.epiſt.*79. *Natal.lib.*8.*c.*12. Quod maxime obtinet, ſi inſulæ † promontoriis in mare deſinant. Quales ſunt Maleæ Laconicæ naufragiis infames, *Strab.lib.*1.*Homer.odyſſ.*δ. *Eraſm. in colloq. in pereg.*

pereg.relig.ergo. De quibus prouerbio dictum est: Cum ad Maleam deflexeris, domesticos obliuiscere: *Atque ita corrigendam esse Seruij Sulpitij epistolam 12. lib. 4. famil. recte sentit Cæl. Rhod. lib. 12. lect. ant. 17. in fi.* De his ergo naufragorum bonis inualuit † consuetudo apud maritimos, quam in prædam cedunt illis, ad quorum fines naufragia fiunt. 100 Alicubi etiam hoc ius regale est, spectans ad dominum loci. Et habet hanc conditionem: si nauis fundum tāgat. Wann das Schiff Grund† rühret/daß es dem Grundtherrn verfallen sey. 101 Littora autem ad regalia pertinent: *supra cap. 10. n. 32.* Vnde etiā die Grundruhr dicitur: in priuilegio Caroli *4. in annal. Treuir. Kyriandri p. 55.* vbi dicit, Comites Lutzemburgenses supra, & Comites Spanheimenses infra Treuirim habere imperium fluminis Mosellæ † & vltra hominum memoriam potestatem in naufragiis & ius priscum die Grundruhr. 102 Adde den Vntergang in † Rheno flumine, *de quo supra cap. 9. nu. 34.* Et tale est regale, quod 103 ratione Normanniæ possidet Rex † Galliæ, vulgo die Fahrecht dictum, *Tholos. 9. de Rep. 1. numer. 29.* 104 Quasi dicas das Fahrrecht, quo nauigantes vtuntur. Quo iure vsus Magister equitum in Gallia Legato Cæsaris coram Henrico 2 duas naues ad littus eiectas, & à Iordano Vrsino captas repetenti, respondit: Ea † quæ ad littus eiecta sunt, Gentium omnium iure ad Principes qui littoribus imperarent, pertinere: 105 *Bodin. 1. de Rep. vlt. numer. 171.* Sicuti etiam bona deperdita ad magistratum loci referuntur, *Tholos. d. ca. 1. num. 22.* Et sane antiquissimam esse † consuetudinem hanc ab 106 insulanis & maritimis vsurpatam, *patet ex l. 9. ad L. Rhod.* vbi naufragi à publicanis Cycladas insulas inhabitantibus direpti erant non alio, quam huius consuetudinis maritimæ prætextu. Circa has enim insulas crebra quoque naufragia. Vt propterea Horatius moneat *1. carm. 28.* Interclusa nitentes vites æquora Cycladas. Neque dubium est, quin antiqui † Saxones eandem obseruarint, cum ipsi etiam piraticam exercuerint, 107 *supra cap. 22. nu. 51.* A quibus † per Gothos & Longobardos in Italiam delata, vt 108 Fridericus 2. in comitiis apud Ronchalias tollere necesse habuerit,

rit, *in constit. ad decus & honorem, in extrauag. vnde desumta est auth. na-
uigia, C. de furt.* Et circa idem tempus Eugenius *3. in c. 3. extra de ra-
ptor.* eandem consuetudinẽ sub pœna excommunicationis sustu-
lit. Cuius tamen criminis etiam Agathensis Episcopus Galliæ
accusatus, *in c. cum dilecti, 12. extra de accus.* Et cum olim bona nau-
fraga cuiuis in publicum cederent, qui etiam abusi eius consue-
109 tudinis interpretatione, naues † æstu tantum destitutas ac in va-
dis hærentes diripiebant, vt de Arabibus scribit *Curt. lib. 4.* de Pha-
ri insulæ incolis *Iulius Cæs. lib. 3. de bell. Alex. in fi.* postea ad solos
110 Principes & superiores dominos † restringi cœpit. Atque ita
111 quidem, vt & personæ naufragantes † in commissum caderent.
Ita Abbas Stadens. ad A. 1112. post Adam. Bremens. Friderici Comi-
tis Stadensis mater & Auia de Anglia nauigantes, in Comitatu
Stadensi naufragium passi sunt, & secundum prisci iuris rigorem
tam homines, quam res regiæ ditioni sunt mancipati. Alludit *eo
Arnold. Lubecens. lib. 3. chron. Slau. 5.* quando ait, negotiatores pro
vili cõmercio piscium in Dania comparatorũ, sua optima, non-
nunquam etiam seipsos naufragando relinquere. Ex hac cõsue-
112 tudine id ius olim exercuerunt Reges Daniæ † Duces Holsatiæ,
Comites Oldenburgici & Embdani *Gædd. in consi. de allu. maris n.
113 261. & 355.* Sed & Frisii † insulani id ius ab antiquo vindicarunt,
ex piscationibus & naufragiis fere victitantes *Vb. Emm. in descript.
Chororogr. Frisiæ in fi. & lib. 2. decad. 1.* Cæterum paulatim insulanis ac
maritimis ad humaniores mores assuefactis, & piratica deficere,
114 & consuetudo † vetus aboleri aut saltem mitigari cœpit. Hinc
cautum in pactis Frisiorum cum Episcopo Monasteriensi anno
1276. vt Frisius naufragium faciens in ditione Monasteriensi res
naufragas sine lite statim recuperaret. *Emm. lib. 11. rer. Fris. in fi.* Et
in pactis Ioannis Bauari Comitis Hollandiæ cum Frisiis occidẽ-
115 talibus de anno 1421. Comes postulauit trientem naufragarum †
rerum, quarum intra annum nullus compareret dominus. In pa-
ctis vero cum Frisiis Oriental. cautum: vt naufragia relinquãtur
consuetudini cuiusque loci. Consuetudo illa describitur in aliis
Frisiorum pactis de anno 1422. Res naufragæ ex vndis seruatæ
more

more veteri ex bello restituantur dominis triens seruatoribus cedat. *Emm. li.* 19. Sed hæc quoque pars † sensim restricta, vt in a- 116
ctis Vlrici Capitanei Frisiæ cũ Hamburgens. de an. 1453. Naufraga eiecta in littus Frisiæ oriẽtalis, dominis sine diminutione reddantur, ij mercedẽ operæ ex æquo & bono seruatoribus soluent. *Emm. li. 24. rer. Frisic.* Quod & in fœdere Edzardi Comitis & Vlrici Esensis de an. 1524. repetitum: In naufragis & fluitantib. sequetur morẽ Frisiæ orientalis, contentusq; operis mercede, ex æquo & bono naues mercesq; dominis restituet. *Emm. li. 53* Item in pactis Bremensiũ cũ Esensibus de an. 1540. Vt Esenses rebus naufragis, posthabito iniquo & barbarico iure seu more veteri, abstinerẽt, darentq; operã, vt insulani naufragantib. auxilio essent, neque quicquã ab iis, præter laboris ac operę mercedẽ † æquã exi- 117
gerẽt, in fluitantib. aut casu inuentis rebus iuri cõmuni locũ darent *Emm. li. 58.* Sic ergo penitus ab aula recessit † consuetudo 118
quã Dd. communiter vt barbaram & iniquam reprobant, *Ioh. de Plat es, Lucas de Penna & Dd. in l. 1. C. de naufrag. li. 11. And. Gail. li. 1. obs. 18. Sebast. Medices in tract. de cas. fort. q. 9. nu. 7. p. 2 Balduin. ad LL. Constanti. l. 1. C. de naufr. Matth. Stephan. lib. 2. de iurisd. p. 1. c. 7. memb. 1. nu. 273. And. Knich. de iure Saxon. non prouo. c. 5. verb.* Wasser Fischerey. *Bapt. Aim. Parmens. lib. 1. de alluu. 6. Vultei. ad § item lapilli, Inst. de R. D. 9. Hieron. Trent. vol. 1. select. disp. 1. th. 9. lit. B. Hilliger. in Donell. Enucl. li. 1. cap. 13. lit. C. Bodin. l. b. 1. de Rep. vlt. Schonborn. lib. 4. polit. 15. & alij.* Eamque sententiam † Camera Imperialis in caussa ciuitatis Ham- 119
burg. contra Duces Holsatiæ cõprobauit *Gail. d. obs. 18. n. 6.* Ac nititur ea euidenti ratione, tam naturali quã ciuili. Cũ enim nau
fragi, non sponte, † sed per vim maiorem alienis littoribus illidã- 120
tur. *l. 15. de publican. supra n. 94.* non debet ipsis hominũ iniuria adimi, q. fati misericordia reliquit, *c. 1. de treug. & pac.* multo minus af-
flictis † afflictio addi. *l. Diuus, 13. & ibi Dd. de offic. præs.* neq; ex alieno 121
fletu risus captari. *c. petistis, 20. extra de priuileg.* Qua de re Theodoricus Rex *apud Cassiod. in form. c. 79.* Quod aliena vi cõstat esse impositũ, trahere nõ possumus ad delictũ. Iniquũ est enim, vt hominis vitio deputetur, q. eius voluntate nõ regitur &c. Et facit huc
dictum

& seq. de recept. arb. Vt hic quoq; exceptio † loci non tuti obtineat, *de qua est in clem. 2. vers. notorium, de sent. & re iud Gail. 1. obs. 52. nu. 3. Mynsing. 2. obs. 73.* Nisi forte per glaciem transiri possit, vt in Septé-
41 trionalibus. Est enim propriæ † salutis ratio habenda, *l. 7. ad Senatusconsultum Trebell.* vsque adeo, vt nec vasallus teneatur salutem domini suæ propriæ præponere, *gl. in § fin. de alien. feud. pater. 2. F. 39. Borch. de feud. cap. 7. n. 41.* nec libertus, *d. l. 38. de oper. libert. Eberh. in lo. 25. n. 12.* licet in seruis aliud statutum sit, *in l. 1. §. 28. ad SC. Silan. Exempla sunt apud Valer. Max. lib. 6. cap. 8.* Quod bene ad milites extenditur *à Dd. in l. pen. ex quib. causs. maio.* Vnde nemo tenetur se in periculum præcipitare, *d. l. 38.* vel nauigare tempestate omni contemta. *l. 137. §. 2. de V. O.* Atque hæc cœli & temporis ratio vs-
42 queadeo obseruanda est, vt non obseruata nauigantes culpa † obstringat. *l. 36. in fi. de R. V. l. 13. §. 1. locat. l. 3. C. de naui. fæn.* Neque enim audiendus est perire festinans, *l. 6 in fi. de appell.* Eoque D. Paulus iustam caussam reprehendendi nautas habuit, quod contra consilium suum periculosa hyeme nauem soluissent. *Actor. 27.* Quamuis vero tum quoque peccet nauta, si eum prosperior
43 flatus inuitat † prætextu hyemis in portu hæreat, *l. 7. C. de nauic.* vel primam nauigationem negligat, *de qua Turneb. lib. 24. aduers. 34.* tamen facile caussa aliqua tergiuersationis subesse potest, dú
44 ex certis † prognosticis futuræ tempestatis metuens mare ingredi non audet. *De quibus Virg. 1. Georg.*

Præterea tam sunt arcturi sidera nobis
Hædorumque dies seruandi & lucidus anguis,
Quam quibus in patriam ventosa per æquora vectis,
Pontus & Ostriferi fauces tentantur Abydi.

45 Ipsa quoque nauigatio † non vniusmodi est, sed pro conditione temporis tempestatis, maris, arbitrio ventorum, nautarũq; solertia, mirum quantum variat. *Gœdd. in l. 3. n. 12. de V. S. arg. l. 38. §. fin. ex quib. causs. maio.* Non per omnes maris partes vna viget
46 tempestas & eadem † tempestas. & eadem tempestas inueniens nauem in diuersis maris partibus non duci ad eundem locum, *ait Corne. cons. 273. vol. 1.* Non eadem celen-

celeritate,æquis tamen ventis, *inquit Scalig. exer* 86. Lusitani atq; Betici parem marium tractum metiuntur. De Madagascar scribit *Paulus Venetus lib.3.cap.39.* Confluunt passim ad hanc insulam multi mercatores, facillimeque illuc nauigare possunt propter maris fluxum. Nam à prouincia Maabar venitur in 20. diebus ad hanc insulam, iuuante nauem fluxu maris, cum vix tribus mensibus aduersum fluxum superare possint, nam tota vi mare in meridiem fertur. Est enim celerius iter æstu † maris, adiurante tardius reluctante, quæ felix nauigatio dicitur *in l.131.§.2.de V.O. Exempla sunt apud Plin.lib.19.in pr.* in tranquillo mari nulloque ventorum impulsu tertio die ex Italia Vticam prouectorum æstu feruente. Galerius è freto Siciliæ Alexandriam peruenit septima die, Babilius sexta, Valerius Marianus à Puteolis nono die lenissimo flatu. *Adde eundem lib.2.cap.97.* Sed & in fluminibus † nauigia eodem sidere tardius incedunt, quam in mari, *Cæl.Rhod.li.26. lect.antiq.7.* Sunt & venti alibi fortiores, *cap.praeced.* Tum etiam naues ad hoc comparatę vt nauigent, *l.12.§.1.de vsufr.* aliæ aliis† celeritate præstant, *l.13.§.1.locat.l.10.§.1.ad L. Rhod.* veluti prædatoriæ, mercatoriis: vacuæ onustis: minores grandibus. De quarum speciebus & differentiis *vide l.1.§.6.& 11.de exerc.act.l.2.de capt. & postl.Gell.lib.10.N.A.25.quem explicat Turneb.lib.19. adu. vlt.* Ita Catullus phaselum commendat.

47 48 49

Phaselus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse nauium celerrimum,
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequisse pręterire &c.

Et Plaut.in Bacchid.Act.2.S.3. lembum prædatorium. Homines nos remigio sequi, neque venti aues citius. Contra *Curt.lib.4.* Nauigia quæ modum excedunt, regi nequeunt. Ex his aliisque caussis facile excusari insulanos, si vel plane in continentem non veniant, vel non tempestiue, non tam Imperatorũ constitutionibus quã dictamine rectæ rati[onis] s edocemur *vt in simili Modestinus loquitur in l.13.§.7.de excus[ati]. tu.* Efficacior enim omni arte † necessitas, non vsitata modo præsidia, sed etiam noua inuenit *Curt.lib.4.* 50

Eoque

47 quæ ab omni fere parte mare in conspectu habet, *arg. Nou.*
Leo.56.in pr. Non si maior† & spaciosior sit, nam in hac differen- 59
tia inter maritimos & mediterraneos quoque locum habet. *l. 2.*
*§.6.si quis caut.l.9.& ibi Goth.C.de annon.& trib.lib.*10.*rubr.& ibi D l.*
de naut.fœn. Hi sunt qui interiora inhabitant, procul à littore ma-
ris remoti, *Plin.lib.*4. *cap.* 6. *& lib.6.cap.8.* Illi qui quoque mare
habitant. *l.9.in pr. de L.Pomp.de parric.l.vn.C.de his qui parent.Ita Cæ-*
sar lib.5.de bell.Gall. Britanniæ pars interior ab iis incolitur, quos
natos in insula ipsi memoria proditum dicunt. Maritima pars
ab iis, qui prædæ ac belli inferendi caussa ex Belgio transierant
&c. Fluminum accolæ Ripenses† dicuntur *art.56.lib.* 2. Landtr. 60
Item Ripuarij vt Rheni accolæ, *de quibus supra ca.13.num.25.* Quo-
usque autem mediterranei† se extendant, quamuis in arbitrio iu- 61
dicis positum videatur, tamen à Romanis definitum videtur le-
ge Gabinia vt Cn. Pompeius maria, insulas, oras maritimas, &
continentem ad 50. à littore stadia, exercitus, classes, P.R. pote-
state extraordinario imperio haberet, *Plut.in Pomp. App.a. in My-*
trid. Pompon. Lætus de LL.Rom.cap.17. Vt sic latitudo oræ mariti-
mæ apud nos sesquimilliaria Germania absolueret. Quæ alicubi
Frisiæ non disconuenit. Itaque sicut maritimi† tam in insula, 62
quam in continente sunt, ita plerumque maris peritiam habent,
quippe quod sine nauigiorum vsu nec piscationes exercere, nec
in continentem, si insulani sunt, transire queant. Ita præ cæte-
ris† Rhodij nauigandi peritia olim celebres. *Strab.lib.14. Gell. lib.* 63
7.N.A.3.Liuius.dec.4.lib.7.Cæsar lib.4.bell. Alex. Vnde nauticum
populum vocat *Florus lib.2.cap.7.* Item† Salaminij *Cælius Rhod.li.* 64
12.cap.12.† Phœnices. *Cæl.lib.18.cap.34.* Et ex illis præsertim Tyrii 65
† *Strab.lib.16.Reinec.in syntag.p.1.fol.140.* Idem † Cretensibus tribu- 66
tum, vt prouerbio dictum sit; Cres nescit pelagus. *Strab. lib.10.* 67
Cæl.d.lib.18.cap.26.Reinec.d.p.1.fol.236. Sed & Venetis† eam laudē 68
iam olim tribuit *Cæsar lib.3.bell.Gall.* qui hodie in mari Adriatico
primas tenent. In nostro orbe Dani, Angli† Belgæ in eo gen- 69
re excellunt. A quo neque vrbes† Anseaticæ excluduntur. Et 70
Frisii† vt maris periti commendantur *ab Adam.Bremens.in histor.*

72 *Ecclef. cap.* 247. Nauigandi † peritiæ plerumque etiam imperium
73 maris cohæret, *de quo supra cap.* 14. Cuius primitiæ ad Minoem †
Regem Cretensem referuntur, qui primus mari longe lateque imperitasse scribitur *Strab. lib.* 10. *Plut. in Theseo. Natal. com. li.* 3. *mytho.* 7. Proximum ab hoc locum Neptuno tribuit *Diod. Sicul. l. b.* 6. *Sed Herod. lib.* 3. scribit Polycratem Samium ex Græcis secundum à Minoe fuisse, qui in animum induxerit, vt mari potiretur, atque Ioniæ & insulis dominaretur. Sint hæc vera in suo genere. Neptu
74 ni † autem fabula antiquior est, quā illi in diuisione trium fratrum mare obtigisse fingitur *supra cap.* 15. *numer.* 20. *& cap.* 19. *n.* 9. Ad quam alludens Neptunus *apud Homer. Iliad. o. sic ait:*

τριχθὰ δὲ πάντα δέδασαι, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς.
ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον, πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ

Omnia sunt partes in tres sortita, & honorem
Quisque suum cœpit, mihi parent æquoris vndæ.

75 Quod proculdubio ex partitione terrarum inter tres filios † Noachi, ex quibus Iapheto insulæ obuenerunt, caussam traxit, *Gen.* 10.
76 Phœnices † quoque in mari præpolluisse innuit *Tacit.* 11. *annal.* Et de Tyro scribit *Curt. lib.* 4. quod diu non mare vicinum modo, sed quocunque eius insulæ classes adierint suę ditionis fecerit. *Adde*
77 *Ezech. c.* 26. *&* 27. Successit Rhodus † & ipsa domina maris, vt ab ipso Imp. appellatur *in l.* 9. *ad L. Rhod. Strab. lib.* 1. *& latius lib.* 14. Admiranda est etiam (inquit) legum optimarum conseruatio & industria, cum aliis Reip. partibus, tum naualibus impensa copiis, quibus freti Rhodij maris imperium diu obtinuerunt, piratas sustulerunt &c. *Consen. t. Polyb. lib.* 4. *Gell. lib.* 7. *c.* 3. *Reinec. p.* 3. *in Rep. Rhod. Cicero pro L. Manil.* A Rhodiis videtur ea gloria longo tem-
78 pore post ad † Venetos transiisse, qui & ipsi maris Adriatici sunt
79 domini *supra cap.* 20. *n.* 66. *Ita Genuenses † & Pisani maris domini dicuntur à Radevvic l. b.* 2. *c.* 9. Nam quod *Matth. Stephani lib.* 2. *de iurisd. p.* 2. *c.* 7. *num.* 6. à Rhodo amissa mercatum ac rei naualis scientiam
80 trans mare Balthicum in insulam † Danorum Gothlandiam migrasse contendit, id à loci marisque distantia redarguitur. Imo lōge antiquior est Septētrionaliū peritia ac potestas maritima in suo

suo freto, quã vt ab illa mutatione inchoari debeat. Est enim vrbs Gothlandiæ Wisbia † antiquissima, ex Winethæ vrbis Vandaliæ 81
fluctibus submersæ ruinis, à Gothis reliquiis in hanc insulam transportantib. exstructa. *P. Berth. li. 3. comment. in VVisbya.* De Winethæ † 82
emporio celeberrimo in Oderæ ostio sitæ elegant. *Helmold. lib. 1. Chron. Slau. 2. Chytræ in append. Cranz. metropol. Philip. Melan. in orat. de Iohan.* Bugenhag. Venetã nominat, *respiciens q. eo. e interpres Chronici Carionis. Adde Adam. Bremens.* Vt hæc æquiuocatio nominis causã errori dedisse videatur Stephano. In hac insula & vrbe Wisbya olim leges † nauticæ conditæ, cõmuni omniũ mercatorũ consensu 83
dictæ das Wisbys Schiffrecht. *Berth. & Stephan. d. lo.* Horum enim testimoniũ circa consuetudines maritimas magni facit *Iustinia. Imp. in Nou. 106. in pr.* Extat liber cuius titulus in lingua Saxonica sic habet: Waterrecht dat de Koplüde vnd Schippers gemacket hebben tho Wisby. Inde porro Lubecam † translatum, vtpote ciuitatum 84
Hanseaticarũ primam. *Stephan. d. lo.* Cuius statuta † olim præ cæ- 85
teris in pretio habita. Quorũ aliquot cõmentaris auxit *Iohan. Sibrand. Professor Rostochiens.* Et cõmendat *Hering. in præfat. tract. de fideiuss. prope fin.* qui sæpe ad ea prouocat. Atq; inde est, quod plurimæ ciuitates † maritimæ iure Lubecano vsæ, *quas recenset post Cothman. 1. cons. 5. n. 1. & cons. 40. Matth. Steph. li. 2. c. 7. n. 34. Hering. in d. præfat. Sibrand. d. lo. p. 1. sect.* 9. Et posset his addi lex Schipuaria † à 87
Frisione condita, nisi id cõmentum Suffridi Petri solide refutasset *Vbbo Emm. in apolog.* Est autem ius nauticum † à iure ciuili di- 88
uersum, *rubr. & l. 1. ff de naut. fæn. & ibi Dd.* quippe quod potissimũ in consuetudine maritima consistit. *Nou. 106. in pr.* Hæc autem non † minus, quam lex scripta attendenda est. *gl. in d. N. 106.* 89
Bald. in l. obseruare, §. antiqua, de off. procons. Et antiqua consuetudo in aqua obseruanda. *l. si manifeste, C. de seru. & aq. Bossius in tit. de aquis num.* 28. quia consuetudo tribuit iurisdictionem, & dat priuilegium, *c. cum dilectus, in fi. extra de consuet. c. conquestus, 8. quæst. 3.* Quamuis vero prędicta gl. hoc ita demum admittat, si † con- 90
suetudo maritima non repugnet iuri scripto, *quod & probat Cæpolla lib. 2. de seruit. 26. numer. 22. arg. leg. C. quæ sit long.*

*conf.d.N.*106 *ca.*1. tamen id ita accipiendum est, si iuri diuino vel naturali aduersetur, tunc enim vt irrationabilis reiicitur, *cap.* 10. *extra de consuet.* Et mala practica obseruanda non est, *Bald. in leg. sed licet, de offic. praes.* Est enim corruptela potius quam consuetudo
92 dicenda, *c. fin. extra de consuet.* At si sit contra ius † ciuile scriptum, huius auctoritatem non tantam esse dicerent maritimi, quod rursum & mores omnium Gentium vincere possit, *arg. c. vn. 2. F.* 1. Neque ideo minus valet, *gl. in c. mala, dist.* 8. saltem ex vsu, si non
93 ex ratione, *c. vn. §. filij.* 2. *F.* 26. Talis est Lex † Rhodia allegata *in l. 9. ad L. Rhod. de iact. cuius fit mentio in c. vlt. dist. 2. Paul. 2. sent. 7. Tholos. 1. syntag. 4.* De eadem *Tertull. lib. 3. aduers. Marcion.* Nauclero illi, non quidem Rhodia lex, sed Pontica cauerat. Item illa Rhodiorum lex: Si qua rostrata nauis in portu deprehensa sit, publicetur. Quae
94 an obtineat, si qua vi † ventorum inuitis nautis in portum delata
95 sit, disputat *Cicero lib. 2. de inuent.* Imper. Antoninus † nautas vi tempestatis in insulam Cretam contra edictum delatos excusatos ha-
96 buit, *in l.* 15. *ff. de publican.* vsque adeo, vt nec † vectigal soluere teneantur, *Ruland. lib. 2. de commiss. r. de interrog. cap. 5. num.* 74. Quod
97 tamen in Iudeis † non valuit, qui adeo Cyprum attingere prohibiti, vt etiam vi tempestatis illuc delati, capite plecterentur. *Dion.*
98 *Cass. in Traian.* Sunt autem naufragia circa insulas † ac littora frequentia, vt propterea nautę non abs re terram timeant, *Senec. epist.* 53. Ita Chelidoniae nauigantibus pestiferae metuuntur. *Plin. li. 5. cap.* 31. *Et apud Tacit. 2. annal.* tempestas rapuit deiecitque naues Germanici in aperta Oceani, aut insulas saxis abruptas, vel per occulta vada infestas. Claudius prope Stoechadas insulas pene submersus. *Suet. in Claud. c.* 17. Neque aliunde fabula de Sirenum cantu orta est, quam a fallacitate loci ac insulae Planesię, aqua nihil superextantis. *Natal. Comes. lib. 7. myth.* 13. Quarum nomen & Sirenussae prope Sardiniam fallacissimę praeferunt. *Plin. lib. 3. c. 6. & 7.* Adde fabulas de Scylla & Charibdi *apud Homer. Odyss. μ.*
99 *Senec. epist. 79 Natal. lib. 8. c.* 12. Quod maxime obtinet, si insulae † promontoriis in mare desinant. Quales sunt Maleae Laconicae naufragiis infames, *Strab. lib. 1. Homer. odyss. 3. Erasm. in colloq. in pereg.*

pereg. relig. ergo. De quibus prouerbio dictum est: Cum ad Maleam deflexeris, domesticos obliuiscere: *Atque ita corrigendam esse Seruij Sulpitij epistolam 12. lib. 4. famil. recte sentit Cæl. Rhod. lib. 12. lect. ant. 17. in fi.* De his ergo naufragorum bonis inualuit † consuetudo apud maritimos, quam prædam cedunt illis, ad quorum fines naufragia fiunt. Alicubi etiam hoc ius regale est, spectans ad dominum loci. Et habet hanc conditionem: si nauis fundum tagat. Wann das Schiff Grund † rühret, daß es dem Grundtherrn verfallen sey. Littora autem ad regalia pertinent: *supra cap. 10. n. 32.* Vnde etiã die Grundruhr dicitur: in priuilegio Caroli 4. *in annal. Treuir. Kyriandri p. 15.* vbi dicit, Comites Lutzemburgenses supra, & Comites Spanheimenses infra Treuirim habere imperium fluminis Mosellæ: † & vltra hominum memoriam potestatem in naufragiis & ius priscum die Grundruhr. Adde den Vntergang in † Rheno flumine, *de quo supra cap. 9. nu. 34.* Et tale est regale, quod ratione Normanniæ possidet Rex † Galliæ, vulgo die Fahrech dictum; *Tholos. 9. de Rep. 1. numer. 29.* Quasi dicas das Fahrrecht, quo nauigantes vtuntur. Quo iure vsus Magister equitum in Gallia Legato Cæsaris coram Henrico 2 duas naues ad littus eiectas, & à Iordano Vrsino captas repetenti, respondit: Ea † quæ ad littus eiecta sunt, Gentium omnium iure ad Principes qui littoribus imperarent, pertinere: *Bodin. 1. de Rep. vlt. numer. 171.* Sicuti etiam bona deperdita ad magistratum loci referuntur, *Tholos. d. ca. 1. num. 22.* Et sane antiquissimam esse † consuetudinem hanc ab insulanis & maritimis vsurpatam, *patet ex l. 9. ad L. Rhod.* vbi naufragi à publicanis Cycladas insulas inhabitantibus direpti erant non alio, quam huius consuetudinis maritimæ prætextu. Circa has enim insulas crebra quoque naufragia. Vt propterea Horatius moneat 1. *carm.* 28. Interclusa nitentes vites æquora Cycladas. Neque dubium est, quin antiqui † Saxones eandem obseruarint, cum ipsi etiam piraticam exercuerint, *supra cap. 22. nu. 51.* A quibus † per Gothos & Longobardos in Italiam delata, vt Fridericus 2. in comitiis apud Ronchalias tollere necesse habuerit,

100 101 102 103 104 105 106 107 108

more veteri ex beſſe reſtituantur dominis triens ſeruatoribus ce-
dat. *Emm. li. 19.* Sed hæc quoque pars † ſenſim reſtricta, vt in a- 116
ctis Vlrici Capitanei Friſiæ cũ Hamburgenſ. de an. 1453. Naufra-
ga eiecta in littus Friſiæ orientalis, dominis ſine diminutione red-
dantur, ij mercedẽ operæ ex æquo & bono ſeruatoribus ſoluent.
Emm. li. 24. rer. Friſic. Quod & in fœdere Edzardi Comitis & Vl-
rici Eſenſis de an. 1524. repetitum: In naufragis & fluitantib. ſe-
quetur morẽ Friſiæ orientalis, contentuſq; operis mercede, ex æ-
quo & bono naues merceſq; dominis reſtituet. *Emm. li. 53* Item in
pactis Bremenſiũ cũ Eſenſibus de an. 1540. Vt Eſenſes rebus nau-
fragis, poſthabito iniquo & barbarico iure ſeu more veteri, abſti-
nerẽt, darentq; operã, vt inſulani naufragantib. auxilio eſſent, ne-
que quicquã ab iis, præter laboris ac operę mercedẽ † æquã exi- 117
gerẽt, in fluitantib. aut caſu inuentis rebus iuri cõmuni locũ da-
rent *Emm. li. 58.* Sic ergo penitus ab aula receſſit † conſuetudo 118
quã Dd. communiter vt barbaram & iniquam reprobant, *Ioh. de
Platea, Lucas de Penna & Dd. in l. 1. C. de naufrag. li. 11. And. Gail. li. 1. obſ.
18. Sebaſt. Medices in tract. de caſ. fort. q. 9. nu. 7. p. 2 Balduin. ad LL. Con-
ſtanti. l. 1. C. de naufr. Matth. Stephan. lib. 2. de iuriſd. p. 1. c. 7. memb. 1. nu.
273. And. Knich. de iure Saxon. non prouo. c. 5. verb.* Waſſer Fiſcherey.
*Bapt. Aim. Parmenſ. lib. 1. de allun. 6. Vultei. ad §. item lapilli, Inſt. de R. D.
9. Hieron. Trent. vol. 1. ſelect. diſp. 1. th. 9. lit. B. Hilliger. in Donell. Enucl. li.
1. cap. 13. lit. C. Bodin. lib. 1. de Rep. vlt. Schonborn. lib. 4. polit. 15. & alij.* E-
amque ſententiam † Camera Imperialis in cauſſa ciuitatis Ham- 119
burg. contra Duces Holſatiæ cõprobauit *Gail. d. obſ. 18. n. 6.* Ac
nititur ea euidenti ratione, tam naturali quã ciuili. Cũ enim nau
fragi, non ſponte, † ſed per vim maiorem alienis littoribus illidã- 120
tur. *l. 15. de publican. ſupra n. 94.* non debet ipſis hominũ iniuria adi-
mi, quod fati miſericordia reliquit, *c. 1. de treug. & pac.* multo minus af-
flictis † afflictio addi. *l. Diuus, 13. & ibi Dd. de offic. praeſ.* neq; ex alieno 121
fletu riſus captari. *c. petiſtis, 20. extra de priuileg.* Qua de re Theodo-
ricus Rex *apud Caſſiod. in form. c. 79.* Quod aliena vi cõſtat eſſe im-
poſitũ, trahere nõ poſſumus ad delictũ. Iniquũ eſt enim, vt homi-
nis vitio deputetur, quod eius voluntate nõ regitur &c. Et facit huc
dictum

dictum Augusti Cęsaris *apud Dion. lib. 50.* Nauis ex se nulla cui-
122 quam nocuit. Quanta sit naufragorum † miseria collige ex Vlys-
sis naufragio *ap. Homer. odyss. E.* Plauti Rudente, *Gunth. lib. 10. v. 390. Senec. epist. 53. aliisque scriptoribus. Adde l. 1. de ruin. naufr. incend.* Vnde merito Imp. Leo *in N. 64.* pessimum & sacrilegum vocat, qui seiustiusmodi lucro mancipat, quia quasi mortuos spoliat. *Et Vlp. in l.*
123 *10. de ruin. naufr.* execrandam † prædam vocat. *De qua Manil. lib. 5. astronom.*

> Quæstus naufragio petitur, corpusque profundo
> Immissum pariter, quam præda exquiritur ipsa.

124 In quos grauis pœna † constituta est *in l. 1. & tt. de ruin. naufr. incend. l. 1. §. vlt. ad L. Iul. de vi priu. l. vn. C. de naufrag. auth. nauigia, C. de*
125 *furt.* Cuiusmodi compendium sicuti fiscum † ex aliena calamitate sperare inhumanum & coruinum est, *d. l. 1. C. de naufrag. c. nuper, de donat int. vir & vx.* ita nec Fridericus Imp. regalibus vel caducis rebus adscribere voluit, *in c. vn. quæ sunt reg. v. art. 29 li. 1. Landtr. Nemes. Carolin. c. 29. Recess. Imp. de anno 1559.* Quibus addi potest Die-
126 terici † Felicis Comitis Oldenburgici laudabilis vox, qua præfectum suum carrucam per pontem delapsam iure commissi vindicare volentem, acerbe increpauit *chron. Old. p. 3. c. 1. in fi.* Item pacta
127 † Archiepiscopi & ciuitatis Bremensis de anno 1495. ne quid ex eo vindicetur, quod ex rheda currente deciderit. *Item Mindan. li.*
128 *2. de process. Cam. 43.* Sunt tamen casus † in quibus vetus consuetudo sustineri posse videtur. Primo si naufragi non sint Christiani, sed eorum hostes aut barbari, *arg. c. 3. de rapt. d. constit. Fridcr. ad decus l. 2. C. de commer. & mercat.* Cum enim illi erga Christianos nau-
129 fragos hoc humanitatis iure † non vtantur, frustra misericordiam implorant, quam ipsi non habẽt, *vt in simili dicit Iurisconsultus*
130 *in l. 4. de alend. lib.* Et pertinet huc pœna † talionis: sicut fecerunt mihi, ita feci ipsis. *Iud. 15. v. 11. Leuitic. 24. v. 19.* Quo iure Turci à
131 Christianis capti, non minus, † quam hi ab illis serui fiunt. *Coras. lib. 2. de art. iuris. 8. Alciat. in l. 118. de V. S. arg. l. 5. §. 2. de capt & post.* licet inter ipsos Christianos seruitus sit sublata, *Gail. de pignor. c. 8. Bodin.*

ideep.

n. de Rep. 5. Arnisæ. 1. polit. 4. Secundo: si bona † sint piratica. d. cōstit. ad decim, Tholos. lib. 37. synt. 3. n. 2. Quorum tamen si veri domini cōpareant, vt iis ablata restituantur, æquitas postulat l. pen. & pos. l. 1. 44. de A. R. D. supra c. 22. n. 71. & seq. Qua de re prolixe disput. Alberic. Gentil. li. 1. aduocat. Hispan. c. 2. 3. 4. & pass. Et referri huc potest actio: Quo ea pecunia peruenerit, de qua Cicer. in orat. pro C. Rabir. Posth. 133
Tertio: si rerum † naufragarum domini nusquam cōpareant, arg. l. 1. pro derel. l. 8. tibi: requisituros, ad L. Rhod. Debent enim illi res amissas requirere ac postulare, sie sollen sich dazu ziehen / art. 29. 31. 36. & 60. cum gl. li. 1. Landtr. Et quidem intra annum, quo casus naufragij probandus est Ioh. de Plat. in l. si quis nauicularius, C. de naufr. Hippol. de Marsil. in singul. 24. Mascard. concl. 272. n. 11. de probat. Interim tutius est ad vitandam † suspicionem, vt id ab inuentore per publicum proclama indicetur. Cepoll. li. 2. de seru. 27. n. vlt. Parmens. d. c. 6. Denique datur retentio propter † impensas vel propter εὕρετρα. l. 43. de furt. art. 29. li. 2. Landtr. Hoc enim solatium, vt iCtus vocat in l. 13. §. 1. com. diu. siue, vt nautæ, pretium seruationis, Berggelt inuentoribus præstari publice † expedit, vt insulani ea spe ad ferēdas suppetias incitentur. arg. l. 1. §. 1. l. 3. §. fin. de ruin. incend. Et naufragi cū rebus suis, quas infortunium reliquit, congrua securitate lætentur. c. 2. extra de treug. & pac. l. 3. C. de naufr. Et pertinet huc triens, qui alicubi seruatoribus cedit, vt supra dictum. Præstant hac in re bonam operam † vrinatores, l. 4. §. 1. ad L. Rhod. de iact. 134 135 136 137 138

Qui maris exportant prædas & rapta profundo
Naufragia, atque imas auidi scrutantur arenas,

vt describit Manil. d. lib. 5. vel vt Lucan. lib. 3.

—Qui norunt animam seruare sub vndis,
Scrutarique fretum, si quid mersisset arenis
Adductum quoties non senserat anchora funem.

Cuiusmodi aliquot recenset Alex. ab Alex. lib. 2. dier. can. 21. Quos gratis in præsentaneum vitæ discrimen nemo induxerit. Ad iurisdictionem maritimam pertinet etiam † piratarum persecutio & punitio. Sola tamen persecutio vt cuiuis competit, eo quod piratæ ipso iure & facto sint diffidati, Petrus Bellus lib. 2. de re mi- 139

 lit. tit.

lit.tit.11.Bodin.1.de Rep.1. Bechtius in disputat.de securit.th.126. & 128. vol.2.disput. Basil. vt etiam communibus expensis expellendi sint, sicut in Francisco Dracone Anglo concludit *Munnoz.de Escobar. p.1.de ratiocin. 25.n.22.* cuius expeditionem nomine Reginę Angliæ institutam describit *Thuan.lib.84.histor.* ita maxime insulanis concedenda est, cum vt plurimum circa insulas hæreant piratæ, eorumq; commercia impediant. Publice enim interest secura esse itinera & commeatus, tam in mari, quam in terra, *l.13. de offic. præsid.* Vtrobiq; autem per latrunculos infestamur, *l.3.§.2.de ruin. incen d* quorum isti latrones proprie, *l.23.de R.I.l.12.§.fin.de reb.*
140 *auct.iud.* illi piratæ dicuntur † ἀπὸ τοῦ πειρᾶν, id est à peruagando, vel etiam à πείρα id est deceptione *l.18.in pr. & ibi.Goth.ff. commod.* In genere prædones appellantur, *l.7.§.4.com. diu.* Et perinde est siue naufragio, siue piratarum insidiis res nostræ pereant, *leg.3.§.1. naut.cap. stab.l.18.in pr.comm.Borch.de naut.fœnore cap.1.n.5.Cicero pro l.Manil.* Quis nauigauit, qui se non aut mortis, aut seruitutis periculo committeret, cum aut hyeme, aut referto prædonum mari nauigaretur. *Senec.epist.87.* Aliquis dum nauigat, naufragium
141 fecit, aliquis captus est. Piratarum crudelitatem † describit *Senec.2.de clem.4.& 1.controu.6.& 7.* astutiam *Paul.Venet.lib.3.cap.35. &*
142 *pass.* Vnde Cicero 3.*offic.* communes hostes † omnium vocat. *Et Plin.lib.2.cap.26.conqueritur* inter bella & infida hospitia piratas omnium mortalium hostes transitus fere tenere. *Et Flor.lib.3.c.6.* eos sublatis commerciis rupto fœdere generis humani, maria bello quasi tempestate præcludere. *Cic.pro L. Manil.* magis amplificat, quem vide, *Claud.in paneg.in 6.consul.Honor.*

— piratica puppis
Quæ cunctis infensa fretis, scelerumque referta
Diuitiis &c.

143 Ob quam caussam sæpe bellum contra † piratas inductum, sicuti Amphoterus classis præfectus ante omnia mare à piratis classibus vindicare iussus ab Alex.M. *Curt.lib.4.* De bello piratico à
144 Pompeio † gesto *dictum cap.22.n.61. Quod describit Lucan.lib.1.*

Non

Non ea fata ferens, quam cum super æquore toto
Prædonem sequerere mari &c.

Seneca tamen epist. 44. magis ex ambitione, quam virtute id factum arguit. Præ cęteris piratarum† insidiis insulani magis, quam 145
terræ continentis accolæ expositi, *l. 6. l. 12. §. 15. de capt. & post.* quia hic latibulum scelerum quęrunt, ac citius in mare elabi possunt.
Ita de Mithridate† scripsit *Appianus in Mithrid.* quod populabun- 146
dus per insulas vagatus fuerit. De Liparensi insula *Cicer. Verr. 5.* qui tot annos agellos suos redimere à piratis solebāt in seipsos à te pretio imposito redemerunt. *Poeta Anon. Caroli M. ad A. 798.*

Insulæ inuasæ Baleares † esse feruntur, 147
Hoc anno, quarum Maiorica dicitur vna,
Altera nomen habet sermone Minorica prisco,
Has etenim Mauri deuastauere piratæ. *L*

Quin ipsas sæpe insulas sui iuris fecerunt† piratæ, in iis sedem sibi 148
constituentes, vt sunt exempla *apud Simon. Maiol. li. 1. dier. canic. 23.* Sicuti contra ipsos etiam arces in insulis exstructæ sunt, ad securitatem nauigantium, vt Hafniæ in Dania factum. *P. Berth. lib. 3. comment.* Non solum autem in medio mari piratas persequi cuiuis
†licet, sed etiam in territorio alieno persecutionem continuare 149
quamuis ibidem incipere non liceat. *Alber. Gentil. lib. 1 aduocat. Hispan. 5.* Neque enim licet aliquam capere in portu† alieno, 150
sine iniuria eius ad quem portus pertinet. *Alberic. d. lo. cap. 14. vbi ex Liuio lib. 28. allegat,* Ducem Carthaginensem non potuisse Scipionem capere in portu Sciphacis, eiusdemue ostiis & æstuariis. Quod si ergo persecutio piratarum à priuatis & mercatoribus, qui quandoq; eo fine† societatem aliquam ineunt, de iure 151
validā, *l. 13. C. de fideiuss. l. 7. §. 4. comm. diuid.* instituatur, eo casu nec iurisdictionem, nec imperium multo minus superioritatem hic
actus† importabit. *Mindan. d. cap. 36. n. 6.* Sed &, qui diu piratas 152
persecuti sunt, ex hoc capite alios id facere volentes impedire non possunt, *per rationes supra cap. numer. 73. & seq. adductas.* Cognitio autem, & executio, hoc est ipsa criminalis

 iurisdi-

153 iurisdictio, pertinet † quidem ad illum, qui piratas capiendo prævenit, *l. si quis, 7. ff. de iudic. Capoll. lib. 2. de seruit. 26 in. 21.* si modo is sit magistratus gladij potestatem habens, *l. 3. de iurisd.* Alioquin ad vicinum continentis imperium maritimum exsecutio pertinet. *Bart. in l. insulæ ff. de iudic.* vbi dicit, de piratis se reducentibus ad insulas, quod possint conueniri in ciuitate vicina insulæ. Quod verum est, si insula imperiosa non sit. Nam si imperium habeat, in ipsa insula vbi circum circa delictum commissum est, etiam exsecutio fieri debet. *l. 1. C. vbi de crim. l. 7. §. 4. de accus. l. 28. §. 15. de pœn.* Neque diuersum in hac parte statuẽdum est ius, quam quod in terra statutum, *de qua Borch. de regal. n. 25. v. supra cap. 14.* Interim
154 ciuitatibus quibusdam singulari priuilegio † piratarum persecutio etiam in alieno territorio concessa legitur, vt Hamburgensibus à Carolo 4. anno *1359. Petit. artic. Hamb. pro rest. in integ. art. 140.* An etiam Bremensibus. *Mindan. lib. 2. d. c. 36. n. 6.* Ad iurisdi-
155 ctionem maritimam quoque pertinet † specularum erectio ad dirigendos cursus nauium ex alto in portus.

Ne notus abreptas in saxa latentia trudat,
Illidatque vadis atque aggere cingat arenæ.

156 *vt cum Poeta loquamur 1. Æneid.* Talis in Pharo † Ægypti insulæ turris altissima, petræ quæ mari circumluitur, albo lapide imposita. *Cæsar lib. 3. de bell. Alex. in fi.* siue à Ptolomæo Philadelpho, *vt vult Strabo lib. 17. Plin. l. b. 36. c. 12.* siue à Cleopatra Regina, *vt Ammia. li. 22. Tzetzes chiliad. 11. cap. 23.* Sumtus eius turris *ex Plinio tradit Maiolus lib. 1. dier. canic.* 23. Nec certum si hęc sit turris Siene *apud Ezech. 29. v. 10. & cap. 30. v. 6.* Ausonius ab ea commendat ędes Belgarum montibus ad Mosellam impositas, *Eidyll. 9.*

Sublimique minans irrumpit in æthera tecta,
Ostentans altam, Pharus vt Memphitica turrim.

157 Dicta est pharus † ex rei ipsius vsu, *vt ait Hegesipp. lib. 4. cap. 27.* ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quasi φαεινὸς id est lucidum, quod nocturnis ignibus nauigantium cursus dirigat. Germani **Wart** vocant. Inde **Warthaus** arx, quasi domus præsidii *Bart. lib. 3. comment. fol. 180.* Est & Venetiis,

Venetiis turris S. Marci ex fundamentis pelagi educta ad du- 158
centa stadia, quę ex alto nauigātibus velut salubertimum quod-
dam sidus occurrit. *Sabell. lib. 2. de situ vrb. Venet.* Et quamuis iure ci-
uili prohibitum, lumina † in flumine habere, ne seducantur na- 159
uigantes quasi in portum aliquem peruenturi. *l. 10. de incend. ruin.*
naufr. Quod Græcos reduces in scopulos pellexit, *Tholos. 1. syntag.*
3. n. 3. tamen id hodie antiquatum videtur, cum nauis † prætoria, 160
quam Ammiraliam vocant, plerumque lucernam cæteris præfe-
rat. Hinc cæteræ quoque speculæ, siue vt Solinus vocat, ma-
chinæ ad prælucendi ministerium fabricatæ, Phari dicuntur.
Quales pluribus in locis à Romanis erectæ. Ita Pharus insula ma-
ris Hadriatici Illyrico adiacenti nomen dedit. *Plin.* Et quam Ra-
uennæ † ad portum posuit Augustus. *Dion. & Appia. Meminit Plin.* 161
lib. 36. c. 2. Aliam Hostiæ † in portu exstruxit Claudius Cæsar *supra* 162
cap. 8. n. 23. Sed & Caligula in littore Oceani & Rheni ostio tur-
rim altissimam excitauit, ex qua vt ex Pharo noctibus ad regen-
dos nauium cursus ignes emicarent. *Sueton. cap. 46.* An in Fleuo
insula an Texellis? vbi hodie turris visitur nauigantibus salutaris.
Fuit & Capreis turris. *Lips. ad 4. annal. Tacit. Meminit Senec. ep. 77. Et*
Statius.

—trepidis vbi dulcia nautis,
Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula lunæ.

Et in nostro mari Borcumani † pharum insignem in occidua par- 163
te insulæ habent, in vsum nauigantium. Habent & Iustani, sed
paulò minorem in insulæ medio. *Emm. li. 2. rer. Frisic.* Sed & Ioan-
nes Comes Oldenb. in insula Wangeroga turrim † gemino fasti- 164
gio eduxit, de cuius multiplici bono *v. Chron. Oldenb. part. 3. fol.*
490. Habent & † Hamburgenses aliquam ad ostium Albis, in in- 165
sula, quę ex re vernaculum nomen noui operis accepit. Vnde
procul dubio corrupta vox noua Ochta in pactis Wursat. & Hā-
burg. anno *1316. petit. artic. Hamb. pro restit. in integ. art. 291.* Hæc & a-
lia his cohærentia, & ad securitatem itinerum maritimorum fa-
cientia, cum onerosa † sint, neque citra pecunias perfici possint, 166
vt loquitur Imp. in Nou. 8. c. 10. prope fin. Nou. 149. c. 2. ideo æquum est,

vt eo nomine à præternauigantibus vectigal aliquod pendatur, *de quo Tholos. lib. 3. de Rep. 1. & seq. Ruland. de commiss. p. 2. lib. 2. cap. 5.*
167 Quale est Venetorum, *de quo c. 20. n. 67.* Item illud quod Regi † Daniæ Helsinburgi soluitur. *P. Berth. lib. 3. comment. in Cronenb.* Sed
168 & Hamburgenses respectu supradictæ speculæ Noui operis † portorium aliquod exigunt, quod exinde Werckzoll appellatur, *d. petit. art. art. 303.* Et Embdensibus quoque à Maximil. Cæsare indultum est, portorium, à magnis nauigiis portum ipsorum subeuntibus in vsum aggerum & claustrorum coercendis aquis. an.
169 *1494. Emm. li. 30 rer. Frisic.* Dictum est autem † portorium *l. 3. C. de vectig. & commiss.* à portu, quippe cuius nomine id principaliter exigitur. Ad cuius conseruationem & reparationem omnes conferre tenentur. *l. ad portus, 7. C. de oper. publ. Borch. ad c. vn. quæ sunt re-*
170 *gal n. 40.* Sunt enim portus non † solum in terra, quales describuntur *in l. 59. de V. S.* siue natura, siue arte facti *Brechæ. & Gædd. ad d.*
171 *lo. 59.* sed etiam in ostiis † fluminum, in quæ primum ex alto naues deferuntur, & anchoris iactis consistunt. *arg. l. 10. de incẽd. ruin. nauf.* vnde etiam stationes dicuntur *in l. 1. §. 13. de flumin. Ita in l. 4. in pr. ad L. Rhod. de iact.* flumen & portus coniungitur, vt portus & ostia, *in edict. Iustin. c. 13. c. 5.* quasi perinde sit, siue nauis portũ, siue o-
172 stia fluminis intret. Atque hinc portus † Romanus *pragmat. Constit. Iustin. cap. 25. c. igitur. 23. q. 8.* Ostiæ nomen accepit. *supra c. 4. nu. 15. & c. 6. n. 23. Strab. li. 3.* Ita fit mentio portus Salonitani *in l. 3. C. de naut. fœn.* Brundusini, *l. 122. §. 1. de V. O. &c.* Ita non tantum in insu-
173 lis sunt portus conclusi, sed etiam sinus † ac porthmi stationem præbent, ita vt illic cõtra ventorum impetum consistere possint naues ab insula defensæ *supra c. 3. n. 50. & 59. Imperat. in l. 6. C. de mu-nic.* insularum secessus vocare videntur. Cuiusmodi describit *Virgil. 2. Æneid.*

Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur &c.

174 Ita celebrantur insulæ portuosæ, † vt Cyprus *à Marcell. li. 14.* Delus quo omnes vndiq; cum mercibus atq; oneribus cõmeabant. *Cic.*

pro.

pro L. Manil. Creta *l. 15. de publican.* Et Syme in sula inter Rhodum Gnidumq; portus benigne præbet octo. *Pli. li. 5. c. 31.* Et Sicilia vndiq; exitus maritimos habet. *Cic. Verr. 4.* Ita Phari insulæ portū vt optimū describit *Homer. odyss. δ.* Sicuti cōtra mare † importuosum, 175
quod nullos portus habet, vocant *Tacit. 12. annal. Salust. in Iugurth.* Hoc ergo iure maritimi nauigantes in portu recipere hybernam stationē concedere, naufragisq; receptaculū † præbere tenentur. 176
l. vlt. C de nauicul. Qui a littora & portus iure Gent. publica sunt, & cuiuis patent, *l. 2. § 1. l. 4. de R. D. § 5 Inst. eod.* Itē naues subuectationi publicę pręstare, *l. vn. C. de naut. Tiber. l. 1. & 2. C. de nau. non excus.* Pertinet huc hospitalitas † siue hospitatura, *l. vlt. § 19. de mun.* 177
& hon. Goth. in l. 3. § 13 eod. l. 5. & 6. C. de metat. quæ sicuti in omnibus laudanda est, *Cicer. 2. offic. n. 46.* ita maxime in maritimis, eo quod hic locus & tēpus electionis arbitriū tollunt, *l. 1. in pr. de exerc. act.* Et cōmendatur eo nomine Lex Lucanorū, ne quis sole occaso diuertentē hospitem exigat *Cæl. Rhod. li. 19 lect. ant. 16.* sicuti contra Laconum instituta reprobantur, *Cæl. Rhod. li. 18. c. 5.* Nauigantes certe portu prohibere esset cōtra † ius Gent. nisi forte sint hostes 178
Cic. pro Roscio Amer. Quid tam est commune, quā spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? *Plaut. in Radent. A. 2. S. 4.* Cur tu aquam grauare amabo, quam hostis hosti commodat *Et orator Virgilianus ad Didonem. 1. AEneid.*

Quod genus hoc hominum, quæue hunc tam barbara morē
Permittit patria, hospitio prohibemur arenæ?

Quo nomine Q. Ligarius à Tuberone I Cto † accusatus, q cum Africæ oram teneret, eam applicare, aquamq; haurire non permisisset, *l. 2. § 46. de orig. iur.* defensus tamen *à Cicer. in orat. pro Ligar.* Ita Delus † Gentibus hospita dicitur *à Statio lib. 1. Achill.* Et Samus insula Augusto hyberna præbuit. *Sueton. cap. 17.* Excellunt ea laude maxime † Septentrionales populi, vt Sueci † quibus omni probro grauius est, hospitium trāseuntibus negare. *Adā. Bremens. in histor Eccles. c. 229* De † Borussis *Helmold. lib. 1. chron. Slau. 1.* quod sint humanissimi erga necessitatem patientes. Qui etiam inquit obuiam tendunt his, qui in mari periclitantur, vel qui à piratis

infe-

infestantur,&subueniunt eis. Idem de insulæ Semlandiæ incolis
184 *Adam Brem.c 227.* Sed & Slauorum, qui sunt Vandali, † hospita-
litatem commendat *Idem Helmold.lib.1.cap.83.* vbi refert eorum di-
cterium: Quod nocte furatus fueris, crastino die hospitibus di-
sperties. Et de Rugianis insulam Slauorum inhabitantibus *lib.2.*
cap.12. Item de Winethæ vrbis incolis. *lib.1.cap.2.& pass.* Huc per-
185 tinent præcepta, vt naufragis † manum porrigas: *l.3 §.8. de ruin.in-*
cend. Senec.ep.94. Quod in Hollandis laudat *Erasm. Roter.in dial. de*
naufr.in fi. Et D. Paulo & sociis naufragis Melitensis insulæ inco-
læ omnem humanitatem præstiterunt, accenso igne madidos re-
186 ficientes. *Act.28.in pr.* Nauigantium † itinera locatis tonnis palis-
que infixis promoueas, *de quibus supra cap.9.n.35.* Quod iubent ver-
sus Ennij *à Cicer.1.offic.adducti.*

Homo, qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit &c.

Item Execratio Diphili *apud Tholos.lib.1.syntag.2.in fi.*

Scis in execrationibus illud adiici;
Si quis non recte monstrauerit viam,
Aut ignem succenderit, aut aquam corruperit &c.

187 Quod vtinam attenderent insulani illi, † qui spe prædæ, vt nau-
fragia accersant, locorum signa sæpe amouent, aut corrumpunt.
188 Plura sunt eius generis, quę suaderi † magis, quam imperari pos-
sunt. *Senec.epist.94.* Ad bonum enim nemo cogi potest, sed tãtum
à malo, metu pœnæ cohibetur. *l.1.§.1. de Iust.& iur. l.18. de pæn.* Ita-
189 que ad titulum de † officiis latissime patentem, de quibus Cicero
& Ambrosius proprios libros scripserunt, remittenda sunt. Tan-
190 tum quod proprium est huius loci, obseruanda sunt priuilegia, †
quæ insulis quibusdam peculiariter concessa sunt, siue propter
onera, siue benemerita, siue etiã propter religionẽ. Ad onera per
tinent illa nauiculariorum priuilegia, *supra cap.25.n.66.* quæ tamẽ
omnes insulanos non concernunt. Ad benemerita, quod quædã
sunt liberę, quædã fœderatæ &c. *supra c.15.n.72.* Itẽ priuilegia fori
191 *supra n.14.hic.* Ad religionem vel potius † superstitionem spectat
quod de Delo scribit *Cicer.Verrin.3.* opinione hominũ, q. Latona
Apolli-

Apollinem ac Dianam illic pepererit, insulam eorum Deorum sacram putari, & tantæ a ctoritatis fuisse, vt ne Persæ quidem cũ toti Græciæ bellum indixissent, ac mille nau um numero classem ad Delum appulissent, quidquam aut violare aut attingere ausi sint. Ita Delphicum oraculum in Bœotia nobilitatum est *Natal. Com. l b. 4. mythol. 10.* Vt propter eius religionem priuilegiũ *in l. 1. § 2. ad munic* Delphicis datum videatur. Tale est edictum Claudij Cæsaris *apud Suet. ca. 25.* vt mancipia in insulam Tyberinam Æsculapij exposita libera essent, *cuius meminit l. 2. qui sine manu. l. 1. § 3. C. de lat. liber. toll. Vertran. lib. sing. de iure liber. c. 28. Adde supra ca. 10. in pr.* Referri huc etiam potest priuilegium Bonifacij 8. Pont. Rom datum insulæ Noui operis, † vt liceat illic degenti- 192
bus habere altare portatile *(de quo vide Rofred. Beneuent.)* super quo per sacerdotem missas & alia sacramenta Ecclesiastica administrare possent. Eo quod in solitudine maris posita insula, vltra duas leucas à parrochiali Ecclesia distaret *Extat diploma in calce petit articul. Hamburg. pro restit. in integr.* Cæterum cum priuilegia sint facti, & quidem alieni, *c. 1. de constit. in 6. Gail. 1. obs. 1 numer. 9.* eoque non † præsumantur, nisi probentur, *l 5. C. de iure fisc. Henning. Gœd.* 193
cons. 39. num. 20. & quidem cum omnibus qualitatibus, *Ruland p. 2. lib. 2. de commiss. ca. 4. num. 69.* facta autem infinita sint, *leg 2. de iur. & fact.* neque facile † sub scientiam cadunt, *Ioh. Coras. de art. iuris p. 1. c.* 194
22. Bodin. in distribut. iuris vniuers. in præfat. ideo eorum inuestigationem cuiusuis antiquitatis cupidi solertiæ relinquimus, contenti hæc exemplitantum caussa attulisse.

CAPVT XXXII. & vlt.

De mirabilibus Insularum.

SVMMARIA.

1 *Ratio instituti.*
2 *Res maritimæ mirabiles.*
3 *Mirabilia vulgo pro fabulis habentur.*
4 *Historia naturalis facilius diiudicatur.*
5 *Siciliæ miracula.*
6 *Simonis Maioli libri laude digni.*
7 *Distinctio mirabilium.*
8 *Insulæ quasi aquis innatantes.*
9 *Termini maris positi.*
10 *Terra Oceano innatans.*
11 *Insulæ reuera natantes.*
12 *Aquæ nihil submergentes.*
13 *Asphaltites lacus Iudææ.*
14 *Petræ natantes.*
15 *Symplegades insulæ concurrentes.*
16 *Duo montes inter se concurrentes.*
17 *Delus olim mobilis.*
18 *Æstus & recessus maris multiplex.*
19 *Æstus & recessus tempora diuersa.*
20 *Æstus altissimus.*
21 *Noctes Britannicæ.*
22 *In Islandia æstate non sunt noctes.*
23 *Dies & noctes æquales.*
24 *Insulæ sub Zona torrida.*
25 *Ventorum diuersitas.*
26 *Tifonis vehementia.*
27 *Venti morborum rectores.*

28 *Pluuia-*

28 Pluuiarum diuersitas.
29 AEgyptus pluuia expers.
30 In Rhodo Sol semper conspicuus.
31 In Anglia Sol nebulosus.
32 Insula spirituum plena.
33 Charonea scrobes.
34 Oraculum Delphicum.
35 Fanatici quinam?
36 Oracula Ethnicorum Christi aduentu obmutuerunt.
37 Cauerna sulphurea.
38 AEtna mons ardens.
39 In Islandia infernus esse creditur.
40 Dæmones in insulis crebri.
41 Thermæ calidæ.
42 Insulæ flammiuomæ.
43 Ventorum præsagia.
44 AEoli fabula vnde natæ.
45 Fontes calidi.
46 Fons Ciceronianus.
47 Fontes exundantes.
48 Fontium diuersitas.
49 Fontes exitiales.
50 Aqua dulcis.
51 Aqua salsa.
52 Aquæ inopia.
53 Aqua venalis.
54 Arethusa fons Siciliæ.
55 Fontes miraculosi.
56 Fontium experimenta.
57 Incolarum diuersitas.
58 Virtutes & vitia cuique genti familiaria.
59 Ingeniorum diuersitas.
60 Nationum quarundam præstantia.
61 Australium & Septentrionalium differentia.

62 *Septentrionales robusti.*
63 *Belgarum mores.*
64 *Insulani vulgo infidi crediti.*
65 *Maritimi mores.*
66 *Mare & aer ingenia hominum temperant.*
67 *Sclandorum natura.*
68 *Batauicrassi.*
69 *Gaditani lasciui.*
70 *Corcirai improbi.*
71 *Lerij mali.*
72 *Rhodij infidi.*
73 *Cretenses mendaces.*
74 *Insulani barbari.*
75 *Nationem infamans pro infami habetur.*
76 *Barbari quinam?*
77 *Non omnes barbari mali.*
78 *Dani hodie ciuiles.*
79 *Insulanorum mediterranei maritimis probiores.*
80 *Nautæ plerumque mali.*
81 *Tres nequam in iure ciuili.*
82 *Piscatores furaces.*
83 *Maritimi laborum patientes.*
84 *Famelici.*
85 *Audaces.*
86 *Natatores.*
87 *Insulani industrij.*
88 *Lan'ficij vsus in insulis inuentus.*
89 *Panni Bombycini confectio.*
90 *Sericiconfectio.*
91 *Vsus pellium peregrinarum.*
92 *Priuilegium super negotiatione pellium pretiosarum.*
93 *nsulani metallarij.*
94 *Insulani eruditi.*
95 *Hippocratis laus.*

96 Statura

96 *Statura diuersitas.*
97 *Magnitudo insulanorum quorundam.*
98 *Sicilia gigantum domicilium.*
99 *Gigantum ossa.*
100 *Multa eluuione maris deteguntur.*
101 *Cyclopes in insulis habitantes.*
102 *Pygmæi in insulis.*
103 *Satyri homines syluestres.*
104 *Satyrorum spectra.*
105 *Gorgones.*
106 *Monstra insularum.*
107 *Insulani nigri.*
108 *Ophiogenes.*
109 *Insulani ferriuoraces.*
110 *Mulierum miracula.*
111 *Coniuges in insulis disiuncti.*
112 *Amazones.*
113 *Multitudo vxorum.*
114 *Sexagenarij vita indigni.*
115 Partus *multiplices.*
116 *Insularum fertilitas.*
117 *Cuniculorum captura.*
118 *Animalium mortes in quibusdam insulis.*
119 *Canum insula.*
120 *Insulæ serpentibus carentes.*
121 *Albi vrsi in insulis Septentrionalibus.*
122 *Equorum pretiositas.*
123 *Anseres arborea.*
124 *Auium diuersitas.*
125 *Oua auium.*
126 *Victus insulanorum.*
127 *Piscium vbertas.*
128 *Pisces salé indurati.*
129 *Regis Daniæ potentia.*

130 *Piscium mercatura.*
131 *Piscium diuersitas.*
132 *Ostrea & concha insulares.*
133 *Testudinum magnitudo.*
134 *Bellua marina.*
135 *Balana, Cete.*
136 *Balana magnitudo.*
137 *Insularum quarundam vbertas.*
138 *Creta bonitas.*
139 *Cypri fertilitas.*
140 *Sami descriptio.*
141 *Gadium vbertas.*
142 *Indicarum insularum felicitas.*
143 *Insula fortunata.*
144 *Taprobana abundantia.*
145 *Arbores insularum.*
146 *Vinum ex arboribus expressum.*
147 *Vina insularia.*
148 *Mella insularia.*
149 *Liquamina insularia.*
150 *Frumentum insulare.*
151 *Sicilia, Sardinia Roman. horrea.*
152 *Triticum insulare.*
153 *Triticum Zelandicum.*
154 *Legumina insularia.*
155 *Insula metalliferaces.*
156 *Indiarum insula.*
157 *Insula auro plena.*
158 Rhodi diuitia.
159 *Insularum metallifodina.*
160 *Metalla renascentia.*
161 *Cypri araria.*
162 *Lapidicina insularum.*
163 *Damnati in metalla.*

164 *Sal insulare.*
165 *Lapilli pretiosi insularum.*
166 *Aromata insularia.*
167 *Piperis multitudo.*
168 *Insularum superstitio.*
169 *Cuiusque regionis propria dona.*
170 *Commerciorum necessitas.*
171 *Insula nullius rei indiga.*
172 *Permutatio inaequalis.*
173 *Mirabilia insularum infinita.*
174 *Dei sapientia imperscrutabilis.*

VM non Iurisconsultis tantum, sed & Philologis & Historicis prodesse velimus, corollarij loco aliquid de † mirabilibus insularum attexendum putauimus, 1
quia operæpretium est nihil omittere, in quo naturæ spectanda sit prouidentia, *dicente Solin. c. 37.* Eritq; pretium operæ non merces sed miraculum, *iuxta Senec. lib. 6. nat. quæst. 4.* Sicut enim non possunt omnes res satis laudari: *Eccles. 43.* ita res maritimæ † maxime sunt mirabiles, *Roland. de commiss. p. 2. li.* 2
2. c. 11. n. 1. Quam multa de Oceani insularumq; miraculis referũtur à reducib. quæ licet à vulgo pro fabulis † habeantur, pleraque 3
tamen verissima sunt consentanea iis, quæ veteres moderniques scriptores prodiderunt. *Ita apud Tacit. 2. annal.* Germanici milites naufragi, vt quis ex lõginquo reuenerat, miracula narrabãt, vim turbinũ & inauditas volucres, mõstra maris, ambiguas hominũ & belluarum formas, visa siue ex metu credita. Est hoc quod *Diod. Sicul. lib. 6. ait:* multa mirabilia natura efficit, quæ ignorantibus incredibilia videntur, his vero qui experti sunt, facilia. *Et Freder. Tilem. in discurs. Phil. fol. 93.* Sæpe verissima sunt, quæ nobis incredibilia videntur. Itaque de naturali † hac historia, ex ex- 4
perientia facilius, quam de humana iudicatur, *Bodin. in meth. cap. 6.* Ita Sicilia multa † habet in se circaque se mirabilia. *Se-* 5
nec. lib. 4. de nat. quæst. 1. & in consol. ad Marc. cap. 17.

Quæ autem in mari, fluminibus, lacubus, insulis miracula sunt
6 quæuis studiosissime congesserit *Simon Maiolus* † *Episcopus Vulturariens, in libris, quos Dies caniculares inscripsit*, tamen pleraque hæc iam
collegeramus, antequam eos vidissemus. Ad quid ea considera-
tio nobis prosit *diximus ca. 5. num.* 31. Neque moramur Plinij im-
pietatem, qui hæc naturæ scelera indigetare audet, *lib. ca. 93.* cui
vel Plautus respondet, *in Militeglor. act. 3. Sc. 1.* Qui Deorum con-
7 silia carpit, stultus insciusque sit. Versantur autem † mirabilia
vel circa ipsas insulas, earumque situm & accidentia, vel circa in-
colas, animalia, fructus. In ipsis insulis præcipuæ admirationis est
situs earum, quod cum aquis vndique incumbant, & quasi inna-
8 tent † ab iis tamen non opprimantur. *Munster. in princ. Cosmogr.* Ni-
9 mirum, quia Deus opt. max. terminos † mari posuit, quos egredi
non potest. *prou. 8. v. 29. psal 33. v. 7. & psal. 104. v. 9. Ierem. 5. v. 22. Iob. 38. v. 8. &c. Simon Maiol. lib. 1. dier. canic. 10. & 14. in pr. Quæ de re pulcre disseruit Basilius M. in Exemero homil. 4.* Furiosum sæpe ex ven-
tis mare, inquit, & in maximam altitudinem per vndas exurgens
vbi littora tantum contigerit, impetu in spumam dissoluto retro
cedit, debilissima re arena, id quod violentia intolerabile est, fre-
natur, alioqui quid prohiberet, rubrum mare omnem Ægypti
cauiorem ac depressiorem ipso existentem inuadere, & cum Æ-
gyptio pelago coniungi, si non præcepto Conditoris ligatum es-
set &c. Hinc insulæ Græcis νῆσοι dictæ, ἀπὸ τοῦ νᾶν à natando. Vnde
de Perimele in insulam conuersa *Ouid. 8. metam. 9.*

Extimuit, nymphe, nabat tamen ipsa, natantis
Pectora tangebam, trepido salientia motu.

10 Sed & tota terra, quam insulæ instar diximus, Oceano † ambien-
ti velut innatans dicitur *Plin. lib. 2. ca. 108.* quippe expansa super
mare, *psal. 104. v. 5.* æque vt insulæ *psal. 136. v. 6. supra ca. 3. numer. 2.*
Thales Milesius etiam reuera innatare credebat. *Senec. 6. nat. quæst.*
11 *6.* Quædam certe non opinione hominum, sed reuera † natant
quas *Theophrastus lib. 4. histor. 11.* νήσους πλωάδας vocauit, *de quibus supra cap. 6.*

cap.6. Cuius rei licet ratio physica in palustribus reddatur, non
solum ex materia leui & spongiosa; sed etiam ex aqua, quæ alicu-
bi eius est grauitatis, quod nihil ponderosum submergat, † sicuti 12
in Africæ lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur, *Plin.*
lib.31.c.2. idem & Asphaltiti † Iudææ vsuuenit, *Plin lib.2.cap.103.* 13
quod est mere mortuum Sodomæ & Gomorrhæ: *Gen.19.v.28.Io-*
seph lib.5.bell.Iudai.4.& 5.Tacit.5.histor. Simon Maio.1.dier.canic.12.
tamen ea in terris solidis vix obtinet. Et sunt quæ omnem ca-
ptum superant, veluti quod in angustissimo Bosphori mari pe-
træ † quædam per fluctus errant, & inter se cum murmure colli- 14
duntur. *Tholos.lib.36.syntax.art.mirab.3.* Maxime insolitus est ca-
sus † Symplegadum insularum, quas ferunt priscis seculis assue- 15
tas obuiam sibi cum horrendo fragore collisis molibus ferri, ce-
dentesque acri dissultu reuerti, tam festinanter, vt si ales inter-
uolasset, nulla celeritate pinnorum eripi posset, quin interiret
oppressa. *Marcell.lib.22.* Vnde & nomen receperunt ἀπὸ τῦ συμπλή-
γεσθαι id est à concurrendo. Quod licet pro fabula habeat *Plin.*
libr 4.cap.3. tamen meminisse debebat, quod ipsi paulo ante de
duobus montibus † inter se concurrentibus serio scripserit. *lib.3.* 16
cap.83. Ac simile quid de Siciliæ angustiis prodidit *Iustin.libr.4.*
Postea tamen mentem mutasse Symplegades volunt. *Ouid.15.*
metam.

—timuit concursibus Argo.
Vndarum sparsas Symplegades elisarum
Quæ nunc immotæ perstant, ventisq; resistunt.

Sed & ex natantibus insulis multæ inconstantiæ perosæ pedē
fixerunt, ac natare desierunt. Ita Delus † diu fluctuata postea 17
motum terræ non sensit. *Plin.lib.4.cap.14.* Occasionem qua tre-
mere incæperit ex oraculo:

Et Delum, quamuis sit adhuc immota, mouebo.

vide apud Herod.lib.6. Adde fabulam Natal.Comit.lib.9.mytho.6. De ea passim poetæ. Ouid.6.metam.4.

—quam vix erratica Delos
Errantem accepit, tunc cum leuis insula nabat.

Item 15. *metam.*

—tempusque fuit, quo nauit in vndis
Nunc ſedet Ortygie.

Cydippe Acontio in epiſt. Heroid.

Inque meis oculis candida Delus erat,
Quam procul vt vidi, quid me fugis inſula, dixi,
Laberis in magno numquid vt ante mari?

Propert. lib. 4.

Cum Phœbus linquens ſtantem ſe vindice Delum,
Nam tulit iratos mobilis vna notos.

Virg. 3. *Æn.* Sacra mari colitur &c. *De quo textu Macro. lib.* 5. *ſa-*
turn. 6. *Adde Callimach. in Hymno Apoll. Pindarum & alios.* Videtur
id tamen in dubium vocare *Senec. lib.* 6. *nat. quaſt.* 26. Eſt & hoc
18 mirabile, quod cum mare † æſtu & receſſu inſulas alluat, non v-
bique tamen eundem tenorem ſeruet. In Oceani Sur littore bo-
reali nullus æſtus eſt. In Britannico vehemẽs vbique. In auſtrali
Sur ad Beragam validus. In Liguſtico veſtigium nullum. In A-
19 driatico inſignis. In plaga Indica ſecundum Gangem atque In-
di fauces magnus, *Scali. excrc.* 52. Sed neque vbique eadem † tem-
pora. Maxima ex parte ſenis mouetur horis, totidemque relabi-
tur. *Scal. d. lo.* Quod & in noſtro Oceano contingit, vbi inundatio
bis in die naturali peragitur. *Auguſt. n. lib.* 1. *de mirac. ſacræ ſcript. c.* 7.
At in Siculo mari bis die ac nocte fluxus & refluxus fit. *Strab. li.* 1.
Eurypus autem ille qui inter Eubœam inſulam & Bœotiam fluit,
vnius diei ac noctis ſpacio, ſepties recurrit, eo impetu, vt nauigia
repugnantibus ventis plena ſecum rapiat, *ſup. cap.* 3. *nu.* 51. *Simon*
Maio. 1. *dier. canic.* 10. *vbi v. plura.* Iuxta litora inſulæ Margaritæ
ac Pariam mare perinde ac rapidiſſimus torrens fluit, vt nullis
viribus nec quidem ſecundis ventis nauigia huiuſmodi fluctibus
obniti poſſint. *Petrus Martyr quem allegat Simon Maiol. d. c.* 10. In
20 tractu Indico ſyluæ operiuntur maximo æſtu, quamquam altio-
res platanis populisque † altiſſimis ad maximarum cacumina, ad
quæ naues religantur, & cum receſſerit æſtus ad radices. *Plin. lib.*
13. *c.* 25. In Lindiſfarnenſi regione bis quotidie accedente æſtu
Oceani fit inſula, bis renudatis littoribus contigua terræ red-

citur. *Ex Beda Maiol.d.c.10.* Ex diuerso quoque climate ac situ insularum plurima mirabilia proueniunt, naturæ tamen conuenientia. Prope Britanniam † complures sunt insulæ, de quibus 21
nonnulli scripserunt, dies continuos triginta sub Bruma esse noctem. Nos nihil de eo percunctationibus reperiebamus, nisi quod certis ex aqua mensuris breuiores esse noctes quam in cõtinente videbamus, *inquit Cæsar lib. 5. Bell. Gall.* Idem noctes sublustres esse in Britannia scripsit *teste Iul. Bello in Hermet. polit. fol. 43.* Sed mi Cæsar, non vsque eo versus Septentrionem processeras. Nostrorum enim nauigationibus illud verum esse compertum est, qui in Indiam per septentrionem nauigaturi, postquam Islandiã † ad læuã reliquerant æstate à Kal. Iun. ad *69.* grad. & *29* scr. al- 22
titudinẽ nullam noctem habuerunt; sicuti hyeme à pridie Non. Decemb. vsque ad *9.* Calend. Feb. solem nullum viderunt, *Thuan. lib. 117. histor. Et diu antea scripsit Plin. lib. 4. cap. 16.* In insula Thule terrarum vltima nullæ sunt noctes, cancri signum sole transeunte, nullique contra per brumam dies. Quæ senis continuis mensibus fieri arbitrantur. Et simile quid de septentrionalibus partibus Sueciæ prodidit *Olaus M. Iornand. de reb. Getic. fol. (mihi) 82. P. Berth. lib. 3. comment. fol. 479. Simon Maiol. 1. dier. canic. 1.* In insula Haliglant vltra Normanniam æstiuo solstitio per 14. dies continuos solem vident, & hyeme per totidem noctes sole carent. *Adam Brem. cap. 245.* Contra in insula australi à Iambolo reperta æquali semper mensura sunt dies † & noctes, fructusque 23
omnes sponte nascuntur, quibus sine industria incolæ vescuntur viuuntque annis 150. *Maiol. 1. dier. canic. 14.* De Taprobane *vide Honter. lib 3.* De Meroe *Cæl. Rhod. lib. 1. c. vlt in fi. Maiol. d. cap. 1.* Insula Iaua minor in tantum ad austrum protenditur, vt polus Arcticus & stellæ eius minime videri possint. *Paul. Venet. libr. 3. c. 13.* Quædam insulæ sub Zona † torrida rapidissimum calorem senti- 24
unt, vt dubitetur an etiam inhabitari ab hominibus possint. *Ouid. 1. metam. 2.*

Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu.

Plin. lib. 2. cap. 70. Quos tamen refutat *Ioseph. Scal. in comment. ad*

Manil. experientia Luſitanorum edoctus, cum Sol ipſis ſit per-
pendicularis, conſtitutus in æquinoctiali hyeme, tum hyemem
eos habere. Sub hac etiam ſita Iaua, *de qua Scal. ex.* 44. Ideo At-
lantes ſolem orientem execrantur, quod eorum regionem adu-
rat. *Cæl. Rhod. lib.* 18. *cap.* 38. In regione Ziprangi inſulæ, duo tan-
25 tum † venti flant, ſibi oppoſiti, vnus hyeme, & alter æſtate. Vnde
negotiatores illuc non veniunt extranei, niſi habitatores Man-
gi, qui hyeme ad inſulam nauigant, æſtate redeunt. *Paul. Vene. lib.*
3. *cap.* 8. E Sinarum regione Iaponium nauigantibus tantæ tem-
26 peſtatis incenſor eſt † tifon, vt illo flante, non niſi miraculo nau-
fragium vitari poſſit. *Maiol. d. c.* 1. In Hiſpaniola inſula adeo inua-
leſcunt quandoque venti, vt elatos in ſublime homines ad ſtadii
interuallum transferant. *Maiol. d. c.* 1. In Ormutio Perſidis inſulæ
venti mirum in modum feruent, qui ſi excitentur, omnes obui-
os feruore ſuo interimunt, occiſorum carnes velut aqua feruen-
ti, ab oſſibus disiungũt, vt propterea homines iis flantibus aquis
ſeſe condant, vſque ad caput. *Maiol. d. lo.* In Mytilene vrbe Les-
27 bi auſter cum flat, homines ægrotant, cum Corus, tuſſiunt, † cũ
Septentrio, reſtituuntur ſanitati. *Vitruu. lib.* 1. *Leuin. Lemn. li.* 3. *de
occult. nat. mirac.* 3. *Bunting. in itiner. lib.* 2. Quibusdam inſulis ven-
tus pluuiam affert. *Ariſtot. in problem. ſect.* 26. *n.* 58. In quibusdam
28 inſulis ſemper † pluit, in quibusdam numquam. *Maiol. d. cap.* 1. Ita
29 Ægyptus pluuiam neſcit &c. *Mantuan. lib.* 3. *parthen. primæ. Pom-
pon. Mela lib.* 1. *in Ægypt. Plin. lib.* 18. *Herod. lib.* 2. *Iuſti. lib.* 2. *Diod. Si-
cul. lib.* 1. *Marcell. lib.* 22. In Cypro in aream quandam Paphi non
impluit. *Plin. lib.* 2. *cap.* 96. In Siciliæ metropoli Syracuſis etiam
cum hyberna ventilantur ſerena, nullo non die ſol eſt *Cicer. Verr.*
6. *Solin. cap* 12. *Guid. Panciro. in comment. ad N. V. Imp. fol.* 151. Quod
30 ipſum etiã de Rhodo † ſcribitur; numquam cœlum tam nubilũ
eſſe, vt in ſole Rhodus non ſit. *Plin. lib.* 2. *cap.* 62. *Socin. libr.* 2. *cap.* 20.
Goth. ad l. 4. *ff. ad L. Rhod.* Reine. *p.* 1 *ſyntagm. in Rhodo.* Idem de Alex-
31 andria Ægypti affirmauit *Marcell. lib.* 22. Contra de Britannia †
Iornand. *Refert Strabo inquit* tantas illam exhalare nebulas, ma-
defacta humo Oceani crebris excurſibus, vt ſubtectus ſol per illã

pene

pene totam, qui serenus est, diem, negetur aspectus, nocte quoque clariorem. Sunt etiam insulae, quae spiracula † habent, emissariaque vaporis, vt Lipara, Ætna & Æoliae insulae, quae saepe & ipsae fluminum more fluunt, ignitasque ferri glebas euomunt &c. *Aristot. 6. de mund. Adde Senec. 6. nat. quaest. 14. & seqq. vsq. ad cap. 28. Cicer. 1. de diuin. Plin. lib. 2. cap. 93.* Spiritus lethales, inquit, alibi aut scrobibus emissi, aut ipso loci situ mortiferi, alibi volucribus tantum, alibi praeter hominem caeteris animantibus, nonnunquam etiam homini. Tales sunt Charoneae † scrobes mortiferum spiritum exhalantes. *Plin. d. cap. 93. Strab. lib. 12.* Quibus suffocantur animalia, praeter ea quibus excisa sunt animalia. *Cael. Rhod. lib. 19. cap. 12.* De cuiusmodi genere, *Virg. 6. Æneid.* 32 33

Quem super haut vllae poterant impune volantes
Tendere iter pennis, talis sese halitus illinc &c.

Alibi fatidici specus sunt, quorum exhalatione temulenti futura praecinunt, vt Delphis † nobilissimo oraculo. *Plin. d. cap. 93. Arist. d. cap. 6. Cic. d. lib. 1. de diu.* Hoc enim prae caeteris olim in pretio habitum. *De omnibus latissime Alex. ab Alex. lib. 6. genial. dier. 2. Cael. Rhodig. lib. 2. c. 1. Peucer. de diuinat.* Homines eo spiritu correpti dementes ac fanatici † dicti, quod circum fana bacchentur. *l. 1. §. 9. & ibi Goth. de aedil. edict. Virg. 6. Æn. Iuuen. sat. 2.* Quae tamen oracula † postea obmutuerunt, *Cicer. 2. de diuin. Plutar. in libr. de defect. orac Cael. Rhod. lib. 6. cap. 16.* Quorum rationem Ecclesiastici Doctores ad Christi aduentum referunt. *Euseb. lib. 5. hist. Eccles. 1. Niceph. lib. 1. c. 27. & c.* Vniuersum tractum à Cumis in Siciliam vsque ad Ætnam & Liparenses & Pithacusas, insulas profundas quasdam in vnum coeuntes sub se habere cauernas † sulphureas, quae in Graeciam quoque porrigantur, prodidit *Strab. libr. 5. Natal. Com. lib. 6. myth. Arist. in mirab. auscult. fol. 1057.* Hinc nata fabula de Vulcani officina, quam Liparam insulam dixerunt. *Natal. Com. lib. 9. c. 10.* Sed & Ætna mons † ex hac causa nocturnis mirus est incendiis. *Plin. lib. 3. cap. 9. Solin. cap. 12 Senec. Epist. 51. Quo alludens Plaut. in Mercat.* montes tu quidem mali ardentes in me iacis. C. Plinio certe Vesuuii ardentis faciem sagacius rimanti exitium maturatum est, *Plin.* 34 35 36 37 38

iunior in epi. 16. Ex quo cottidiano incendio montem subsedisse
vulgo creditum. *Senec. epist. 79. Extat de eo carmen Ætna Cornelij Se-*
39 *ueri verius, quam Virgilij.* † Eodem modo in Islandia mons Hecla ar-
40 dere scribitur. *de quo Olaus Magnus.* Vnde incolæ illic † infernum
esse statuunt. Alicubi quoq; Dæmones habitare creduntur. *sup.*
cap. 10. n. 22. Ita Euseb. lib. 5. hist. Eccles. 8. & 9. tradit, prope Praxin
insulam vnam ex Echinadibus, quas Dæmines incolare Aristo-
teles sciuit, auditam esse vocem Thramno nautæ prænauigā-
ti dicentem: Thramne, narra magnum Pana esse mortuū, quan-
do iuxta paludem veneris &c. *Tholos. libr. 6. commen. art. mirab. 29.*
41 *nu. 24.* Ex igne subterraneo etiam Thermarum † calidarum origo
Baiarumq; amœnitas apud Italicos scriptores celebris. Sed &
42 Æoliæ insulæ ignes hinc mutuantur † *Solin. cap. 13.* Et Hiera no-
cturnas euomens flammas, *Plin. lib. 3. cap. 9. Virg. 8. Æneid.*

Insula Sicanium iuxta latus, Æoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis.

43 Ex cuius fumo, quinam flaturi sint venti † in triduo prædicere
incolæ traduntur. *Plin. lib. 3. cap. 9. Solin. cap. 13.* Quod causam poe-
44 tis dedit, vt Æolo † hic regnanti ventorum imperium tribuerēt
Nata. Com. d. cap. 10. In eadem insula Lipara reperitur terra, qua si
ollam obruas, quidquid iniicias lixatur. *Arist. in mirab. auscult. fol.*
1087. *De Sicilia Iustin. lib. 4. in pr.* In Ætnę radicibus exilit fons in
tantum, vt aliquot millia passuum cineres & flammarum globos
iactet, *Plin. lib. 2. cap. 103.* In Nymphæo exit è petra flamma permi-
xta niuibus, quæ pluuiis accenditur, *Plin. lib. 2 cap. 107* Vt verisi-
mile sit, sub insulis quibusdam æstuare è terra ignes *comment. So-*
45 *lin. 1. fol. (mihi)* 477. Quorundam fontium † mirus est feruor, vt in
mari inter Ænariam & Italiam in Baiano sinu & alibi. *Plin.*
d. c. 103 De fontibus calidis Ænariæ *vide comm. Solin. d. lo.* In villa
46 Ciceronis † fons cū Lunæ vicibus aquā calidā præfert, & oculis
47 medetur, *Comm. Soli. fol.* 519. In Tenedo insula fons semper † à ter-
tia noctis in 6. ab æstiuo solstitio exundat. Et in Delo Inopus fons
eodē quo Nilus modo ac pariter cū eo, decrescit augeturq;. Cō-
tra Timauū amnē insula parua est in mari cū fontibus calidis, qui
pariter

pariter cum æstu maris crescunt minuunturq;. *Plin.d.cap.103.* In Andro fons †nonis Ianuarii semper vini sapore fluit. In Sidonia 48
insula ante Lesbum fons calidus vere tantum fluit. *Plin.d.lo.* In Epiro fons est frigidus vltra omnes. *Solin.cap.14.* Ideo sacer quod cum frigidas & immersas faces, sicut cæteri, extinguat, vbi sine igne †procul admouentur, accendit. *Pom. Mela lib.2.in Maced. De* 49
fontibus Tyri vide Bunti.in itine.li.2. in Sicilia aquę vortex est, in quē mersæ auesreliquaq; animalia suffocata vitæ restituuntur. *Arist. in mirab.auscult fol.*1086. Ibidem fons est, ad quem cum turba numerosa confluxisset, auctus subito prębuit aquarum liberalē copiam. *Ari.d.lo.* Sunt insulæ, quæ in mōtibus lacus & fontes habēt, *de quibus Maiol.lib.1.cap.12.* Est etiam dulcis †aquæ haustus in mari 50
ad Chelidonias insulas, & Aiadum & in Gaditano Oceano *Plin.d.cap.103. Adde Oui.15.metam.5.& seqq. Simon Maiol.lib.1.cap.10.* Sed & hoc mirum est aquas dulces iuxta mare alicubi vt fistulis emicare. *Plin.d.c.103. Arist.in probl.sect.28.q.19.21.& 27.* Regulariter in insulis non ita pridem à mari vindicatis, aqua putealis parum sa- 51
pida est, sed salsa, † vt de Selandiæ insulis *testatur Lemn.d.lib.4.c.2* quousq; per aquam pluuiam purgetur, *sup.cap.18.n.103.* Quamquā Cæsar in puteis in Ægypti littore effossis aquā dulcē inuenit *lib.4.de bell.Alex.* Illud magis mirum, quod cum insulæ †totæ a- 52
quis circumdatæ sint. quædā tamen aqua careant. Ita *apud Tacit. 4.anna.* Tiber. Cęsar Gyarū & Donusam insulas egenas aquæ dixit. In pluuialia insula non est aqua, nisi ex imbribus. *Plin.lib.6.cap.32.* Sicuti etiā in Ægypto aqua †propter raritatē alicubi venalis 53
est. *l.1.l.14.§.3.de aliment.leg.Gen.21.* Quod & de Troglodytis affirmat *Plin.lib.6.c.*30. In Sicilia fons Syracusanus †Arethusa reddit 54
iacta in Alphæum Peloponesi fluuium. *Plin.d.cap.103. Strab.lib.6. Senec.3.nat.quæst.26 Solin.ca.12.* Idem de Alphæo scribunt *Strabo & Timæus. Quo alludit Virgil.eclog.*10.

Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos,
Doris amara suas non intermisceat vndas.

*Adde Auson.de claris vrb.in Catina vrbe Sicil.Ouid.5.metam.*10. *Natal. Com.libr.8.myth.21* In Boetia duo sunt †fluuii, quorum alterum si 55

oui-

colis *scribit Haython. cap. 1.* quod sint sagacissimi, & in omni arte & scientia vilipendant omnes alias nationes. Dicunt enim quod ipsi soli duobus luminibus respiciant, Latini vero vno. Cæteri omnes sint cœci. Contra de Normannis *Adam. Brem. in hist. Eccles. cap. 228.* Norwegia fortissimos † educat milites, quia nulla 62
frugum luxuria molliti, sæpius impugnant alios, quam ipsi molestantur ab aliis. Habent autem plerumque nationes suos proprios mores, partim ad laudem, partim etiam ad vituperium inclinantes, vt dictum. Ita celebratur † Brabantus hilaris ac festi- 63
uus, Flander mulierosus ac salax, Hollãdus simplex & incautus, Selandus callidus & versutus, *Leuin. Lemn. d. lib. 4. cap. 2.* Generaliter insulani passim male audiunt. Ita enim † infidi dicuntur *à Bo-* 64
dino 5. de Rep. 2. mali, *à Iulio Bello in Hermet. polit. fol. 51.* quippe ad quos prouerb. pertinet: maritimi mores, *de quo Erasm. in adag. Cæl. Rhod. lib. 16. c. 23. Plaut. in Cistell. A. 2 S. 1.* maritimis † moribus me- 65
cum experitur. Et ratio expedita est, quia nulla res est, quæ non eius, à quo nascitur, notas reddat. *Senec. lib. 3. nat. quæst. 21.* Mare autem multum malitiæ † ac salsedinis affert. Ita *Plin. lib. 17. c. 5.* 66
fatetur quædam terram sapere. Quædam etiam mare *lib. 14. cap. 7.* Quod in † Selandis non diffitetur *Lemnius d. c. 2.* dum aerem 67
nonnullis locis asperiorem & parum salubrem affirmat. Itaque licet incolis ingenia tribuat minus stupida, verum faceta, & vrbana, pleraque tamẽ ex auræ marinæ afflatu salsa ac vitiosa quadam dicacitate contaminata esse concedit. Hinc est quod Bœoti crassi olim habiti. De quibus prouerb. crassoque sub aere nati *Horat. 2. epist.* Quod postea ad Batauos † transiit: Auris Bataua. 68
Erasm. in adag. Et in colloq. in conui. fabulat. si parum lepida erit fabula, scitote Batauam esse. Qui tamen à popularibus suis id remouet, *in naufrag.* O crassum ingenium: suspicor fuisse Batauum. Nõ (inquit alter) sed erat Selandus. Hodie certe Bataui callidi & ingeniosi habentur. *Ita Martial. 5. epig. 80.* Gaditanos † vocat im- 69
probos & lasciuos, *Item. 1. epig. 42.* De Gadibus improbus magister *lib. 6. ep. 71.* Et Gaditanis ludere docta modis. Item Gaditanam puellam vt lasciuam describit *lib. 14. epig. 203.* De quibus

modis saltandi vide *Alex. ab Alex. lib. 6. dier. genial. 19.* Ita Pithacusæ incolæ mali dicti, *Plin. lib. 3. c. 6 & ibi Iacob. Dalecamp. in not.* In
70 Corcyræos † propter impunitatem maleficiorum iocus est *apud Eustat. in Dionys.* ἐλευθέρα Κόρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις. Id est: Libera Corcyra, caca vbi velis. Ita Æginetæ mali. *Cælius lib. 18 cap. 26.* Qui tamen optimos pueros alunt. *Onomast. Calepin. in verb. Ægyn.* Nisi εἰρωνικῶς id intelligendum. Vt de Staurensium filiis scribit *Ubbo Emm. in descript. Stauera.* De Æginæ dignitate *vide Cælium Rhod.*
71 *lib. 12. c. 6. infi.* Item † Lerii in insula Sporadum Cariæ adiacente. *Strab. lib. 10.* De quibus prouer. dictũ: Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ' οὔ· πάντες, πλὴν Πατροκλέους. Lerii mali, non vnus quidem, alter vero minime, sed vniuersi, excepto Patrocle, *Cæl. Rhod. lib. 18. c. 26. Quod tamen*
72 *idem & Chiis tribuit, lib. 26. c. vlt.* Itẽ † Rhodii mali. *Reinec. p. 1 syntagm. f. 228.* Romanis infidi. Quos tamen defendit Cato *apud Gell. lib. 7. cap. 3.* Cretenses † mali ac mendaces. *Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 30.*
73 *Reinec. p. 1. synt. fol. 235. De quibus D. Paulus ad Titum 1. v. 12. Epimenidis versum retulit.*

> Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία γαστέρες ἀργαί:
> Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ ventres pigri.

Ita Siculi voluptuarii habiti. *Plaut. in prologo Rudent.* Item Leucasiæ insulæ maris Tyrrheni incolæ, à deliciis putres Corinthii dicti. *Cæl. Rhod. libr. 19. cap. 6. Solin. libr. cap. 9. Quo alludit Ouid. in Sapph.*

> Tu quoque mollis amor pennas suppone cadenti,
> Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.

Quibus addi possunt Iauani otiosi inter mulierum nudos greges diem trahentes, ac continuo dulce aliquod dactylorum genus mandentes. *Thuan. lib. 117. histor.* Sardi venales *Coras. in l. 2. §. capta, n. 2. de Orig. iur. Imo Act. 28.* insulani † barbari dicuntur, *Schon-*
74 *bor. 1. polit. 12. in fi. Ita Plut. in Theseo scribit.* Græcis cũ barbaris Scyrum inhabitantibus nulla cõmercia esse, moresque eorum diffi-
75 ciles. Verum cum iure militari infamis habeatur, qui nationẽ †

ali-

aliquam infamat, *teste Bodin. in meth. cap.* 6. cauendum est, ne temere quid insulanis affingamus. Multum enim in hac re opinione hominum peccatur. *arg. lib.* 31. §. 21. *de adil. edict.* Islandos crudelitatis & latrocinii insimulat *Adam. Brem. cap* 244. Quos ab eo crimine vindicauimus *cap.* 22. *num.* 54. Quo magis nos excusatum iri confidimus, quæ hæc referimus tantum, omnia non probamus, quia merus relator non peccat. *Neu'z. lib.* 1. *sylu. nupt.* Neque barbarorum † nomen olim odiosum & infame fuit, cum pe- 76
regrinos exotica lingua vtentes denotaret. Quomodo Græci & barbari oppositi. *Strab. lib.* 1. *Geogr. Plin. lib.* 6. *cap.* 2. postea Græci & Latini. *Plin. lib.* 4. *c.* 13. *l.* 2. *C. de commerc. l.* 1. *C. quæ res export. l.* 6. *de bon. damnat.* Cum tamen ipse Strabo fateatur complures Græcos 77
malos esse, † barbaros vero vrbanos. Et multi populi olim barbari, postea facti sunt ciuiles. Quod in Germanis eleganter ad- 78
umbrauit *Frischlin. in Iulio Rediuiuo.* De Danis † *Arnold. Lubecen. lib.* 3. *Chron. Slau.* 5. Dani vsum Teutonicorum imitantes, vestitu & armis se cęteris nationibus comparant, cum olim formā nautarū habuissent in vestitu, &c. Deinde ex insulanis mediterranei † 79
plerumq; innocentiores sunt maritimis, quos non tā maris vicinitas, quā varii hospitum mores & vitia inficiunt, *Tholos. libr.* 4. *de Rep.* 4. *nu.* 14. Præsertim illos, qui nauticis † rebus dediti sunt. 80
Quod genus *ICtus in l.* 3. §. 1. *naut. caup. stab.* improbum vocat Imp. *in N.* 134. *c.* 13. *in fi.* fures marinos. *Eras. in colloq. in conui. relig.* fures maritimos, *De quibus Theodor. Rex apud Cassiod. cap.* 183. *in vicario portus*: arte placandi sunt, qui mores afferunt ventis similimos. Inde iocus, de tribus † nequam iuris ciuilis, *in rub. ff. naut. caup. stab.* 81
Proximi ab his sūt piscatores, quos ipsos quoq; † fures maritimos 82
vocat *Plau. in Rud. A.* 2. *S.* 2. Qui omnes quia cottidie circa mare versantur, ideo duri & laborū † periculorūq; patiētissimi reddū- 83
tur. Vnde homines duros & feroces veteres Neptuni filios dixerūt, quasi è mari genitos. *Gell. li.* 15. *N A.* 21. Ita propter robur corporis nautæ bene nasatis opponūtur. *Cæl. Rho li.* 17. *ca.* 29. Itē ci- bi appetētes censentur. Vnde famelica † hominū natio dicitur à 84
Plaut. in Rud. d. lo. Item † audaces marisque contemtores. Quales 85

Ichtyophagi natantes ceu maris animalia. *Plin. lib. 6 cap. 24.* De Gronlandis dicere libet, quod de Trogloditis *scribit Plin. d. loco.* quod per vasta maria ratibus vehantur, quas neque remi trahāt, non velæ non ratio vllæ adiuuet, cum omnium instar ibi sint, homo tantum & audacia; Adde Philæ incolarum audaciam, quam *Senec. 4. nat. quæst. 2.* merito inter miracula Nili fluminis incredi-
86 bilem collocat. Itē quæ de † natatoribus ac vrinatoribus *diximus cap. 31. n. 138.* Inde prouerbio dictum: Δήλιος κολυμβητής, Delius natator, propter natandi peritiam. Quod si ergo insulani vitia sua habent, habent contra suas quoque virtutes. Non minus ac continentis incolæ. Quæ plerunque pro fortuna regionis temperantur. In fertilibus enim locis homines plerumque sunt
87 voluptuarii, luxuriosi, inertes: contra in sterilibus laboriosi & † industrii. *Hippocr. d. lo. Iul. Bellus in Hermet. polit fol. 51. Bod. in meth. c. 6.* Ita Lesbiæ mulieres vt formosæ & lanificii peritæ commen-
88 dantur *ab Homer. Iliad. 1.* Huius enim † inuentio ex parte insulanis debetur. In Co insula bombyces vermes more aranearum tela
89 ducunt. Vnde panni † bombycini conficiuntur Bomseiden. *Alex. ab Alex. lib. 4. genia. dier. 9. Polyd. Virg. lib. 3. de rerum inuent. 6.* à quibus vermiculis Pamphila Platis filia primum texere didicit. *Arist. 5. de histor. anim. 19. Plin. lib. 11.* Sericum Seres † Indiæ populi
90 inuenerunt, *Polyd. d. c. 6.* A quibus ad insulanos transiit. Ita Rhodinum sericum *de quo Goth. in l. 3. C. de vest. holos. & in l. 2. C. quæ res veni.* In Persicis insulis arbores instar cotonei mali cucurbitas emittunt, quæ mox ruptæ lanuginis pilos ostendunt, ex quibus conficiuntur vestes. *Alexan. d. lo.* Addi his potest vsus † pellium, quas
91 Angli Zablas, Itali Zabellinas vocant, *Polyd. Virg. d. cap. 6. Iornan. de reb. Get. fol. 82.* pelles Zaphirinas, vbi Lindenbrog. Germani Zablen. Ita inter merces pretiosas numerantur pelles Babylonicæ Parthicæ *in l. 16. §. 7. de publica. pro quibus Gothofr. bene legit* pelles Sarmaticas *ex Busbeq. epist. 3.* His enim castribuit *Ovid 3 Tristium.* Tales sunt pelles castorum & marturum in insulis septentrional. *de quibus Adam Brem. cap. 227. & 229. sup. cap. 25. nu. 88.* Vnde Montius nobilis sciens Sinarum insulas, fibris, castoreis lupis & vulpi-

vulpibus nigris abundare,&inde pretiosas pellescolligi,in sumtus nauigationis † priuilegium à Rege Galliæ impetrauit,ne cui 92
sine permissu suo pellium inde aduectarum negotiationem facere liceret *Thuan.lib.132. hist.* In Norembega fluuio insulæ sunt crebræ, quarum incolæ dediti sunt venationibus castoreorum & onagrorum,quorum pellibus vestiuntur,& piscationibus vitam tolerant,& Nomadum more nullis certis sedibus longe lateque errant. *Thuan.d.lo.* Ita in Cypro metalla primum† inuenta 93
Plin.lib.7.cap.56. Sicuti illic primi artifices in marmore sculpendo extiterunt.*Plin.lib.36.cap.4.* Eadem insula nauigiorum structura quoque excelluit,*Bunting.in itinerar.lib.2.Ezech.27.v.6.* Adde his palatia & naues Regum Iauæ & Ziprangi *apud Simon.Maiol.lib.1.dier.can.23.* Ita Chalcis ab ære ibi reperto dicta. *Plin.libr.4.cap.12.* Paros marmore nobilis, *Plin. d. cap.12.* Telos vnguento, *Plin.d.lo.cap.20.* Samus figulinis. Quarum vasa ob fragilitatem pretiosa. *Vnde Plaut.in Bacchid.A.2.Sc. 2.* vas Samum pro fragili vsurpat. A cuius opificio Agatocles in Regem Siciliæ promotus, dicitur cænaturus abacum Samio sæpe onerasse luto. *Iustin.li.22.*
Sed & viri † docti ex insulis prodierunt. Vsque adeo vt Aristot. 94
moriturus successores non reperiret,nisi ex insulis Rhodo&Lesbo. *Gell.lib.13.N.A.5.* Hippocrates† Medicus ex insula Co fuit,de 95
cuius laudibus *Plin.libr.7.Gell.lib.19.c.2.* Eius auctoritas etiam in iure ciuili magni fit, *in l.12.de stat.hom.sup.in præfat.n.23.* Ex eadem fuit Apelles pictor nobilis, *de quo idem Plin.* Ex Lesbo Theophrastus. *Gell.lib.23.c.5.* Item Arion citharœdus, *de quo Herod libr.1. Gell.lib.14.N.A.19.* Ex Samo Pythagoras. *Gell.lib.17.cap.2.* Ex Mytilene Pittacus Alcæus & alii *de quibus Bunt.d.libr.2.* Ex insula Gadibus quoque vates prodiisse annotat *Cæl.Rhod.lib.27.lect.ant.10.* *Ita Martial.1.epig.62.* Gaudent iocosæ Canio suo Gades. Nisi εἰρωνικῶς intelligas,quia alibi Gaditanũ poetam exagitat; *libr.10.epi.102.* Hinc etiam in insulis Academiæ conditæ,vt Rhodi. *Bunt.d.lib.2.* Et alludit eo *Horat.4.carm.8.* vbi Æacum lingua potentiũ vatum diuitibus consecrat insulis. Diuersitatem animorum sequitur etiam diuersitas corporum, *l.1.§.9.de ædil.edict.* Inde variæ

96 formæ & † staturæ hominũ insularis quandoque propriæ quandoq; cõtinentis accolis communes, *de quibus* Plin. *lib.* 6. *cap.* 30. *Solin. cap.* 39. *&* 40. *Cicer. lib.* 1. *de nat. Deo. &c.* Vltra Æthiopiam maritimam insulas in Oceano meridiem versus repertas *prodidit Diod. Sicul. libr.* 3. quarum incolæ magnitudine alios homines 4. cubitis excedunt. Sed & in Taprobane insula proceri homines collocantur, longissimam vitam sine vllo corporis languore traducentes. P*lin. lib.* 7. *cap.* 2. Ita in Melite homines senescunt *Bunti.*
97 *lib.* 2. *itiner.* Item in Britannia *Cæl. Rhod. lib.* 21. *c.* 3. Sicilia † olim gigantibus plena causam dedit poetis fabulandi de eorundẽ audacia. *Ouid.* 1. *metam. Virg.* 3. *Æneid. Natal. Comes lib.* 6. *mythol.* 21. Quæ etiam Typhoea in mare detruso superincumbere fingitur. *Ouid.* 5.
98 *metam. Strab. lib.* 13. *Natal. d. lo.* Illic repertus † quandoque in specu montis homo vastæ magnitudinis sedens ac manu fustem tenẽs, magnitudinem grandis mali superantem, quem cum quidam attigisset, subito in cinerem collapsus euanuit, *Ex Bocatio Ioha. cassa. in tract. de gigant. c.* 10. *& cap.* 9. huiusmodi gigantum ossa in Creta monte terræ motu aperto inuenta esse scribit. In nostro quoq; orbe A. 1488 cadauer fœmineum stupendæ magnitudinis 12. pedum longum ad littora Schellinganæ insulæ Frisiæ appulsum,
99 *Emm. lib.* 29. *rer. Frisic.* Huiusmodi enim rei † sæpe eluuione maris deteguntur, vt de Ariccis ossibus proditum *à Pausan. & Philostr.* R*einec. in synt. hist. p.* 1. *fol* 554. Quę enim fluuius vel mare vno tempore limo inuoluit, alio vicissim detegit, vt de Xantho fluuio est
100 *apud* Homer. *Iliad.* φ. Ita Cyclopes † in Lipara insula habitarunt. *Nat. Cõ. lib.* 9. *myth.* 8. *& Homer. Odyss.* 1. *Cypoclum* insulas describit, *licet aliud velit Turneb. lib.* 24. *c* 10. In insula Zanziber homines sunt grosso corpore sed breui, & si staturæ longitudo corpulentiæ responderet gigantes videri possent. Sunt fortissimi, vt vnus tantum ferre possit onus, quantum aliiquatuor. Vnus etiam tantum cibum comedit, qui quinque nostratibus sufficere possit.
101 P*aul. Venet. lib* 3. *cap.* 41. Contra in insulis Moluchis sunt † pigmæi, *de quibus Simon Maiol.* 1. *dier. canic.* 2. *Adde* P*lin. lib.* 7. *c.* 2. vbi scribit, eos ternas spithamas longitudine nõ excedere. Insidentes arie-

tum

rum caprarumq; dorsis contra gryfes pugnare. *Iuuen. sat.* 13. In Satyrorum †insula in Oceano exteriore incolæ sunt homines syl- 103
uestres, ferino trucique aspectu corporibus hirtis, *vt Pierius citat Pauf. in Atti. Comme. in Soli. cap. 30. in fi.* Quā licet pro fabula habeat *Couarru. lib. 4. varia. resol* 2. quia sæpe †huiusmodi spectra apparent 104
præstigia Satanæ verius quam homines, *vt demonstr. at Camer. li.* 1. *subsecin.* 71. tamen Couarr. satyros in rerum natura esse agnoscit. Talem n. aliquem ad Apolloniam captum & ad Syllam perductum *scribit Plutar. in Sylla. Cal Rhod. lib. 19. lect. ant.* 25. *Naucler. gener.* 62. *in fi. Adde Plin. d. lib. 6. c. 2. & ibi Dalecamp. Pausan. lib.* 1. *Tholos. li.* 34. *syntag.* 20. *Natal. Comes lib.* 5. *mythol.* 7. In mari Atlantico insulæ sunt Gorgates, †quarum fœminis hirta corpora, viros pernicitate e- 105
uaserunt. Vnde Hanno Pœnorum Imp. duas Gorgonum cutes detractas argumenti & miraculi gratia Carthagine in templo suspendit. *Plin. lib.* 6 *ca.* 3. Inde dictæ sunt Gorgones à truculentia *Diod. Sicul. Natal. Comes lib.* 6. *ca.* 12. licet animalia esse velit Cælius *Rhod. lib.* 18. *cap.* 38. Adde his homines piscesq; marinos, *de quibus Scal. exer.* 226. *sect.* 12. In Oceani septentrionali feruntur esse insulæ †in quibus homines equinis pedibus nascuntur, hyppodopes 106
appellati. Aliæ Fanesiorum, in quibus nuda alioqui corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant, *Plin. libr.* 4. *ca.* 13. *vid. Cal. Rhod. lib.* 3. *cap.* 29. *Turneb. lib.* 6. *ad vers.* 19. In Cypro incolæ olim cornuti. *Ouid.* 10. *metam.* 7.

—gemino quibus aspera cornu
Frons erat, vnde etiam nomen traxere Cerastæ.

De India *Haython cap.* 5. Ex parte meridiei longum est mare, in quo sunt multæ insulæ, sed homines degentes in illis sunt nigri 107
†: & nudi incedunt propter æstum. In insulis Agnania homines sunt deformes, caput quasi caninum habentes. *Paul. Venet. libr.* 3. *cap* 21. in insula S. Laurentii, quæ & Madagascar, homines nigri coloris nudi incedunt, subligaculo gossypino pudenda tantū tegentes, fœminæ velum altius substringunt, ita vt vbera pateant. *Thua. li.* 116. *hist.* Cuiusmodi nigros homines Germani generaliter Mor̄ dicunt, Mauros ita reddentes. *Rein. in synt. hist. p.* 3. *fol* 350. In insula Iaua minore quædam sunt incolæ habētes caudas caninas

viuuntque bestialiter, quia rarum commercium habent cum exteris. *Paul. Venet. lib. 3. cap. 18.* In Tentyri Nili insula homines habitant forma exigui, sed audacia eousque præditi, vt crocodilis sint terrori, qui vocem quoque eorum fugiunt. *Plin. lib. 28. cap. 3.*
108 *Solin. cap.* 41. In Cypro insula † Ophiogenes adeo sunt terrori serpentibus, vt tactu ipso leuent percussos, suctuue modico. Ex qua familia legatus à Consule Romæ in dolium serpentum coniectus, experimenti causa, circummulcentibus linguis, miraculum præbuit, *Plin. d. cap. 3.* Ita in Melite quoque serpentes viros fugiunt. *Bunting. lib. 2. itiner. De Psyllis adde Gell. lib. 16. cap. 11.* Et possunt huc referri circulatores *in l. vlt. de extraord. crim.* In Cypro
109 insula Metes ferrum † deuorant. At Chalybes in iuxta sita insula aurum comportatum construunt, peculiari præ omnibus aliis studio, *Arist. in mirab. auscult. f. 1686. Virg. 1. Georg.* Ad Chalybes nu-
110 di ferrum mittunt. In † Sardinia fæminæ sunt in oculis geminas pupillas habentes, vt visu perimere possint, si quando iratæ aspexerint. *Solin. lib. 1. cap. 3.* In Naxo insula Ægæi maris mulieres octauo mense pariunt, siue quia Liber Pater eo mense natus est, siue quia fons in ea vino fluit. *Plin. l. b. 4. cap. 12.* Vltra regnum Res-
111 macoram duæ sunt insulæ 30. miliaribus à se inuicem † distantes, in quarum vna commorantur viri sine mulieribus, vocaturque insula masculina, & in altera fœminæ sine viris, & vocatur fœminina. Sunt autem Christiani & habent inter se matrimonia. Mulieres numquam veniunt ad insulam virorum: Sed viri visitant mulieres, moranturque cum illis tribus continuis mensibus, vnusquisque cum vxore sua in domo propria. Post hæc reuertuntur ad insulam suam, vbi per residuum anni tempus manēt. Mulieres retinent filios masculos secum vsque ad 14. annum. Postea mittunt eos ad patres &c. *Paul. Venet lib. 3. cap. 37.* Simile quid de Maclamina insula prodidit *Petrus Martyr. dec. 1. lib. 1. histor. Ocean.*
112 Conueniunt instituta † Amazonum, *de quibus* Reinec. *p. 1. synt. hist.*
113 *cap. 16.* In Iaua minore † viri tot vxores ducunt, quot alere possunt atque insuper pellices, sed illas leuissima ex causa repudiant. *Thuan. lib. 117. histor.* In insula Ballia cum vir moritur, vxores se in rogum

rogum coniiciunt, etiam quinquaginta vnius viri gratia. Tot enim habere licet. Si recusant, impudicæ existimantur. *Thua. d. lo.* In Cæa insula homines voluntaria morte moriuntur. *Valer. Max. lib. 2. cap. 6.* Sic enim habet lex: Qui recte viuere nequeunt, turpiter ne viuento. In sexagenarios † scilicet. *Cæl. Rhod. libr. 18. cap. 16.* 114
Quo & Roman. dicterium alludit: sexagenarios de ponte deiiciendos. *Rittersh. in partit. feud. p. 2. cap. 1. n. 31. Tholos. 47. syntag. 9. n. 22.* In Ombricis insulis pecora singulis annis ternos † partus edunt, 115
terraque multiplicem fructum reddit. Sed & mulieres fœcundæ admodum raro vnos, sed plerumque geminos aut ternos edunt. *Arist. in mirab. auscult. fol. 1092.* In Bæotia perdices vento cōcipiunt, neque eam exeunt. *Solin. cap. 14.* Mirum † quoque rerum naturam non solum alia aliis dedisse terris animalia, sed in eodē 116
quoque situ quædam aliquibus locis negasse, *ait Plin. lib. 8. cap. 58.* In Proselene insula viam mustelæ non transeunt. In Bæotiæ Lebadia illatæ solum ipsum fugiunt, quæ iuxta in Orchemeno toto arua subruunt talpæ. Quarum è pellibus cubicularia vidimus stragula. Adeo ne religio quidem à portentis submouet delicias. In Ithaca lepores illati moriuntur, extremis quidem in littoribus, in Ebuso cuniculi non sunt. Scatent in Hispania Balearibus. *Ita Plin. d. cap. 58.* Iisdem † plenas esse Frisiorum insulas *diximus cap. 9. n. 43.* Vbi in deliciis habentur, cum alibi nec in cibum as- 117
sumantur. *Plin. d. lib. 8. cap. 55.* Vulgo per viuerras (insulani Frit vocant à deuorando) capiuntur, quæ in colles maritimos immissæ cuniculos expellunt. Ermenlorum quoque incredibilis illic copia est, sed venatus eorum vetitus, reseruatusque solis insularum dominis, & earundem præfectis. *Emm. in descript. chorogra. Frisiæ in fi.* Cyrenis mutæ fuere ranæ, illatis è continente vocalibus durat genus earum. Mutæ sunt etiam nunc in Seripho insula. Eædemque alio translatæ canunt. In Creta insula non sunt lupi, non vulpes vrsiue, atque omnino nullum maleficum animal præter phalangium aranei genus. Mirabilius in eadem insula ceruos, præterquam in Cylonidarum regione non esse. *Plin. d. cap. 58. pleraque ex Aristot. in mirab. auscul.* In India insula Solis est appellata in

118 qua nullum non animal †absumitur, incertis de causis, Plin. li. 6. c. 23. Quam tamen fabulam esse Nearchus comperit sui experimento. Strab. libr. 15. Meminit Solin. cap. 67. Q. Curt. libr. 10. de reb. gest. Alex. prope fin. In Taurica Chersoneso insula est Leuce Achilli sacra, in qua homines non pernoctant. Marcell. lib. 22. Ita Britannia lupos non agnoscit. Plin. lib. 10. cap. 29. Noctuarum genus in Creta insula nō est, & si qua inuecta sit, emoritur. Rhodus aquilā non habet. Perdices non transuolant Bœotiæ fines in Atticā, nec vlla auis in Ponto insula, qua sepultus est Achilles, sacratam eius ædem. Rationem quærit, sed non inuenit Plin. d. c. 29. Quid est illud, inquit, vnius generis saluti aduersum, quæue ista naturæ inuidia? Aut qui terrarum dicati auibus termini? &c. In eadem insula Achillis auis Erodion frequens. Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 4. In insula Æga, vnde maris Ægæi nomen Neptuni sacra, nemo dormire potest. Atlantes in Africa nil somniant. Herod. lib. 4. Cæl. Rho. lib. 30. c. 9. in fi. Sygaros insulam canes non intrant, expositique in
119 littore errando moriuntur. Plin. lib. 6. cap. 28. Contra †Canariæ insula à canum abundantia nomen sortita est. Gaulos & Galatæ in mari circa Africam terra scorpiones necat. Baulearis & Ebusitana serpentes Plin. lib. 5. c. 7. & lib. 35. cap. vlt. Addit Soli. c. 38. neque
120 serpentes in ea nasci, neque viuere inuectas. Contra Colubraria fœta est anguibus, ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanā terrā inferentibus. Plin. lib. 3. cap. 5. Soli. ca. 32. Eadem Ebusus cuniculos nō gignit, populantes Balearium messes. Plin. & Solin. dd. lo. Sardinia est absque serpentibus, sed habet solifugum animal perexiguū ita noxium, vt super sedentibus pestem faciat. Solin. cap. 11. In Sicilia stagnum aliquod est serpentibus noxium. Solin. cap. 12. In insula Augia nullus vermis perdurat Munster lib. 3. Cosmog. In Cephalenia non bibunt capræ singulis diebus, sed ad flantem aurā cōuersæ, hiantesq; haustu vētō reficiuntur. In Seripho ranæ sunt mutæ, quæ si alio transferuntur, canere incipiunt. Ari. in mirab. ausc. fol. 1048. E Gyaro insula mures aliquando incolas expulerunt Plin. li. 3. c. 57. sup. ca. 21. n. 7. In mari glaciali insula quædam ab albis
121 vrsis †nomen habet. Cū quibus ad naues per glaciem & mare na-

tantibus

cantibus nautis acerrima pugna fuit. Hyeme ingruente ac diem adimente discedunt, succedentibus vulpibus, redeunt vere die redeunte. Adeo sunt adiposi, vt ab vno centum libræ Sebi expressæ sint. Cutis quoq; vni detracta 13. pedes longa fuit, *Thua. lib. 117. hist.* In Creta mons est Carina 9. M. ambitu intra quod spacium muscæ non reperiuntur, natumq; ibi mel nusquā attingunt. *Pli. lib. 21. cap. 14.* Sunt etiam insulæ † equos non habentes vt illa *apud* 122
Curt. libr. 10. auro abundans equorum inops. In Æthiopico mari insula est, in qua singuli equi talento permutantur. *Plin. lib. 6. c. 31.* Angliam plurimos equos alere affirmat *Ioh. Bot. de poten. princ. c. 2. Negat Auctor discur. Italicorum ab Honorio editorum.* In Iaua insula Tubani equorum alendorū studiosissimi sunt, quorum nemo alicuius existimationis equum nō alit. Equi sunt statura humili, pedes teneros ad cursum pernices habentes, *Thu. l. 124. hist.* Cuiusmodi apud nos equi Danici in pretio habentur. In Scotia anates † ex 123
arboribus in mare decidentes nascuntur. *Frideri. Tilem. in discurs. philo. fol. 279.* ad experientiam prouocans. A qua tamen id commentum destitui & per nauigationes Batauorum detectū *scribit Thua. d. li.* 117. Quorundā animalium † fœcunditas insulis nomina 124
imposuit. Ita Capraria, à caprarū multitudine, columbaria à columbis, cunicularia à cuniculis dictæ. *Plin. lib. 3. cap. 6. Soli. c.* 10. De insulis psittacorum *v. Plin. lib. 6. c. 29. in fi.* In insulis aquilonaribus Tartariæ nascuntur Grifalci in magna copia, qui inde ad magnum Chamum deferuntur, *Paul. Venet. libr. 1. c. 61.* Insulæ à lupis maioris nomen habentes auium omnis generis multitudine scatent. Ibi asellorū piscatio cōmoda. Earum vna inter arbores densissimas adeo mergis abundat, vt classis Gallica cadū ouis plenis 125
inde reportauerit. *Thua. lib. 132. hist.* In mari septentrionali insulæ sunt oænæ, in quibus incolę ouis auiū & auenis viuunt. *Plin lib. 4. c. 13.* Idē de Rheni insulis quod ouis viuant, *scripsit Cæsar li. 4. de bell. Gall.* vbi *Glareanus* eam Selandiam esse putat. Nimirum propter fœcunditatē, qua aues illic vt & in insulis desertis nidificāt. *l. 11. de instru. lega.* De varietate ciborum † insularium *vide Plin. li. 3. c. 13.* In 126
Araxe fluuio sunt insulę, quarū incolæ ęstate radicibus quibusdā

 vescun-

vescuntur, frugibus in hyemem repositis. Maxime delectantur,
fructu aliquo, qui iactus in ignem odore suo circumquaque con-
sidentes non minus, quam alios vinum inebriat *Herod. libr. 1.* Cui
non absimilis videtur herba exotica, quam Belgæ **Taback** dicunt.
127 Præcipuus cibus insulanorum est †piscium, adeo vt in Indiæ O-
ritæ nullum alium cognitum habeant, quam piscium, quos vn-
guibus dissectos sole torrent, atque ita ex his panem faciunt. *Pli.*
lib. 7. c. 2. Et simile quid de Babyloniis habet *Herod. d. lib. 1.* Sed &
128 Islandi aliique insulani pisces †indurant, & alicubi pro pane vtun-
tur. *Pompon. Mela. lib. 1. fol(mihi) 61. Petr. Birth. lib. 3. comment. in Ber-*
129 *ga.* Quo genere Daniæ †regnum præ cæteris abundat, vt legatus
aliquando in concertatione legatorum de cuiusque præeminē-
tia, sponsionem obtulerit: Si ex vnius Regis etiam potentissimi
bonis & ditionibus diuenditis comparētur lignea vascula, pos-
se omnia & singula Regem Daniæ vno tempore tribus generi-
bus piscium implere. *Ionas Kolding in descript. Daniæ p. 2.* Eoque
pertinet munus Christiani primi, qui Pontifici Rom. tria hæc,
halec, salpam & pelles Hermelinas obtulit. *Chron. Oldenb. part. 3.*
cap. 2. De hac regione *Arnold. Lubec. lib. 3. Chron. Slau. 5.* Omnibus
130 diuitijs abundant Dani propter †piscationem, quæ quotannis in
Schonia exercetur. Ad quam omnium circumquaque natio-
num negotiatores properantes, aurum & argentum & cætera
preciosa illuc deferunt &c. *Adde Sim. Maiol. lib. 1. dier. can. 9.* De
Frisiæ insulis *Emm. in descript. chorog. in fin.* Insulani ex naufragijs
fere victitant, & tenui prouentu pecudum, fere alium quæstum
131 ignorant. De piscium †diuersitate *Plin. libr. 32. cap. 2.* Ad Pelen in-
sulam & Clazomenæ amari sunt pisces. Contra ad scopulum
Siciliæ & Leptin Africæ. Rursus ita salsi, vt possint salsamenta
existimari, circa Cephaleniam, Ampelon, Paron & Deli petras.
In portu ejusdem insulæ dulces. Quam differentiam pabulo
constare non est dubium. *Plin. ibid.* Prope Hispaniolam pisces
sunt cicures. *Maiol. lib. 1. dier. canic. 9.* Prope Helenæ insulam ha-
lecum volantium nubes conspiciuntur. *Thuan. lib. 117.* De Hale-
cum captura ad insulam maris Balthici *vide Scalig. ex. 226. sect. 2.*
Biba-

Bibaga ostreis † & conchilijs referta *Plin. lib. 6. cap. 21.* Qui cibus 132
quam fuerit apud Rom. in delicijs notum est *ex Plinio alijsq.* Colocasitis insula Æthiopiæ & in alto multæ, in quibus testudo plurima. *Plin. d. lib. 6. cap. 29.* In insula S. Helenæ montibus vbique horrida aprisque frequente, testudines † sunt tantæ magnitudinis, vt pleræque 40. libris pendant. *Thuan. lib. 124. hist.* Prope insulam Mauriciam mare piscibus abundat, in riuos salsos insulæ tanta copia excurrentibus, vt manibus caperentur, & hastis cõfoderentur, vnoquoque iactu tot capti sunt, vt in complures dies ad victum vniuersæ classi sufficerent. Testudinum terrestriũ tanta moles, vt super vna quatuor homines facile ad incessum eius promouerentur, & in testa vnius decem epulati sint. *Thuan. d. lo.* Sunt & belluæ † marinæ prope insulas, *l. 44. de acq. rer. dom.* quarum membra prægrandia, vt & ossa gigantum Augustus Cæsar insulæ Capreis præfixit. *Suet. in Aug. cap. 72.* Præsertim balænas † immanes reciprocans Oceanus in littore destituit, cum alias nullis armis expugnari possent. De quarum aduentu qui maris accolis vulgo mutationem aliquam portendere creditur, *Plin. lib. 9. cap. 5. & 6. & libr. 9. c. 1.* vbi dicit eos à Gallis olim Phisetter id est comestores piscium appellatos. Vt hinc conijcere liceat, Gallos olim Saxonico idiomate vsos. *Iuuen. sat. 10.*

Quanto Delphinis Balæna Britannica maior &c.

Auson. Eidyll. 9. de Mosell. vbi vide. De Cæte ædium magnitudine, quæ ab illis nonnihil differunt *v. Scalig. ex 226. sect. 4.* In insulis vltra Norwegiã sunt venefici, qui potenti murmure verborum grandia cæte in littora maris trahunt, *Adam. Brem. in histor. Eccle. c. 239.* Longitudo beluæ est pedum † sexagenum, Capitis duritia 136
pene silicis. Alicubi ex costis balænarum integræ contignationes ædium componuntur. Ac fuit vna costarum tanta, vt Maurus camelo insidens sine offensione, aut corporis flexu sub eius curuatura libere transmitteret. Erat enim pro poste ac fornice ad horti ostium posita. *Scalig. exerc. 104. sect. 10.* Hanc tam immanem tamen bestiam auis cornicis magnitudine prope insulã Zubuth hiantis os insiliens ac ventriculum erodens extinguit.

*Scal.exer.*241.*in pr.* Et simile quid de crocodilo Nili scribitur cui ichneumon furtim per os irrumpens ventrem perforat. *Plin.lib.8.cap.*24. *Strab.lib.*17. *Marcell.lib.*22. *Ælian.lib.8.animal.*24. Hæc sunt grandia cæte quæ insulanis in cibum cedunt *Psalm.*74.*v.*14. Quod de Indis prodidit *Cæl.Rhod.lib.*18. *cap.*31. Vt non mirum si crassus hic cibus crassiora quoque corpora & ingenia hominum
137 reddat *Iul.Bell.in* Hermet.*polit.fol.*48. Aliæ insulæ ab vbertate † fructuum commendantur. In Chalica insula Rhodiorum, locus quidam est in tantum fœcundus, vt suo tempore satum demetāt hordeum, sublatumque protinus serant, & cum aliis fructibus
138 metant. *Plin.lib* 17 *cap.*4. De Cretæ, † quæ hodie Candia, fertilitate prouerbio dictum est, quidquid vspiam prouenit, omnium optime in Creta se habere. *Cæl.*R*hod.lib.*18.*cap.*29. In Cypro † o-
139 mnium fere fructuum feraci, messis est vere, pecudes per hyemē ruti pascuntur, æstate torrida domi resident. *Bunt.lib.*2.*itiner.* Ea insula tanta tamque multiplici fertilitate rerum omnium abundat, vt nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus onerariam nauem è fundamento ædificet, omnibusque instru-
140 ctam armamentis mari committat. *Marcell.lib.* 14. De Samo † *Apulei.lib.*2.*florid.* Ager frumento piger, aratio irrita, fœcundior oliueto, nec vinitori nec oliuetori scalpitur. Ruratio omnis in surculo & sarculo est, quorum prouentu magis fructuosa est, quam frugifera. De eius tamen vbertate natum est prouerb.
141 quod in ea insula Gallinæ lac edant, *Bunt.d.l.*2. In Gadibus † insula Hispaniæ tanta est pabuli lætitia, vt pecudum ibi pascentium lac serum non efficiat, neque ex eo caseus fieri possit, nisi multa aqua admista. Quin & hoc traditur nascentes in ea pecudes, nisi subinde sanguinem exhaurias, intra 30. dies pinguedine suffocari. Quæ res poetis occasionem fingendi de Geryonis armentis præbuisse videtur. *Strab.lib.*3.*Plin.lib.*4.*cap.*22.*Natal.Com.lib.*7.*myth.*1. Sed & in Islandiæ insulis tanta graminis fertilitas, vt oues intra duas vel tres septimanas pinguescant. Eodemque modo vbertatem soli Zelandici saginando pecori commendat *Leuin.Lemn.lib.*4.*c.*2. Cui ne Frisia quidem, qua parte fœcundior est, multum

multum cedit. Moluccarum † insularum felicitatē, quæ pretio- 142
sissimas species gignit, tangit *Bodin. 6. de Rep 2. n. 650.* Iauæ vbertatem *Scalig. exer. 140, sed plenius describit Thuan. lib. 117. 124. & 132. hist.* Præ cæteris celebrantur insulæ † Fortunatæ, quasi eo nomine 143
magnum quid promittatur. *De quibus Hesiod. ἐν ἔργοις.*

Hic habitant expers curarum pectus habentes
Felices animæ.

Plaut. in Trinum. Sicut Fortunatarum memorant insulas. Quo cuncti qui ætatem suam egerunt caste conueniant &c. *Horat. in epod. od. 6.* Hæc petimus arua, diuites & insulas. Quæque carent ventis & solibus &c. Easque tenera esse credit *Palinge. in libra.* Cum tamen Plinius fateatur, rem esse intra famam vocabuli. *Quod & Turnebus confirmat lib. 14. aduers. 21.* Certe si tales essent, quales Silenus descripsit, *referente Æliano & ex eo Cœl. Rhod. libr. 17. c. vlt.* iure meritoque venerandæ dicerentur. *Vide Muret. libr. 5. vario. 1. Simon. Maiol. lib. 1. dier. canic. 14. Natal. Com. lib. 3. myth. 19.* Illæ in Atlantico mari ad similitudinem ita dictæ, quod pomorum omnis generis abundent *Plin. lib. 6. cap. 32.* In Taprobana † 144
insula mira rerum omnium abundantia est, non fruges à terra, non animalia ad victum & vsum humanum desunt. In ea nascitur arbor Tristis dicta, noctu innumeris floribus aspectu læta, qui mox exorto sole marcidi concidunt. *Thuan. lib. 132. histor.* In insulis rubri maris nascuntur arbores † rubræ, similes illis ex Brasilia. Quædam etiam subter aqua. *Plin. lib. 16. cap. 14. Bunting. lib. 1. itiner.* Cotinusa inde dicta, quod Cotinis arboribus abundet, 145
Cœl. Rhod. lib. 12. cap. 19. ita celebrantur Cyprus arbor *à Plin. lib. 12. cap. 24.* harundo Cypria *li. 24. c. 11.* Laurus Delphica & Cyprica, quæ in Corsica olim non fuit. *Plin. lib. 15. cap. 30.* cupressus Cretica, *Plin. lib. 24. d. c. 11.* mala Cotonea ex Creta *Plin. libr. 15. cap. 11.* &c. In Taprobana insula Thal arbor appellatur, cuius è ramo inciso suauis ad bibendum † succus distillat. In insula Paloam ex Oriz. 146
ignis vi destillata, longe validiore sapore, quam quod fit è palma vinum. *Scalig. exerc. 87.* In insula Mauritia arbores tanta densitate

succre-

succrescunt, vt per eam aditus non pateat. Inter alias sunt palmites, quarum nodo resecto medulla suauissima esitantibus eruitur, ad purgandum ventrem vtilis. Folia palmæ arboris tantæ sunt granditatis, vt vnicum ad tegendum hominem contra imbres sufficiat. Truncus autem si perterebretur, tubulo in foramen immisso, succus copiosus ex vulnere fluit, gustu vino Hispanico non absimilis, sed vltra biduum asseruatus acescit. *Thuan.*
147 *lib. 124. histor.* Proferunt & † insulæ vina generosissima. *De quibus Virg. 2. Georg.*

Non eadem arboribus pendent vindemia nostris,
Quam Methimnæo carpit de palmite Lesbos,
Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ &c.

Lesbium vinum sua sponte mare sapere scribit *Plin. libr. 14. c. 7.* quod tamen Aristoteles Rhodio præferebat, *apud Gell. lib. 13. c. 5.* Hoc enim vltimum facit *Cæl. Rhod. libr. 13. c. 11.* Et Virgil. videtur mensis secundis tribuere. Quod nobis rubrum dicitur. *Buntin. lib. 2. itiner.* Omnium præstantissimum est Chium siue nigrum. *Cæl. Rhod. lib. 26. c. vlt. Plin. d. c. 9.* quod Lucilius ideo Dynesten appellauit. *Cæl. lib. 27. c. 8. Et Horat. 2. sat. 8.* vt maris expers commendat eo quod nulla aqua marina, vt Græco, illi misceretur. *Turne. lib. 20. cap. 32.* Ideo amator Plautinus *in Curcul. A. 1. S. 1.* anui merobibæ Chium affert. Hodie ex Creta apportatur & maluaticum nobis dicitur. *Cæl. Rhod. d. libr. 13. c. 11. & libr. 28. c. vlt. Bunt. d. libr. 2.* Vinum quoque Siculum commendat *Mart. 13. ep. 105.* Vinum Balearicum *Plin. li. 14. c. 6.* Vinum Lemnium *ex Hom. Iliad. 7. in §. Inst. de empt. vend.* Naxus insula à vinearum fertilitate Dionysia dicta. *Plin. lib. 8. c. 11. Cæ. Rhod. lib. 22. c. 3.* in qua etiam fons fuit vino fluens, *sup. n. 110. Reinec. p. 2. syntagm. fol. 237.* Et Cyclopum insulas commendat *Homer. Odyss. 1.* quod triticum ordeum & vites sua sponte proferant. Contra Samus vino caret. *Reine. in synt. p. 2. fol. 311 Bunt. d. lib 2.* Vt & plereque insulæ septentrionales. Nisi in insula Winlandia, ita dicta quod vites ibi nascantur *Adam Brem. in histor. Eccles. c.* Neque enim in locis frigidis vinum nascitur

retur, nisi ad ripam Danubii, *Alex. ab Alex. lib. 4. gen. dier. 9. in pr.* Pertinet huc nauis vinaria, quæ vina fert ex insulis *l. 21. §. 5. & ibi Goth. de furt.* Ita etiam in insulis quibusdam † mel non nasci putatur, 148 propter frigiditatem. Quod tamen in septentrionalibus fallere ostendit *Iul. Bell. in Hermet. polit. f. 17.* Melite optimo melle abundat, *Bunt. lib. 2. itiner.* In Ponto Samiorum gens cum ceram in tributo Romanis præstet, mel (quoniam exitiale est) non vendit. *Pli. li. 21. c. 13.* Ita & myrrha optima in insulis nascitur, de thure dubitatur. *Plin. lib. 12. c. 15. & 17.* Mastix Chia & Cypria, *d. c. 17.* In oleis solum maxime cœlumque differt. Miscentur sapores & alius † alio placere cogitur. Miscentur & cœli terræque tractus. *Plin.* 149 *lib. 15. c. 26. vide eundem libr. 16. cap. 18. c. 32. & pass.* In Delo vnguentum laudatissimum prouenit. *Plin. lib. 13. c. 1.* Sed & frumentum † 150 optimum in insulis nascitur. Quales Sicilia † & Sardinia, *de quibus* 151 *Lucan. lib. 3.*

> Vtraque frugiferis est insula nobilis aruis.
> Nec plus Hesperiam longinquis messibus vllæ,
> Nec Romana magis complerunt horrea terræ.

Cic. pro L. Manil. his etiam Africam addit, atque hæc tria frumentaria præsidia Reip. vocat. Idem Siciliam horreum P. R. appellat, Cato cellam penuariam Reip. *Coras. in l. 2. §. capta deinde 32. de orig. iur.* Decimam enim tritici, quæ erat 800. Millium modiorum cottannis soluebat. *Cicer. Verri. 8.* vbi etiam frumentum omnium primo natum volunt, *Nat. Comes lib. 5. myth. 14.* vbique per omnes fere menses anni flores esse consueuerunt, *Idem Nata. lib. 3. c. 16. prope fin.* In tritico † principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, mox Africa. *Plin. libr. 18. c. 7.* Et Africum optimum dicitur *in l si is qui, 50. §. 1. mand. l. 75. §. 2. de V. O.* Sed Theophrastus lib. 8. hist. 4. Siculum grauissimum esse testatur, eo tamen grauius Bœoticum, vel eo argumento, quod athletæ, cum vix in Bœotia tres semisextarios consumerent, Athenis plus quam quinq; esitabāt. Idē scribit in Eubæa genus quoddā diebus 40. quam satum est grandescere & maturescere, firmum ponderosum, nec vt trimestria leue, parū furfurosum, vt propterea famulis præbeant. *Leu.* 152

Lem.li.4.c.2. triticũ nullibi gentium candidius aut magis pōdero-
153 sum reperiri, quam † in Zelandia. Sed & in Iaua tritici plurimũ
nascitur. *Scal.ex.*140. Amyli inuentio Chio insulæ debetur, &
laudatissimum inde appellatũ est, quod sine mola fiat. Post Chiũ
maxime laudatur Creticum. *Plin.d.c.7.* Misy siue Ceraunium
Mitylenis in Lesbo non nascitur, nisi exundatione fluminum in-
uecto semine ab Tiaris. *Plin.lib.19.c.3.* In Madura insula frumenti
& orizæ feracissima, pingue terræ vber perpetuis exundationi-
bus mollescit, vt eam araturi bubuli aut homines vix genu tenus
aqua extent. *Thuan.lib.124.histor.* In Neside Campaniæ insula A-
154 sparagis sponte nata optima. *Plin.lib.19.cap* 8. Fabaria † insula se-
ptentrionalis Oceani à fabis dicta. *Pli.li.18.c.12.* In insula S. Tho-
mæ singulis mensibus arundines serunt. *Scal.exer.164.* A metallis
155 quoq; † insulæ commendantur. Præsertim Indiarum insulæ, *de
quibus Munst.lib.5.cosmogr. Bunting.lib.1.itiner.&c.* In quas etiã Sa-
lomon Rex classem eo nomine ablegauit *sup.cap.25.n.92.* Ex qui-
156 bus aliquot † earumq; miracula censentur *Paul Venet.li.3.* vt Iaua
maior & minor, quarum vna 8. regna continet, Necura, Anga-
nia, Scila, Masna Scoira &c. Itẽ Ziprangi, veteribus Chryse, ho-
157 die quibusdam est Iapan in alto mari sita, vbi aurum † in maxima
est copia, *Paul.Venet.libr.3.cap.2.* Iaponiæ tres sunt insulæ, de
quibus *Thuan.libr.81.histor.* Extra ostium Indi insulæ Chryse &
Argyre fertiles metallis. Vt aliqui tradiderint aureum argente-
umq; illis solum esse, *Plin.li.6.ca.21.* Quo fortean alludit *Plaut.in
Bacchid.Act.2.Sc vlt.* soccis habet auro suppactũ solum. Et referri
huc possunt flumina aurifera, *de quibus sup.c.18.nu.43.& c.11.n.67.*
Item gemmifera vt Ganges, *Plin.lib.33.c.13. Virg.2.Georg.*

Nec pulcer Ganges atque auro turbidus Hermus.

Ita in insula Carthagena flumen est auro scatens. *Matth.lib.1.dier.
canic.11.* De aurariis Roman. *dictum cap.11.num.32.* De Saxonicis *P.
Heig.1 q.13.n.13.* vbi eas etiam orientalibus præfert. *Al. de Alex.ab
Alex.lib.4.dier.cen.9.* In Siphno insula maris Ægæi aurariæ & ar-
genteriæ locupletissimæ fuerunt, vnde decima pars pecuniæ re-
dactæ apud Delphos in Thesaurum reponebatur, *Herod.lib.3.* In
Rhodo

Rhodo † tanta auri copia, vt Pindarus hic aurum pluere finxerit. 157
Bunting. lib. 2. It. n. In Demonesa insula cæruleum metallum reperitur, & Chrysocolla ad auri venas pulcerrima, oculisque medicandis cum primis vtilis. Sed & æs natans ibi est. Fossores metalli eius visu redduntur acurissimo, & si palpebris forte careant tũ 158
nascuntur, *Arist. in mirab. auscul. fol.* 1090 Cassiterides † Græcis dictæ à fertilitate plumbi. *Plin. lib. 4. c. 22. & lib. 7. c. 86.* In insula Bricti candidum plumbum prouenit. Ad quam Britanni vitilibus nauigiis corio circumdatis nauigant. *Plin. lib. 4. c. 16.* In Ilua insula Italiæ metalla effossa renascuntur. *Plin. lib. 14. cap. 34.* Addit Varro nasci ibi ferrum, sed in structuram redigi non posse, nisi transuectum in Populoniam Thusciæ ciuitatem. Vnde ferriferacem Iluam vocat. *Solin. c. 10. Virg. 10. Æn.*

Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Quale marmor & lapis renascens est alicubi in Gallia, *teste ICto in l. 7. §. 13 solut. matr.* In Cypro ferrum prouenit, quod in minuta frusta concisum seritur, deinde aqua perfusum augetur, surgitq; vt colligi queat. *Arist. in mirab. auscult. fol.* 1088. In Mela insula fe-
sunt effossas terræ cauernas, alia succrescente humo rursus compleri. *Aristot. d. lo.* Ita Cypri † ærarias describit *Plin. lib. 11. c.* 159
36. Strab. lib. 8. Ovid. 10. metam. 7. fœcundam Amathunta metallis. Nescio an eædem sunt fodinæ Cypriæ, *de quibus VVesembec. vol. 2. consf. 60.* Contra Corsicam vt rerum harum inopem describit *Senec. in Consol. ad Helu. cap. 9.* Non pretiosius his lapis cæditur, non auri argentique venæ eruuntur. Pertinent huc metalli fodinæ omnis generis, *de quibus est in l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. de vsufr.* Vt Gypsensia in insula Ægypti, *Cuiac. 8. obs. 27.* Proconnesia in Proconneso Sporadum insula, in Propontide, *quorum meminit Iustin. in N. 22. cap. vlt. l. vlt. C. de pœn. Goth. in l. 8. §. 4. de pœn. Pancirol. in comment. ad N. V. Imp. cap. 102.* Item † lapidicinæ vt Latomiæ in Sicilia, *l. 1. §.* 160
fin. de aleat. l. 9. ex quibus causs. maio. Goth. in d. l. 8. §. 9. De pœn. Brenhaim l. inter publica. de V. S. Plaut. in Latomiis malim

ætatem degere. Stipteriæ, *in l.3. in fi. de reb. eor. qui sub tut.* Cotoriæ ac cretifodinæ, in Creta; *l.13. l.15. de publica. Plin. li.* 18. *c.*28. vbi Creticas transmarinasque cotes vocat; *Idem libr.35.c.7. & 17.* placuerunt ante alias Naxiæ Cotes in Cypro insula genitæ. In quas cō-
163 demnati † simpliciter in metalla condemnari dicebantur. *De quibus sup. cap.16.nu.44.* Nitrea insula à Nitro inuento dicta est,
164 *Comment. ad Solin. lib.1.* Ormutium insula sinus Persici tota sale † scatet, fluitque perpetuo, atque in montes coagulatur. *Solin. cap. 37. Simile quid refert Goth. ad l.7.§.13. solut. matr.* Insulæ Electrides in ostio Padi ad mare Adriaticum ita dictæ, quod Electro abundent. Fabulam eius rei *vide apud Ouid. 2. metam.* 4.

Inde fluunt lacrymæ, stillataque Sole rigescunt:
De ramis electra nouis &c.

Natal. Com. lib.6. mytho. 1. Sed falsi sunt quicunque electrum vel succinum Eridano, siue Pado adscripserunt, quod in insulis septentrionalibus Oceani fluctibus aductum gigni, indeque ad alias regiones mitti testatur *Plin. lib.*30. *nat. hist. 2. & 3. Idq; rectè defendit P. Berth. lib 1. Commen.* 2. Germani veteres Glessum dixerunt à vitri similitudine, quod etiamnum Glas dicitur. Vnde insula à Romanis Glessaria appellata est. *Plin. d. lo. Tacit. de mori. Ger. in fi.* Quæ forteā hodie est Sudaw littoris Prutenici insula: sicuti ipsum electrum lingua Saxonica Barnstein ab ignis luciditate
165 vocatur *sup. cap.11.v.35.* Sed & gemmæ & lapides † pretiosi non solum in littoribus inueniuntur, *l.3. de R.D. §.15. Inst. eod.* sed etiam in insulis quibusdam nascuntur. Corsica Catochitem lapidem gignit, *Solin. c.*10. quem Græci Baceen vocant. *Isid. lib.15. orig.* Sicilia Achetem, *Solin. cap.11.* In mari meridionali Indiæ est quædam insula, quæ vocatur Celan siue Zeilan, in qua reperiuntur lapides, qui vocantur Rubini & Saphiri. *Hayton de India cap. 6.* Qui tamen in eo labitur, quod hanc insulam veteribus Taprobanen dictam putat, cum communis sit opinio, hanc Summatriam esse. In Iaua insula smaragdi excellentissimi; gemmæ aliæ multæ, aurum & æs permultum. *Scalig. exerc.*140. Ex mari insulæ Bornæi capiuntur conchæ margaritiferæ; quarum vnius caro pependit pondo

pondo 47. Vniones ex illis oui gallinacei magnitudine. In regia corona quosdam æquare anserinum ouum memoriæ proditum est. *Scalig. exer. 228. sect. 11.* Innumeræ sunt deliciæ aliæ quæ ex insulis afferuntur. Quarum quasdam etiam Rom. notas perstringit *Gell. lib. 7. ca. 16.* De variis † aromatum speciebus, quæ ex insulis 166
apportantur, consule Belgarum relationes. In Iaua minore piperis tanta copia est, vt terram piperis † Rex insulæ eam vocarit. 167
Quod circa Bantamam vrbem copiose arbores lupuli modo ascendit, & oblongum per racemos crescit, ita vt vna vua sæpe ducenta grana emittat. *Thuan. lib. 117. histor.* Ibidem nucis myristicæ libera à Batauis sesqui denario emta est. *Thuan. d. lo.* Ternates insula, vt aromatum & Cariophyllorum, quorum vndecim libræ, pro vna octona regali væneunt, ferax: ita esculentarum rerum valde sterilis. Ex arbore enim indigena detruncata & contusa panem farinamque conficiunt, *Thuan. lib. 124. histor.* Quædam etiam ad insularum arcana physica pertinent in remediis olim habita. Ita cocco Gnidio in pane deuorato vis præsentanea inest contra cicutam. *Plin. lib. 27. c. 9.* Terra Lemnia, quæ & sigillata dicitur, cum vino sumta vermes necat & venenum eiicit. *Cæl. Rhod. lib. 23. cap. 29. Nata. Comes lib. 2. myth. 6.* Capræ Creticæ sagittis percussæ dictamnũ quærunt, cuius pastu tela è corpore eijciunt. *Ari. in mirab. auscult. fol. 1048.* Quædam etiam ad superstitionem † magis quam religionem faciunt, In Diomedæa insula Hadriæ templum religione factum ab auibus magnis & rostratis obsidetur in circulum qui Græcos accedentes patiuntur, barbaros inuolãt confectosque vulneribus interimunt. Eo quod in hac aues Diomedis socii mutati finguntur, *Arist. in mirab. fol. 1092. Natal. libr. 7. myth. 5.* Alia superstitiosa insularum Mahumetana secta infectarũ pete ex nauigationibus Belgicis, *apud Thua. lib. 117. 124. 134. histor. Adde sup. cap. 10. nu. 8.* Quod si hodie quædam ex supradictis aliter se habẽt, memineris quid de vicissitudine rerum omnium temporisque efficacia dictum sit, *c. 29. n. 16.* Multa enim quæ olim obtinuerunt, postea defecerunt, *Cæl. Rhod. lib. 8. c. 16.* Ac confirmatur his quoque exemplis cõmerciorum necessitas, defensa à 168

169 nobis *cap.25.n 63.* Non enim omnis fert omnia tellus. Sed cuiq; † sua peculiaria dona concessit Deus, ne qua ab altera despiceretur. P*lin.lib.*16.*cap.* 33. *Virg.l. Georg.*

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. &c.

Et Valer. Flaccus.

Mellis honos Torinos ditat, sua mulctra Satarchen.

Iaxametas venatus alit &c. Quos versus Virg. referens *Sene.epist.* 87. ista in regiones descripta sunt, inquit, vt necessarium mortalibus esse inter ipsos † commercium, si inuicem alius ab alio aliquid peteret, *l.*1. *de contr. emt.* paucæ enim insulæ similes sunt illis

170

*de quibus Plin.li.*6.*c.*28. quod sint† ditissimæ, vt apud quas maximæ

171 Roman. Parthorumque opes subsidant, vendentibus, quæ è mari aut syluis accipiunt, nihil inuicem redimentibus. Vnde fit, vt pro pretiosis mercibus alicubi abundantibus vilissimæ importatæ permutentur *arg.l.3.de eo quod cert, lo.§.2.Inst.de em.v end.* De septentrionalibus *scribit Adam. Brem cap.*227. quod pro laneis indumentis, † quæ non Paldones (Palten/alte Lumpen) dicimus, illi of-

172 ferunt tam pretiosos martures. Ita Arabes cum pretiosissima thura in Ægyptum deferant, referunt tantum vitra, P*lin. lib.* 12. *c.*19. Et Batavi in insula S. Laurentii, vbi stagnum in maximo pretio habetur, sex oues, quarum singulæ caudæ 40. libris pendebāt pro vno cochleari stanneo permutarunt, *Thuan lib.*11.*hist.* Multo

173 plura sunt eius generis† mirabilia, calamoque nostro imperuia,

Quæ qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere, quam multæ Zephyro turbentur arenæ &c.

*Virg.*2.*Georg.* Itaque D. Pauli epiphonemate *ad Rom.* 11. *v.*33.

174 ὦ βάθος † πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, hunc nostrum laborem claudentes, cætera te, amice lector, ad Simonis Maioli Dies caniculares, aliasque nauigationum Indicarum relationes amplissimas ablegamus.

FINIS.

TABVLA GENERALIS INSVLARVM totius orbis, Ex Eliæ Reusneri Isagog. hist. fol. 13.

- **INSVLÆ**
  - **Oceani**
    - *Septentrionalis: Cassiterides, Hybernia, Britannia (cuius vrbes, Cantuaria, Londinum, Eboracum) Scotia, Orcades, Hemades, Thule, Scandia.*
    - *Orientalis: Ziprangi, Cingirina, Iaua maior & minor, Sandur, Candur, Necura, Angama, Pentam & Scylam.*
    - *Australis: Iona, Taprobana, Scoyra, Magdagascar, Zanzibar*
    - *Occidui: Dorcades Hesperides, Fortunatæ, America, Parias, Isabella, Spangnola. Gades.*
  - **maris mediterranei**
    - **maiores**
      - Corsica *cuius*
        - *vrbes: Centurium, Matisa, Mariana, Paluma, Aleria*
        - *Promontoria: Granianum, Rhium.*
      - Sardinia *cuius*
        - *vrbes: Tabula Olbia, Caralis, Nora, Vlesipolis*
        - *Promontoria: Columbarium Hermæum.*
      - Sicilia *cuius*
        - *vrbes: Messana, Taurominium Cartana, Leontium, Siracusæ, Agrigentum, Entella, Drepanum, Panormus, Alontium, Hybla.*
        - *Fons: Arethusa.*
        - *Montes: Cratus, Eryx, Ætna*
        - *Fluuius, Hymera*
        - *Promontoria: Pelorum, Pachinum, Lilibaum*
      - Creta *cuius*
        - *vrbes: Cydon Minoa, Cortina, Lyctus, Lycastus.*
        - *montes: Idaus, Dictæus.*
        - *promontoria: Cysamum, Drepanum, Zephyrium Samonium, Criumetopon.*
      - Cyprus *cuius*
        - *vrbes: Callinusa, Salamis, Amathus, Paphus;*
        - *promontoria Phrurium, Pedalium*
      - Eubæa *cuius*
        - *vrbes: Edipsus. Erethria, Chalcis.*
        - *promontoria Cænaum, Gerestum, Capharæum.*
        - *Et iuxta Euripus mare.*
      - Lesbus *cuius*
        - *vrbes: Methymna, Eressus, Pyrrha*
        - *promontorium: Sutrium.*
    - **minores** v. fol. seq.

Insulæ minores in mari

- Iberico: *Pityusa, Baleares, Stœchades, Capraria, Gorgones, Ilua, Phanasia.*
- Tyrrheno: *Pontia, Pandatoria, Prochyta, Pytechusa, Strengyle, Sirenum insula.*
- Siculo:
  - *Æolia* / *Ephestiades*: *Ericusa, Hiera, Phœnicusa, Enonymos, Didyme, Lypara, Ægina, Vulcania.*
- Adriatico: *Apsorrhus, Curricta, Scardona, Diomedeæ, Trugurium, Pharia, Melegna.*
- Ionio: *Corcyra, Cephalenia, Dulichium, Ithaca, Echinades, Zacynthus, Strophades, Theganusa, & circa Tenarum Cythera & Salamis.*
- Myrtoo Sporades: *Melos, Olearos, Chaton, Ios, Thera, Gyaros, Hippuris, Dionysa, Syrnos, Pathmos, Chalcia, Icaria, Pinaria, Nisyros, Lebynthos, Calydne Asine.*
- Ægæo:
  - *Cyclades*: *Sicinus, Cythnus, Siphnus, Seriphus, Rhene, Parus, Thenus, Myconus, Naxus, Delus, Andrus,*
  - *Sciatus, Peparetus, Scopelus, Scyrus, Lemnus, Thassus, Samothrace, Imbrus, Tenedus, Chius, samos, Cos.*
  - *Item Carpathus, Rhodus, Chelidonia.*
- Ægyptio: *Pharos, Pædonia, Mermex, Locophagites, Lercinna.*
- *Propontide. Proconnesus.*
- *Euxino: Symphlegades, Leuce, Borysthenes, Alopecia.*
- *Caspio: Hellades. Talge.*

Perfectiorem tabulam ex hodiernis tabulis Cosmographicis colligere, tuæ industriæ, lector permittitur.

Desci-

DESCRIPTIO INSVLARVM EX IOHAN. HONTERI RVDIMENT. COSMOGRAPH. libr. 3. prope fin.

NVnc locus, Oceani quæ sunt à Gadibus vsque
Auroram, & totum qua circumplectitur orbem
Nereus, æquoreis ambitas dicere terras
Fluctibus: Extremo terrarum fine coluntur
Cassiteri venæ celebres grauiore metallo.
At procul Hybernis succedunt Anglica regna,
Littoribus Scotiæ coniuncta, sed Anglia primam
Londinum, & claras per littora continet vrbes.
Orchades hinc multæ numerantur, & vltima Thule:
Atque in secessu proprio Selandia tellus.
Vlterior Scythicus boreali frigore pontus
Horret inaccessus glacie densisque pruinis.
Multæ autem terræ Solis redeuntis ad ortus,
Vndique laudatis habitantur in æquore campis:
Sed vix nomen habent, peregrinis versibus aptum.
Taprobaneque orbis medium sortita recessum,
Lucibus æquatis depressos conspicit axes,
Hanc circum Oceano variarum altrice ferarum,
Quin & Erythæo plures memorantur in alto.
Gorgonis hinc sedes, & inhospita tecta Medusæ
Hesperio tractu surgunt: mox arua beata,
Et Fortunatæ sparso sine semine terræ.
Est etiam vlterius non visa prioribus annis
Insula, diues opum, cultuque immanis agresti,
Quam lucri studium, rerumque cupido nouarum

Prima sub extremo conspexit sole cadente.
Illa tamen valeant, iam non propiora sequuntur,
Herculeoque freto pos tis vtrinque columnis,
Intromissa fluunt per apertas æquora terras,
Extantesque vagos campos mirantur in vndis.
In primis Ophiusa mari consurgit Ibero,
Cumque Ebusitanis Balearica regna colonis
Atque aliæ plures passim sine honore iacentes.
At breuibus spaciis despectat Corsica tellus
Littora Sardiniæ: Tyrrhenum deinde per æquor
Pontia cum Prochyta, Capreæ, Planasia: moxque
Scylla ferox canibus, simul & Zanclea Charybdis,
Ausoniæ Siculæque tenent confinia terræ,
Inde Pithecusæ, Lipara & Vulcania, post quas
Strongyle, & innumeræ penitus visuntur in alto
Insulæ: ante alias sed enim præstantior (olim
Cyclopum Cererisque domus) Trinacria montes
Finibus extremis diuersa per æquora fundit,
Cumque Peloriade Lilyben, vastumque Pachynum,
Interius celebrem flammis viuacibus Ætnam,
Atque Erycis Templum, & claras amplectitur vrbes,
Messanam, Catinam, simul & Megarensia rura,
Cumque Syracusis Drepanum, notamque Panormum,
Tauromenon, Camerinam, Agraganta, Leontion, Hyblam.
Sunt etiam Adriaco Diomedis nomine dictæ.
Et quas Ionium late circumfluit æquor,
Phæacum sedes Corcyra, & littus Echinæ.
Insula mox Cephalenorum & nemorosa Zazynthus,
Illustrisque Ithaca & Strophades, quas dira Celæno
Harpyæque aliæ quondam tenuisse feruntur.
Hinc Theganusa iacet, Venerique dicata Cythera,
Insuper & Salamis, propiorque Ægina, sed intus
Myrtoum Sporades fluctu circumsonat æquor.
Nisyron, Olearon, Theram, Meloque rotundam,

Syron & Hippurim, Patmon, viridemque Donysam:
Inde Lebynthon & Icariam, sparsasque per altum
Cycladas, albentemque Paron, planamque Seriphon,
Mox Delon Mycone celsa, Gyaroque reuinctam,
Florentemque Cythnon, Sicynon, sacramque Lyæo
Naxon, & hinc Siphnon, & Renen, mox Tenon & Andron.
Separat Aoniis procul hinc Euripus ab oris
Euboicas vrbes, Chalcin, niueamque Caryston,
Ceneique iugum, infidumque Capharea nautis.
Adde tot Ægæo distinctas æquore terras,
Sciathon & nitidis lætam Peparethon oliuis,
Tum Scopelon, Scyrum, & Vulcani mœnia Lemnum,
Threiciamque Samum, Tenedon, mox Chion, & Imbron,
Et Mytilenæam, spacioso littore Lesbon,
Iunonisque domum, sed & Astypaleia rura,
Carpathiique maris Rhodiorum & Apollinis vrbes,
Lindon, Ialysonque simul, veteremque Camiron.
Illustrant etiam Creten Hecatompolin vrbes,
Lyctus & hinc Gnosus, Cydon, Gortina, Lycastus,
Atque aliæ, quarum vix nomina nota supersunt.
Ida Iouis cunæ, & Dictæi culmina montis,
Hisque Samonion adiunges, Criumque Metopon.
Issicus inde sinus Cypri complectitur vrbes,
Cum Salamine Paphum, grauidamque Amathunta metallis.
Sed quid nota sequor? multæ sine lege iacentes
Insulæ Oceano in magno, medioque profundo,
Partim homini cultæ, partim deserta ferarum
Pascua, neglectis pelagi clauduntur in oris.
Quædam iam celebres, olim sine nomine terræ,
Multarum, nec honor priscus, neque nomen habetur.
Sed libet hoc portu fessas subducere naues.

Hactenus Homerus.

Ænigma.

CVM mihi sint hostes ex omni parte nocentes,
Et minor & tantas video sola minas.
Cot tidie demavi membrum, tamen integra persto,
Pro tota minima est pars mihi quæ remanet.
Nando sequor, sed non fugientem attingo sororem,
Si forte attingam, desinit esse soror.

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERVM ET SENTENTIARVM MAXIME MEMORABILIVM, QVAE HOC
opere continentur.

A.

ABsentia breuis non attenditur. 36
Accessionis nomen ambiguum. 391
Accessio specialis. ibid.
Accessio quando cedat principali. 295
Accessio accessionis esse nequit. 295
Accessorium etiam pretiosius cedit suo principali. 395
Accessorium à suo principali inseparabile. 396
Accrescendi ius etiam in inuitum operatur. 243
Achelous fluuius in alluuionem pronus. 76
Acquisitio iuris gentium ritum non exigit. 99
Actio finium regundorum quando præscribatur. 374
Actionum necessitas. 465
Actio a. ta eligenda. 468
Actiones vel personales, vel reales. 468
Actiones ex contractu circa insulas. 468
Reales pertinent ad possessorium, vel petitorium. 469
Actio fin. reg. an sit natiua vel datiua. 473
Cum rei vind. cumulatur. 473
Actus possessorii nostro nomine exerceri debent. 100
Adamus qua in regione creatus. 265
Adiudicatio in diuisione insulæ obiter. 225
Aduocatorum ampla stipendia: Medicorum ampliora. 6
Ædes Roman. vrbium instar. 82
Ædificans in alterius territorio, eius iurisdictioni subiicitur. 285
Ædificatio modus acquirendi iustissimus. 276
Ædificatum in publico quando publicum fiat. 280
Ædificiorum forma subinde apud Romanos mutata. 24
Ædificatum ad ædificantem pertinere debet. 277
Ædificium cedit solo. 280
Ædificium trahit ad se solum. 282
Ædificare ad cœlum vsque cuiuis licet 88
Aer & aqua omnibus communis. 126
Aeris proprietas restricta. 126
Ægyptus Senatoribus Romanis interdicta. 39

Æstimatio rerum pro diuersitate locorum varia. 32
Æstum & excessum maris captare. 345
Æstuaria maris insulam faciunt. 78
Æstus & recessus maris. 35
Aggeres inundationi oppositi. 433
Ægypti munitio. 434
Aggeres Rheno impositi. 434
Viarum vsum præstant. 435
Aggerum eruptorum pœna. 437
Agrorum latitudo facilitatem partiendi præbet. 217
Agrimensores tres iurati adhibendi. 221
Agrimensorum authoritas. 224
Agrimensores iuxta formam artis procedentes innoxii. 215
Agri frons recta quæ. 235
Obliqua. 235
Agri occupatorii. 308
Agri limitati accessiones non recipiunt 419
Vnde dicti ibid.
Ager decumanus 420
Ager occupatorius occupanti relictus. 421
Agri exsiccati in emphyteusin concessi. 441
Alexandria peninsula. 91
Alienatio in casu necessitatis admittitur. 361
Alienationis nomine non continetur subinfeudatio. 360
Allodialia feudo coniuncta, quando feudalia fiant. 400
Alluuionis proprietas non pertinet ad vsufructuarium. 414
Alluuio raro sine damno alterius procedit. 243
Alluuio modus acquirendi iustissimus 243
Etiam ignorantibus accedit. 243
Comparatur iuri accrescendi. ibid.
Alluuionis possessio sine noua apprehensione non acquiritur. 265
Alluuionis incrementum difficulter probatur. 262
Alluuionis incrementum etiam in foro conscientiæ retineri potest. 244
Causa efficiens. 245
Vnde dicta. ibid.
Alluuionis ius reale. 254
Alluuionis marinæ incrementum ad regalia pertinet. 254
In Italia marinæ infrequentes. 255
Alluuio non est modus dominii amittendi. 459
Ciuitatibus maritimis maxime noxia. 459
Alluuionis ius in infinitum competit. 337
Alluuio difficilis probationis. 144
Alluuionis causa formalis. 249
Alluuio per partes procedit. 249
Altwasser im Rhein. 39
Alueus maris vadosi citius, quam fluminis exsiccatur. 78
Alueus cedit flumini. 130
Alueus fluminis æstate æstimandus. 259
Alueus ad regalia pertinet, siue aqua plenus, siue vacuus. 130
Aluei mutatio vniuersalis. 178
Aluei mutatio quando fiat. ib.

Alueus fluminis fictione continenti iungitur. 112
Alueus facto hominis mutatus pro violento habetur. 179
Alueus excrescens fluminis nomen omittit. 32
Amazones. 528
Ambedere quid. ib.
America quomodo inuenta. 268
America multas insulas continet. 46
Amissio vel vniuersalis, vel particularis 452
Fit vel impetu, vel paulatim. ibid.
Amissio dominii ingrata. 445
Est vel iuris, vel facti. 446
Amsterodamum metropolis Hollandiæ. 92
Anchora in summis montibus inuenta 460
Anima principium motus. 246
Animus sibi habendi ad inuentionem requiritur. 267
Animalia quomodo post diluuium in insulas peruenerunt. 267
Animaliū mores in quibusdam insulis. 530
Angiportus quid. 25
Ansearicæ ciuitates vnde dictæ. 21
Antinomiæ an sint in iure ciuili. 279
Aqua insulæ perpetua esse debet. 55
Aqua in ostiis fluuiorum corrupta. 57
Aqua sequitur naturam aluei. 127
Aquæ & ignis interdictio. 198
Aquæductus per alluuionem nō mutatur. 179
Aquæductus publici Romæ crebri 35
Æqualitas in omni diuisione seruanda. 238
Aquilegiorum authoritas. 145
Aquilegiorum depositioni non creditur, parte aduersa non citata. 145
Æquiuoci distinctio summe necessaria. 18
Apprehensio vel ad possessionem vel ad proprietatem pertinet. 303
Apprehensio corporalis alterum inuentionis requisitum. 268
Apprehensio continentis quando ad insulam extendatur. 314
Arabiæ distantia ab Ægypto. 167
Arabia & Ægyptus an insulæ. 45
Arcana circa insulas late considerata examinantur per num. aliqq. 335
Arcana publica qualia. 335
Arcanum præueniendi hostes. 306
Arcana circa procurationem incrementorum. 236
Arena in mari copiosior, quam in flumine. 253
Arena proprie quid notet. 22
Arena potissima operis pars. 280
Arragoniæ reges vasalli Pontificis. 363
Artificum variæ differentiæ. 4
Artifici in sua arte credendum. 143
Artium cognitio à quibus requiratur. 8
Earum aduocatus imperitus esse nō debet. ibid.
Asphaltites lacus Iudææ. 513
Attentata lite pendente an reuocanda. 146
Attentata sunt probanda. 146
Attentata non reuocantur, nisi post appellationem facta. 147
Athlantis insula hodie America. 58
Atlantis insula an sit America. 453
Auaritia mater omnium malorum. 5

Aucu-

Aucupium & venatio olim cuiis concessa. 127
Augmentum vel naturale, vel artificiale. 399
Augusti Caesar arcanum. 199
Auium diuersitas. 531

B

Baccharaci vrbis etymologia. 34
Batanus sinus marinus. 88
Baleares Africae insulae. 189
Balthicum mare. 45
Barbari quinam. 523
Baro etiam regalia habere potest. 157
Bataui crassi. 521
Batauorum libertas apud Romanos. 193
Batauia Rheni insula. 58
Belgarum mores. 521
Belli sumptus refundend'. 328
Belli iusta causa quaenam. 321
Belluae marinae. 533
Bona vacantia pertinent ad regalia. 130
Bona publica non debent fieri priuata. 126
Bosphorus quid. 50

C

CAmerae Imperialis, eiusque Assessorum laus & authoritas. 138
Campus Martius iuris publici. 116
Canum insula. 530
Capta in bello fiunt capientium. 220
Castella praedonum licite deiiciuntur. 343
Casus fortuiti à nemine praestantur. 449
Iis nemo resistere potest. ibid.
Casus insulae praeoccupatae. 306
Casus impossibilis saepe praesupponitur. 88
Causidicinae vituperia. 5
Casus fortuitus, fatum, necessitas Synonyma. 65
Casus fortuiti definitio. 81
Casus insolitus non attenditur. 73
Casuum fortuitorum duo genera. 81
Carpus nauigii genus. 483
Chami M. regnum. 61
Chasma coeli & terrae. 450
Cheronesi nobiliores quinque 49
Circumnauigatio probat insulam. 140
Ciuitate concessa tacite conceduntur pertinentiae. 369
Ciuitatis nota an ab episcopo dependeat. 193
Ciuitas etiam regalia habere potest. 157
Ciuitas destructa an ius pristinum recuperet. 462
Clauium traditio signum possessionis. 367
Clausurae, clusae. 152
Comites Oldenburgici S. R. Imperii architecti. 436
Comitis Frisiae orientalis ius circa insulas. 133
Comitia in insula celebrare. 336
Commerciorum necessitas. 142
Commercium quid. ib.
in Communione nemo inuitus retinetur. 221
Communio parit discordiam. 219
Commu-

Commune à singulis negligitur. 219
Communia olim multa fuere, quæ hodie priuata facta. 219
Communio rerum iure primæuo obtinuit. 216
Conditio an sit possibilis in facto consistit. 88
Conditio impossibilis pro non adiecta habetur. 87
Confines qui. 218
Confluentia Germaniæ vrbs. 58
Confusio & interitus rei æquiparatur. 119
Consuetudo consentiens iuri Feudali, derogat iuri ciuili. 144
Consuetudo auferens vicinis insulas rationabilis. 123
Consuetudo circa regalia multa potest 123
Consuetudo iuri ciuili derogat. 122
Consuetudo ab allegante probanda. 142
Consuetudo maritima obseruanda. 492
Continens quid. 43
Continentia causæ quid operetur. 52
Continentia vrbis Romæ. 44
Constitutio Adolphi Imp. de Insulis. 250
Cretenses mendaces. 522
Cumulatio actuum plurium ad victoriam proficit. 140
Cuniculorum captura. 103
Cyclades vnde dictæ. 69
Cyprus à Romanis occupata. 209
Cyprus & Creta insulæ magnæ. 59
Cyprus Roman. prouincia. 188

D

Danici regni insulæ. 47
Daniæ regnum ex multis insulis constat. 160
Danubius fluuius turbidus. 249
Decrementum repeti nequit. 243
Delus Cycladum media. 69
Delus olim mobilis. 513
Delus & Rhodus insulæ fortuitæ. 81
Dentes Ceticini ad regalia Regis Daniæ pertinent. 118
Deportationis pœna olim Romanis frequens. 197
Vnde dicta. ibid.
qualis pœna fuerit. ibid.
Deportatio æterna. ibid.
ostracismo Græcorum similis. ib.
Deportationis abusus. 198
Depositio dubia contra producentem interpretanda. 148
Deportare in insulam. 337
Deportatio extra prouinciam præsidis non valet. 207
Deportatis vires subtractæ. 199
Deportatis naues habere prohibitum. 200
Iis spes restitutionis relicta. 200
Deportati occisi. ib.
Deportatio morte miserior. ib.
Deportati quæ amitterent. 201
Deportatorum exempla. 203
Deportationis pœna paulatim abrogata. 209
Detrusio in monasterium. 209
Deus suprema causa omnium. 61
Deus pro casu fortuito. 65
Diæta duplex. 166
Diluuiorum variorum effectus. 72

Diluuia quinque generalia. 450
Distinctio iuridica praeualet Geographicæ. 182
Districtus an ciuitatum proprius. 151
Districtus significatio ambigua. 15
Districtus pro territorio. 151
Diuidui materia ardua. 22
ad diuisionem propter lites deuenitur. 121
Diuisio inutilis instituenda non est. 226
Diuisio quandoque fit per rusticos. 221
Doctori de consuetudine in scriptis attestanti, standum, 134
Doctrina ingenuorum hominum necessaria. 4
Dominiorum distinctio iure Gent. introducta. 216
Dominium absolutum quis habeat. 98
Dominium hodie restrictius. 98
inopia hominum multiplicata. 89
Dominium possessioni cohærens. 99
Dominium quando probetur probata possessione. 99
Dominium non debet esse in pendenti, 118
Dominium amissum non restituitur. 119
Dominium insulæ vicinis ipso iure acquiritur. 115
Dominii acquisitio difficilis. 140
Dominium insulæ quoto tẽpore præscribatur, 575
Dominium quando cum possessione sequiratur. 303
Dominij & imperij discrimen. 162
Dominij titulus uphcari nequit. 365
Domini directi & vtilis distinctio hodie proba. 329
Domitiana quæstio quænam. 75
Domus & insulæ differentia in facto, non in iure consistit. 14
Domus Cæsaris Neronis. 89
Dominus non potest insulam feudalem alienare. 361
Donatio rei alienæ furtum sapit. 37
Dotis augmenta augent dotem. 410
Drusi fossa. 155

E

Echinades insulæ marinæ. 57
Echinades insulæ ab Acheloo cõgestæ. 26
Ejecta ad littus iure gent. sunt domini littoris. 493
Eiland Germanicum vnde. 19
Elementa mutabilia. 448
quandoque hominibus in pœnam cedunt. 488
Epirus regio Græciæ. 45
Equites Rhodij an sint clerici, vel laici. 336
Equorum pretio fitas. 531
Eridanus fluuiorum rex. 250
Etymologiæ vtilitas. 18
Euentus bellum iustum facit. 321
Eurypus quo angustior, eo violentior. 38
Exilium quomodo pœna facta. 199

F

Factum in ostio domus dicitur factum in domo. 57
Fanatici quid. 537
Feldmarck quid. 151

Fera

Feræ certis hominibus noxiæ. 320
Fictionis efficacia. 349
Fides Christiani non tollit domin a. 322
Fines etiam sunt in mari. 168
Fines adhibitis Geometriæ peritis distinguendi. 221
Fines sunt vel iuris vel conuentionis, 184
Fines arbitrio imperantium sæpe mutantur. 185
Flumina bannalia. 416
Fluminis post recessum an cuiuis suum restituatur. 475
Flumina quæ iam statis temporibus exarescunt. 36
Flumen illic esse censetur, vbi maxima eius pars. 38
eius brachia non semper æqualia. 38
Flumina sunt iuris publici. 111
Flumina quatenus sint Imperatoris, 169
Flumen terræ superficiis proprietatem non mutat. 119
Flumina exsiccata. 170
Fluminis mutatio temporalis non attenditur. 176
ex fluminum mutatione præsagia sumta. 177
Flumina quædam cum mundo creata, quædam postea orta. 72
Fluminum fontes quandoque ignorantur. 156
Fluminis impetus iuri veteri non derogat. 73
Flumina dant & auferunt rerum dominia. 138
Fluminum marisq; administratio ad regalia pertinet. 139
Flumina etiam quoad proprietatem sunt Cæsaris. 131
Flumina expresse concedi debent. 155
Flumina quare pro Diis culta. 177
Flumen an idem dicatur, flumine mutato. 177
eius natura inquies, & instabilis. 178
Flumen duo territoria interfluens, est vtriusque. 230
Flumen omne præsumitur commune, nisi aliud constet. 231
Flumen & mare an sit animal. 246
Fluminis mutatio ad æmulationem non probatur. 291
Fluminum mutatio ad principes pertinet. 288
Flumina aurifera. 248
Fluminis cursum obstruere. 347
Fluminis alueum diducere. 347
Flumen diuidere. 348
Flumen abductum reuocare. 348
Fluminum augmenta. 451
Flumina censitorũ vice funguntur 179
Fluminis tres partes, aqua, alueus, & ripæ. 129
Fontes iuris inspiciendi. 7
Fontes calidi. 518
Fons Ciceronianus. 518
Fontes exundantes. ib.
Fontium diuersitas. 516
Fontes exitiales. ib.
Fontes miraculosi. ib.
Fortuita quæ. 80
eorum causæ hominibus incertæ. 81
Fortuita etiam nasci dicuntur. 74
Fortuitæ insulæ magis marinæ, quam fluuiales. 74
à Fortunæ iudicio non appellatur. 125
quæ superiorem non habet. 125

Francofurti vrbis etymon. 266
Freti Siculi rabies. 484
Frisia in 7. Selandias diuisa. 21
Frisia an sit insula. 21
Fructus industriales qui. 87
Frumentum insulare. 537
Furti literarij multi rei. 14
Futura omnia ex euentu non sunt certa. 125

G

Gabellarum solutio probat iurisdictionem. 171
Gades Insula Hispaniæ. 300
Gaditani lasciui. 521
Generatio vnius corruptio alterius. 73
Gentium mixtura. 310
Migrationes olim frequentes. 16
Geometræ primario diuidendis insulis adhibendi. 223
& mensores. 223
Germania in pagos distincta. 213
Germanorum veterum indistincta possessio. ibid.
Germania an pen insula. 45
Gratificationi quando locus. 226
Gronlandia Regis Daniæ Insula. 56
Grundtrecht quid. 493

H

Hafnia insula. 68
Hafnia metropolis Selandiæ Danicæ. 22
Heiligandia insula. 911
Hereditas adita vacans amplius non est 131
Historicis in ijs, quæ sunt facti, creditur 134
Hollandia à Rheno aduecta. 159
Hollandiæ & Frisiæ insulæ à continente auulsæ. 84
Hollandiæ & Angliæ distantia. 167
Holmus Gothis insulam notat. 22
Hominis indocti vilitas. 4
Hortea insulis imposita. 25
Hostia vrbs Tyberis. 56

I

Ienensis Academiæ encomium. 221
Imbecillitati humanæ multa condonantur. 15
Immunitatis priuilegium non tollit superioritatem. 195
Imperator quatenus sit dominus mundi. 166
potest amissas insulas recuperare. 166
Imperator per alios possidet. 172
Imperator non potest res Imperij alienare. 362
Imperator in propria causa iudex esse potest. 155
Imperator fluminum Germaniæ supremus dominus. 291
Imperator habet iurisdictionem vniuersalem. 169
Imperator è mari vectigal percipit. 171
Imperium Romanum ad Germanos translatum. 189
Imperium non fluminibus, sed iurisdictione circumscribitur. 186
Etiam longe dissitas insulas coniungit. 186
Imperii Romani termini. 170
Imperij vires non sunt minuendæ. 126
Imperij sedes in insula. 336
Incrementa cedunt maioratui. 410

De

De incrementis fluuialibus lites Romæ frequentes. 11
& alibi. ib.
Incrementum alueì exsiccati ad quem spectet. 291
Incrementum alueì ab alluuione diuersum. 77
Incrementum aluei quomodo fit insula. 77
Incrementa fluuialia iure possiduo vicinis competunt. 123
Incrementa fluuialia sunt vicinorum. 123
Incrementa præterita non pertinent ad regalia. 123
Incrementa fluuialia sunt incerta & contingentia. 124
Incrementa fluuialia Comitis Oldenburgici propria. 134
Incrementa fluuialia iuri aggerum muniendorum cohærent. 131
Incrementum postea accedens non attenditur. 139
Incrementum futurum in feudum concedi potest. 132
Incrementum insulæ postea accedens quomodo diuidendum. 236
Incrementorum procurationem spectantia arcana. 163
Incrementum latens & patens. 261
Industrialia augmenta quænam. 298
Industrialis acquirendi modus. 297
Infernus in Islandia esse creditus. 518
Ingeniorum diuersitas. 520
Iniuria in feras non committitur. ib.
Iniuria & rapina iustam belli causam præbet. 323
Inspectio ocularis necessaria. 226
Instrumenta hydraulica. 440
Insulæ notatio. 19
Deriuata. 19
Germanis à terra denominata. 21
Insulæ etiam arenæ dictæ. 22
Insulæ nomen quandoque proprium. 21
Insula apud Romanos genus ædificij. 23
Insulæ & domus distinctæ. 23
Insula pars domus. 24
Insularum fundamenta casibus fortuitis obnoxia. 25
Insulæ portus quid. 24
Insularii serui qui. 26
Insulæ vox in iure frequentissima. 26
Insulæ nomen ad marinas & fluuiales ex æquo pertinet. 25
Insulæ tenuiorum hominum domicilia. 24
Insulæ definitio. 30
Insula Tiberina. 31
Insulæ saxosæ. 33
Insulæ & scopuli discrimen. 33
Insulæ quandoque extenuantur. 34
Insula nauigijs adeunda. 38
Insulæ & terrestri & maritimo itinere peruiæ. 36
Insula circumnauigabilis. 37
Insulæ continenti opponitur. 42
Insulæ plures aspectu vnam repræsentant. 46
Insulæ triplices, marinæ, fluuiales, stagnales. 54
Insulæ vel remotæ, vel propinquæ. 55
Insulæ in sacris pro locis remotis accipiuntur. 56
Insulæ in ostiis fluminum sitæ, cuius generis. 56

Insula quando profluuiali habeatur, & quando pro marina. 57
Insulæ sunt maiores, mediocres, minimæ. 59
maiores quænam. 58
nobiles, ignobiles. 59
quæ nobiles. 60
habitabiles, inhabitabiles. 60
insularum numerus infinitus. 60
Insularum distinctio ex causis iuridicis. 61
Insulæ triplices, natiuæ, fortuitæ, & manufactæ. 62
Insularum vtilitas. 67
Insula raro inutilis. 68
Insulæ maris violentiam cohibent. 68
maiores minoribus circumdatæ. 69
Insulæ ad ornatum vniuersi faciunt. 69
nauigantibus commodæ. ib.
Insula naturalis quid. 72
Insulæ à Deo creatæ. 72
Insulæ fortuitæ magis marinæ, quam fluuiales. 74
Insulæ natantes in lacubus, & stagnis. 78
Insulæ Calaminæ ventis mobiles. 78
Insulæ cur fluctuent. 79
Insulæ natantes arte solidatæ. 79
Insula Tiberina ex stramentis nata. ib.
Species insulæ remissiue. ib.
Insulæ an extent ab initio mundi creatæ. 72
Insularum causæ efficientes etiam in mari obtinent. 73
Insulæ naturalis modus primus. 75
Insularum causæ adiuuantes. 75
Insulæ fortuitæ descriptio. 80
duplici modo producuntur. 82
Insularum terræ motu editarum exempla. 82
Insula à continente sine vi maiore non auellitur. 83
Insulæ naturalis & fortuitæ differentia. 84
Insularum fundamenta lapidea. 88
Insulæ dominium & iurisdictio quandoque coniuncta. 88
Insulæ sterilis possessio quomodo probetur. 101
Insulæ steriles & incultæ. 101
Insula nulla prorsus indotata. 101
ex insulis sterilibus tributi perceptio ibid.
Insulæ olim Neptuno sacræ. 188
certis diis consecratæ. 108
occultos spiritus habentes religiosæ 108
Insula Æsculapii. 109
Insulæ purgatio ad religionem pertinet. ib.
Insulæ sanctis dicatæ. 110
Insulas desertas diabolus sibi vendicat. ib.
Insulæ hominibus à Deo assignatæ. ib.
Insulæ remotiores raro nascuntur. 111
Insulæ marinæ proximæ sunt accessiones littorum. 111
Insulæ fluuiales pertinent ad vicinos. 114
Insulæ fluminum priuatorum sunt priuati. 115
Insulæ marinæ quandoque littoribus detractæ. 115
Insula ex recessu fluminis nata vicinis non detrahitur. ibid.

Insulæ remotiores quasi pro derelictis habitæ. 116
Tiberina iuris publici. 117
Insula angusta tota est in usu publico. ib.
Insula natans est iuris publici. 118
Insulæ stagnales sunt iuris publici. 118
Insulæ fortuitæ cuius sint. 118
Insulæ hodie ad regalia pertinent. 132
Insulæ Rhodani sunt Regis Galliarum ibid.
& ipse fluuius Rhodanus. ibi.
Insulæ Rheni sunt Electoris Palatini. 133
Insulæ multæ sunt Electoris Saxoniæ. ib.
Insulæ marinæ quatenus ad regalia pertineant. 135
& stagnales. ib.
& fluitantes & fortuitæ. ibid.
Fortuitæ per vim abruptæ manent in suo statu. ib.
Insula ad dominum fluminis pertinet, tam quoad iurisdictionem, quam quoad proprietatem. 139
Insulæ origo in acquisitione dominij spectanda. 138
Insula quando perfecta. 140
Insulæ situs non curatur, vbi fluuius totus est actoris. 140
Insulæ remotiores ad quem pertineat. 125
Insulæ fluuiales in cuius sint iurisdictione. 163
Insulæ Hispaniæ. 185
Siciliæ. ib.
Italiæ. 185
Insulæ plures vni prouinciæ subiectæ. 189
Insulæ Asiæ vicinæ. 189
Insula Imperiosa cæterarum caput. ib.
In Insula sedem imperii constituere 190
Insulæ quædam liberæ. 192
Insulæ desertæ morti propiores. 202
asperiores deportationi destinatæ. 203
Insulæ quandoque mutatæ. 204
Diuersimode deportatis assignatæ. 205
Insularum propinquitas pœnam mitigat. 205
Insulæ ad regalia pertinentes non omnino tollunt lites. 215
Insularum variæ figuræ. 226
Insulæ sunt domini fluminis vsque ad medietatem. 231
Insulæ Visurgis maximam partem ad Comitem Oldenburgicum spectant 234
Insularum triplex subiectum. 249
Insulæ marinæ tam per alluuionem, quam per recessum aquæ fiunt. 252
Insula naturalis quando perfecta sit. 258
Insulæ aquæ æquales. 260
Insulæ petrosæ graminis expertes. ibid.
Insularum varietas per singulas regiones. 261
Insulæ naturales per alluuionem fiunt. ibid.
Insulæ à primis inuentoribus denominatæ. 268

Insu-

Insulæ Chaucorum natantes. 270
Insulæ nondum occupatæ, nondum acquisitæ. 271
Insulæ an vsu sint publicæ. 279
Insula marina manufacta fit ædificantis 281
Insula à principe ædificata, fit ædificantis. 285
Insulæ ædificatio abusiua. 291
Insulæ forma deficere non potest. 294
Insulæ appellatione an veniat peninsula. 294
Insulæ ab arte & natura simul fabricatæ. 296
Insulæ animal bustiacræ. 302
Insulæ possessio apprehendenda. ib.
etiam si ad regalia pertineat. ibid.
Insulæ Oceani Germanici. 311
Insulæ Frisiorum. ib.
Insulæ an hodie vacuæ. ib.
Insulæ noui orbis. ib.
Insulæ pro delictis habitæ. ib.
Insula vacans pro jam nata habetur. 311
Insulæ an nullius sint, quo ad iurisdictionem. 312
Insulæ propiores pertinent ad Imperiũ 312
Insula semel occupata an fiat occupantis.
Insulani an propter barbariem subiugandi. 321
Insulanorum bona ex delicto auferri possunt. 323
Insulani piratæ impune debellari possunt. 324
Insulæ confidere. 336
in Insula habitare. ibid.
in Insula colloquium cum hostibus indicere. 337
In insulam studiorum causa secedere. ibid.
in Insula cœnobium condere ibid.
in Insulam fuga priuatorum, & exercitus. 338
in Insula sexum imbecillem collocare. ibid.
Insulanos domi continere. 338
in insula occidere. ib.
Insula aliquem arcere. ib.
Ab insulæ munimento excludere. 340
Insulam commodiorem occupare. 340
Insulam vrbi imminentem occupare. ibid.
Insulam vicinam vrbi ponte connectere. 341
Insulæ præsidium imponere. ib.
Insulæ munimentum destruere. 342
Insulam ex continenti facere. 343
Insulam continenti iungere. ib.
Insulæ portus occupare. 344
Insulæ portus obstruere. ib.
Insulam hiberno tẽpore aggredi. 345
Insulam nando assequi. 346
Insulam nauibus inuadere. 379
Insulam classe defendere. ibid.
Insulam amissam statim recuperare. 353
Insula futura an promitti possit. 358
Insula potest donari. 359
Insulæ obligationibus suppositæ. ib.
Insulæ feudales alienari prohibitæ. ib.
etiam pro parte. ib.
Insulę ad regalia pertinentes, quatenus alienabiles. 360
Insulæ ad minora regalia pertinent. ib.

Quandoque ad priuatos pertinent. ibid
Insulæ alienæ valide donari non possunt. 363
Insulæ vacantes sine donatione occupanti acquiruntur. ibid.
Insulæ quandoque exprimuntur, quandoque non. 369
Insulæ dominium sine iurisdictione præscribi potest. 375
Insulæ sunt pertinentiæ ciuiles. 394
Insula quadam fictione continenti iungitur. ibid.
Insulæ prouinciarum accessiones. 397
Insula manufacta an allodialis, vel feudalis. 400
Insulæ augmento an augeatur pignus. 412.
Insulæ ex coniunctione natæ. 410
Insula pro derelicta habita. 446
Insulæ vndis suffocatæ. 453
Insularum particularis interitus. 454
Insulæ interitus an ab homine procurari possit. 461
Insulæ potuosæ. 502
Insula promissa quando à tertio vindicari possit. 469
Insulæ an sit proprius fundus. 472
Insula fictione iuris pro connexa habetur. ibid.
Quando rationem principalis habeat. 473
Insula ad regalia pertinens qua actione petatur. 474
Insulæ quasi aquis innatantes 512
Insulæ sub Zona torrida. 513
Insulæ spirituum plenæ. 518
Insulæ flammiuomæ. 519
Insulæ serpentibus carentes. 530
Insularum quarundam vbertas. 534
Insularum Indicarum felicitas. 535
Insulæ Fortunatæ. ibid.
Insulæ metalliferaces. 538
Insulæ auro plenæ. ibid.
Insularum superstitio. 541
Insulæ nullius rei indigæ. 542
Earum mirabilia infinita. ibid
Insulanis nauibus interdicere. 350
Insulanos ad bellum nauale attrahere. 352
In continentem elicere. ibid.
In insula se recolligere. 353
Insulani partim iure communi partim proprio vtuntur. 481
Qui. ibid.
continenti ius petunt. 483
Iis proprius magistratus constituendus. ibid
Hyeme in continentem euocari nequeunt. 486
Insulanorum quorundam malitia. 504
Insulani barbari. 522
Industrij. 524
Metallarii 525
Eruditi. ibid.
Eorum magnitudo. 527
Nigri. 527
Ferti nonaces. 528
Interamne regio Italiæ. 18
Mesopotamia inter duo flumina posita. 18
Interdicta triplicia. 469
Interdicti aqua & igni an libertatem retinuerint. 199

Intellectus superfluus in omni interpretatione fugiendus. 131
Interitus rei vel naturalis, vel ciuilis. 446
Interrogatoria circa insulas. 467
Inuentio cum effectu accipienda. 269
Inuentio proprie ad insulas remotiores pertinet. 265
Inuestitus in flumine, est etiam inuestitus in insulis. 368
Inuestitura quomodo probetur. 154
Inuestitura propria transfert possessionem. 367
Inuestiturae pacta circa incrementa spectanda. 403
Inuestitura noua an incrementi nomine requiratur. 450
Inundatio. 450
Inundatio raro sine damno. 454
an per eam possessio amittatur. 455
duplex. ibid.
à subuersione fluminis differt. ibid.
simplex iura dominorum non mutat. ibid.
vel naturalis vel violenta. 456
diuturna qualitatem fundi alterat. 456
Isthmus quid. 49
Isthmo vrbem imponere. 344
Italiae praerogatiua. 183
Italiae fines diuersi. 186
Itinera publica quaenam. 424
Iudex secundum communem iudicans litem suam non facit. 225
Iudici primae instantiae contra appellantem non creditur. 144
Iura regalia non nisi inter principes ventilantur. 134
Iura fiscalia principibus adimere, est mundum reformare. 129
etiam tributi nomine continentur. ibid.
Iura maiestatis. 170
Iurisconsultorum & Medicorum controuersia de prioritate. 6
Iureconsulti mere speculatiui minus laudantur. 7
Iuris publici commercium priuati non habent. 108
Iurisdictio etiam ad res pertinet. 161
territorio cohaeret. 161
realis differt à personali. 162
in dubio realis censetur. ibid.
Iurisdictione concessa non intelliguntur concessa regalia. 156
Iurisdictionem habens in continenti, habet eam etiam in vicino mari. 163
eam an vnus in terra, alius in mari habere possit. ibid.
Iurisdictio marina includit etiam insulas. ibid.
Iurisdictio insulae vsque ad medietatem fluminis ripam sequitur. 164
Iurisdictio intensiue quomodo augeatur. 174
Iurisdictio marina praescribi potest. 379
Iurisdictio in dubio tacite reseruatur. 312
Iurisdictio maritima an sit. 161
Iurisdictio maritima Imperat. 169
Venetorum. ibid.
Iurisdictio extenditur ad augmentum. 393
Iurisdictio Insulae qua actione petatur. 474

Iurisdi-

Iurisdictio alluuione augetur. 174
quando proprietari cohæreat. 175
non augetur incremento insulari sed mutatur. 175
Iurisdictio ecclesiastica an augeatur. 175
an mutetur flumine mutato. ibid.
Iurisdictio ecclesiastica quomodo probetur. 103
Iurisdictio insularum pertinet ad magistratum. 162
Iurisdictionis probandæ modus. 101
Iurisprudentiæ studium fructuosum. 4
Iurisprudentiæ finis. 7
Ius maiestatis indiuiduum. 174
Ius publicũ sensim regale factum. 499
Ius stapulæ. 382
Ius Albinagii Regum Galliæ proprium 130
Ius quærendum auferri à principe potest. 125
Ius præsens præferrur futuro. 135
Ius agendi in Rheno vsque ad medietatem competit. 252
Ius in bonis naufragorum probat possessionem. 102

L

LAcus an alluuionem recipiant. 257
maiores maiora nominantur. 257
pigri & motu carentes. 258
exsiccati ad aluei incrementum pertinent. 258
Lacuum exsiccatorum exempla. 291
Lacus exsiccandi ius ad principes pertinet. 292
Landtwehren quid. 151
Lanificii vsus in insulis inuentus. 514
Lapilli pretiosi principum proprii. 128
Lapilli pretiosi insularum. 540
Latera quot modis dicantur. 233
Latini sermonis puritas in Iurisconsulto requiritur. 9
necessi histotiarum cognitio obest. 10
Laurentii insula. 59
S. Leges non ferũtur, nisi de rebus super uacuis. 78
Leg. 9. de Iud. explicatio. 163
Lex breuis debet esse. 65
Lex 56. de A.R.D. explicatur, 236
Lex 65. §. 3. de A. R. D. explicatur. 237
Liberalitas in indignos collata virtus non est. 6.
Liberalitas in principibus maxime laudanda. 4
Libertas vsucapi potest. 377
Litis eymologia. 215
Littora sunt maris publici. 111
in Littore quatenus ædificare liceat. 284
Littoris appellatio quandoque etiam vada maris includit. 112
definitio. 112
Littus dubium. 112
Littus quid. 260
Loca publica in nullius priuati bonis sunt. 283
alienari nequeunt. 283
Loca deserta & inculta sunt principum 130
Loca publica an augmenta recipiant. 423
Luculli magnificentia. 88
Luxus Romanorum taxatur. 89

M.

Magis & minus non variant speciem. 39
Magistratus & priuati differentia. 151
Malandina Liduna quid. 36
Manu agere quid. 318
Manus iniectio. ibid.
Mari vt potentiori pares esse non possumus. 83.
arte vnum ab altero arte distinctum. 88
Mare in nullius est dominio. 110
Mare casibus fortuitis obnoxium. ibid.
Maris purgatio certis temporibus fit. 253
Maris purgamenta. 253
Mare profundum ædificationem non recipit. 281
Maris imperium præscribi potest. 379
Maris imperium per classes retinetur. 171
Maris conclusi & aperti discrimen. 16
Maritimi mores. 521
Maritimi plerumque maris periti 489
Ius nauticum à ciuili differt. 491
Mechanici ignobiles à testimonio repelluntur. 222
Mediamnis Vocabulum an Latinum. 18
Medium Geometricum quid. 233
Medium quomodo inuestigandum. 233
Melioramenta duplicia. 271
Mella insularia. 537
Mensura falsa non nocet. 215
Mensura itineris maritimi inæqualis. 167
Mensura inter confines quomodo instituenda.
Meroe Æthopiæ insula. 59
Metalla renascentia. 539
Metallifodinæ olim priuati iuris. 127
Hodie ad regalia pertinent. ibid.
Meticulosus per alium comparere potest. 488
Miliarium quid. 166
Mirabilia vulgo pro fabulis habentur. 511
Moles grandiora opera dictæ. 18
Monasteriorum insularium exempla. 337
Monasterium insulę comparatur. 209
In monasterium detrusi quales habeantur. 209
Monstra insularum. 527
Montes quandoque loco moti 176
Montes duo inter se concurrentes. 513
Mors ciuilis Reipubl. 461
Mundus an æternus. 64
Municipes quodam modo liberi. 193
Munitio insulæ probat possessionem. 104
Mund German. pro ostio. 51
Mutatio postea contingens non curatur. 231
Mutatio non præsumitur, nisi probetur. 72
Mutatio rei particularis nouam formam non inducit. 178
Mutatio per saltum non mutat terminos. 179
Mutatio totalis per alluuionem non mutat territorium. 178

Mutatio

Mutatio violenta dominium non mutat. 295
N
Naufragia circa insulas. 70
Natura fatum, fortuna quomodo differant. 66
Naturæ distinctio in naturantem, & naturatam an proba. 66
Naturæ ordo prior ac dignior. 72
Naturalia artificialibus opponuntur. 86
Naturalia arte humana adiuuantur. 87
Naturalia proprie nascuntur, industria lia fiunt. 87
Naturalia difficulter corriguntur. 95
Naturalia artificialibus potentiora. 297
Naues per terram transportatæ. 353
Nauium priuilegia. 381
Nauigatio impediri non debet. 282
Nauigationis necessitas. 282
Nauigationum impedimenta varia. 484
Nautæ plerumque mali. 523
Necessaria præcipue tractanda. 3
Necessitas publica adauget regalia. 126
Necessitas liberat à contumacia. 488
Restitutionem in integrū promittit ibid.
Et longiorē terminum cōcedit ibid.
Negligentia propria secundaria damni causa. 243
Nequam tres in iure ciuili. 523
Nili & Istri ostia septem. 49
Nili aqua genitalem vim habet. 250
Alluuionis insularum ferax. 251
Noctes Britannicæ. 514
Noctes in Islandia non sunt. 515
Nomina vniuersalia quot sint. 392
Nominum mutatio erroris mater. 462
Noruuegæ & Frisiæ insulæ. 70
Nouiomagum Geldriæ vrbs. 153
Nuntiatio noui operis contra opera marina. 282
O
Oasis præfectura Ægypti. 203
Obedientia præscribi nequit 376
Occasio inueniendi naues. 266
Occupatio inuentioni cohæret. 268
Occupatio post litem motam illicita. 306
Occupatio est facti, & non præsumitur. 307
Occupatio modus acquirendi frequētissimus. 301
Occupatio duplex. ibid.
Pacifica quænam. ibid.
Occupatio quando facta sit. 329
Occupare quid. 305
Occupantis melior conditio. 305
Occupatio & accessio personalis. 399
Oceanus terræ cinctor. 42
Opera marina terrenis sumptuosiora. 276
Ophiogenes. 428
Oracula Ethnicorum Christi aduentu obmutuere. 517
Orbis terrarum est instar insulæ. 42
Orcadum insularum situs. 190
Olim Angliæ subditæ. 191
Hodie Noruuegiæ. 191
Earum numerus. 191
P
Pacta & consuetudines maritimæ obseruandæ. 168

Padi volubilitas. 250
Papa est iudex inter summos principes. 364.
Papa non est mundi dominus. 366
Partitionis nomen non semper dimidium notat. 39
Patrimonium D.Petri. 263
Pellicum peregrinorum vsus. 535
Peninsula quænam. 44
Peninsula an pro insula habenda. 45
Peninsulæ Isthmum incidere. 344
Peninsulæ Isthmum munire. 344
Pensio an debeatur agro deteriorato. 456
Perfectum quando dicatur. 281
Periodi imperiorum fatales. 447
Personæ naufragæ in commissum cadunt. 494
Pertinere est verbum dominii. 154
Pertinentiarum nomine veniunt flumina & insulæ. 396
Pertinentiæ substantiales, vel deputatæ. 394
Petitorium cum possessorio quando cumulari possit. 471.
Petræ natantes. 513
Pharus Ostiensis. 90
Philippinæ insulæ. 61
Philosophicæ artes quatenus in iure Canon. reprobentur. 7
Piratarum persecutio maritimis competit. 497
Piratarum persecutio in priuatis iurisdictionem non tribuit. 499
Piratas impune debellari posse. 324
Piratæ an iura belli habeant. 326
Piscatio venationi similis. 109
Pisces in terra capti. 104
Piscatio quando probet possessionem 104
Piscium vbertas. 532
Pluuiarum diuersitas. 516
Pœna metalli insulis quandoque coniuncta. 105
omnium durissima. ib.
ei pistrini pœna comparata. ibid.
Pœna in direptores naufragorum. 496
Poetarum lectio aduocatis parum vtilis. 8
Pons an insulam mutet. 8
Pons isthmi vicem præbet. 37
Populi liberi dupliciter dicti. 192
Porthmus Isthmo opponitur. 59
Portus, littora, flumina ad regalia pertinent. 294
Portus Iulius. 432
Portus insulæ quid. 26
Possessio an oculis apprehendi possit. 269
Possessio sine apprehensione non acquiritur. 98
Possessio pluribus modis probatur. 100
Possessio rei corporalis & incorporalis differunt. 100
Possessionis probandæ modus. 100
eius finis perceptio fructuum. 100
Possessio immemorialis est instar priuilegii. 154
Possessio nisi vacans tradi nequit. 367
Possessionis amissio. 446
Possessio quandoque sine apprehensione transit. 471
Possessionis vtilitas. 303
Possessionis apprehensio coram Notario & testibus. ibid.

eius

eius probatio per instrumentum. ibid.
Possessio apprehendenda debet esse vacans. 304
Possessio vacans quando dicatur. ibid.
Possessio per sequestrationem non amittitur. 146
Possessionis nomine sæpe proprietas venit. 97
Possessio quandoque à proprietate inseparabilis. 99
Possessor bonæ fidei lucratur fructus. 307
Prædæ diuisio quomodo instituenda. 331
Prædoni an fides seruandi. 326
Præfectus vrbi an deportare possit. 208
Præscriptio immemorialis titulum nō desiderat. 267
Præscriptio prouinciarum iure Gentium recepta. 377
Præscriptio immemorialis titulum non requirit. 379
Præstatio rerum pretiosarum probat possessionem regalium. 104
Prætores Romani deportare potuerūt. 207
Prætoria prope aquam exstructa. 26
Præuentionis iustitia. 305
Principum ædes in Germania insularum instar. 28
Principum ædes spaciosæ. 25
Principis boni officium. 124
Princeps est dominus iuris ciuilis. 125
Princeps nemini res suas auferre potest 125.
Princeps potest nauigationem prohibere. 379
Princeps non potest subditos suos alienare. 361.
maxime in inferiorem. 361
Principale cuius est, eius est & accessorium. 142
Priuilegia etiam sine citatione tertii irrogantur. 155
Priuilegia insulanis concessa. 505
Priuilegia non præsumuntur nisi probentur. 505
Proconsul deportare potuit. 208
Promontoria maris obices. 48
Proprietas an per alium acquiri possit. 99
Proscriptio hodie pro deportatione recepta. 210
Proscriptio à Sylla inuenta. 159
Prouinciæ peninsulares. 44
Prouinciæ transmarinæ Romanis quæ nam. 55
Prouincia vnde dicta. 184
Prouinciarum numerus. 184
Prouinciæ tripliciter distinguuntur. 184
Prouinciarum distinctio ecclesiastica. 195
Prouinciæ vt plurimum fluminibus distinguuntur. 129
Prouinciarum termini quando præscribantur. 374
Publicum iuris gentium & ciuilis. 216
Purgatio insulæ ad religionem pertinet. 109

R

RAdbodi Frisiorum tyranni sedes. 191

Rauenna Italiæ vrbs. 48
Rauenna vrbs insularis. 90
Redemptores operum. 26
Regalium definitio ad solum Imperatorem pertinet. 155
Regalia omnia an in iure feudali enumerentur. 132
Regalibus tam dominium, quam iurisdictio inest. 216
Regalia fluminum intra territorium competunt. 156
Regalia Cæsaris propria. 360
Hodie principibus cōmunicata sub infeudari possunt. 360
Regalia præscribi possunt. 371
Regalia seruitutem non admittunt. 415
Regio siue frons quid. 235
Relegatio depor atione leuior. 26
Religio non impedit occupationem violentam. 109
Religio Ethnicorum in opinione consistit. 109
Remedium c. redintegrandæ plenissimum. 470
Datur etiam illis, qui possessionē nō habuerunt. 470
Res semel alienabilis semper est alienab lis. 327
Res dubiæ & incertæ præsumuntur esse princ pis. 131
Res à flumine inuectæ cuius sint. 269
Res nostra alieno solo nondum coalita, vindicari po est. 270
Res incorpora'es indiuiduæ. 220
Res quæ nullius, & alicuius esse possunt, fiunt occupan is. 108
Res diuini iuris in nullius sunt bonis. 104
Res hostilis quando fiat capientis 308
Res mobiles propriè traduntur. 357
Etiam immobiles. 357
Res in bonis nullius quot modis dicatur. 107
Res, quæ nullius esse possunt, à nemine acquiruntur. 195
Res aliena obligari potest. 358
Res alienari prohib ta. 558
Rei vendication s requisita. 138
Rei mutatio interrumpit præscriptionem. 401
Rei vindicatio cui competat 471
Respublica, vel princeps potest insulam præoccupare. 114
Rhenus & Visurgis per vada aditi. 37
Rhenus & Danubius Germaniæ termini. 94
Rhenus Comitis Palatini quodammodo propr us. 156
Maxime insulosus. 157
Rhenus Geldriam diuidit. 152
Rheni quot ostia. 49
Rheni cursus sępe mutatus. 153
Rheni tria h die ostia. 153
Rhodus insularum Asiæ præcipua 189
Rhodij infidi. 522
Rhombus & mullus Romanis in delicijs habiti. 128
Ripa & portus insulæ sunt iuris publici. 118
Ripuarij principes vbi habitarint. 153
Ripæ plerumque agris annumerantur. 233

Ripa

Ripa est vel decliuis, vel prærupta. ibid.
ab extremitate ripæ mensura dicenda. 114
Ripatica quid denotent. 111
Riuus quid. 39
Roma vrbs pensilis. 25
Romanorum decisæ circa piscationes 26
Romanis quæ res sacræ. 109
Romani religionum obseruantissimi. 109
Rusticorum authoritas. 222
apices iuris non attendunt. 221
Rusticorum opinioni quando standum. 261

S

Sabbatinæ & Domitianæ quæstio nis discrimen. 168
Salmo principum proprius. 128
Sal insulare. 540
Saltus bannales. 416
Sardinia & Corsica distinctæ prouinciæ 187
S.ty 527.
Scandia an sit insula. 45
Schonlandia Daniæ pars. 46
Scopulorum plura genera. 33
occulti nauigantibus periculosi. 34
Selandia proprium nomen insulæ 21
Selan lorum natura. 82
Sententia lata non audita parte altera, nulla est. 155
Sententia media in dubio eligenda. 231
Septentrionalium populorum superstitio. 109
Sequestratio iudicis valet, si non appelletur. 146
Seruitia nominatim non expressa non debentur. 406
Seruitus quando duret flumine mutato. 179
Seruitus nauigandi constitui nequit. 382
Seruitus deportatione durior. 199
Seruitus inter extraneos valet ibid.
Serui insularij. 25
Sexagenarij vita indigni. 529
Siccitas fluminis insulæ contraria. 141
Sicilia Italiæ auulsa. 83
inter continentes prouincias numerata. 84
Sicilia propria prouincia. 187
Siciliæ prætores. 188
Siderum potentia in flumina. 248
Sinus maris pro mari accipitur. 172
Sinus maris peninsulæ formatrix. 48
Sociorum pacta & fœdera attendenda. 33
Soli cui inædificatur, conditio attendenda. 280
Solum in terra & aqua quodnam. 280
Sordes IC. dedecent. 5
Sors & Fortuna Ethnicorum Deæ. 81
Sorti quando res commi tenda. 226
Speculatum erectio pars iurisdictionis maritimæ. 500
Sporades & Stœchades vnde dictæ. 69
Stipendium non debet esse auctoramentum seruitutis. 5
Stockholmia metropolis Sueciæ. 92
Studiorum vtilitas pro qualitate personarum variat. 8
Subditi an sint serui. 376
Sund Germanicum quid significet. 50
Superuacua addiscenda non sunt. 8

T

Taprobane alter terrarum orbis. 58
Tempestatis vi aliquo delatus vectigal non soluit. 491
Termini quando limitato cedant. 175
Termini naturales immutabiles. 176
Termini veteres inquirendi, vel noui collocandi. 179
Terræ nomine veniunt insulæ. 481
Terra habitationi hominũ destinata. 67
Terra an tota habitabilis. 68
Terræ appellatio diuersimode accipitur. 30
Terra à terendo dicta. 32
Terræ qualitas. 32
Terræ marisque vicissitudo. 72
Terra occupata quomodo diuidenda. 330
Terræ nomine veniunt insulæ. 65
Terra palustes minus pinguis. 32
Terræ appellatione etiam lapides continentur. 33
Terræ motus. 450
an in insulis fiant. 450
Territorium quid. 162
vnde dicatur. 163
Territorium cum pertinentiis quid notet. 369
Territorium diuidi potest. 174
Thebæ vrbs Ægypti. 91
Therasia insula repente nata. 82
Thermæ calidæ. 518
Thesaurus inuentus an ad emphyteutam pertineat. 407
Thesaurus hodie ad regalia pertinet. 130
Thule insularum vltima. 56
Titulus de acquirend. rer. domin. lucrosus. 5
Titulus vel onerosus, vel lucratiuus. 242
Titulus est vel lucratiuus, vel onerosus. 57
Traditio modus transferendi dominij iustissimus. 356
Traditionis requisita. 357
Trans Tyberinus quis. 55
Tugurium quid. 284
Tutela quatenus extra prouinciam suscipienda. 185
Tyrus ex insula continens facta. 44

V

Vasallus dominium ex inuestitura consequitur. 471
Venatio an probet possessionem. 103
Venatio de consuetudine principum propria. 103
& ad regalia pertinet. 103
Venationum reditus probant possessionem. 103
Venatio alta pertinet ad regalia. 127
Venatio hominum illicita. 319
Venatio quot modis dicatur. 320
Vendicatio est vel totius, vel partis. 472
Venditor in augmento rei venditæ hypothecam non habet. 413
Venditio dubia fit ad mensuram. 427
Venetiarum vrbs. 90
Tyri æmula. 90
an sit insula. 91
Venetiæ cur in plurali efferantur 46
Venetorum potentia in mari. 281
eorum Ducis inauguratio. ibid.
Venetorum Republica an sit libera. 287
Ventorum diuersitas. 247
Ventorum præsagia. 518
Ventorum alii aliis magis noxii. 451
Via admittit incrementum vicinis. 422
Viatutior in sententiis eligenda. 146
Viarum mensura pro diuersitate locorum varia. 165

Vica-

IN LOCVPLETISSIMVM,
politißimumq́;,

DE INSVLIS TRACTATVM,

C.L.V. IANO GRYPHIANDRO, IC.
Consiliario OLDENB. auctore,

EPODE.

Ost Herculem certare Geryoni, arduum,
Et vincere Antæum, nimis;
Post Roscium saltare fabulam probè,
Quod fertur in triuio, graue est.
Post Saxo ferratem libros conscribere, &
De iure commentarier,
Magni laboris autumo. Non tu quidem,
IANE, si rectè arbitror,
CVM BARTOLO certare de palma, graue
Putas. quod INSVLIS doces
Tuis, tui ingenii atque Genij pignore, &
Partu. Locauit BARTOLVM
Polo vetustas Principem scientiæ
Iuris, supra euectum æthera.
Is INSVLARVM iura tractans prodidit.
Verumtamen non omnia
Dixit: Reliquit pulcra multa à se, TIBI.
Dicenda, cultis, [Iuppiter !]
Laboriosis, eruditis paginis;
Quas nunc lubens lætus lego,
Euoluo, & euoluent legentq́; Posteri.
TV, laude dignus es tuâ,
Quem FAMA sublimem, haut minorem BARTOLO,
Vectabit astra in aurea.

()() Dicè-

Dicere, GRYPHIANDER has ob Paginas,
Qua Tibris & Rhenus fluent,
Garumna, Sequana, atque Iberus & Tagus,
Qua Vistula, Ister, & Tyras:
Quà Neilus, & Ganges, & Indus cognitus,
Orbi & Pater circumfluus
OCEANVS, alto INSVLARVM maximus.
Te nouerint Britanniæ,
Trinacria, Rhodus, Cyprus, atque hecatompolis
Idæa, Melite, Echinades:
μακάρων νῆσοι, Lesbos, & Pathmos, Paros,
Et Mona, Thuleq; vltima.

GEORG. REMVS IC. P. A. pangeb.

IN TRACTATVM DE INSVLIS Clariss. & Consult. viri, DN. IOHAN. GRYPHIANDRI I. V. D. &c. amici honorandi.

DVm possessa armis repetit Iouis ales, & infert
Celtiber occiduo bella cruenta solo:
Dum mouet Euphrates, mouet & sibi Gallia bellum,
Prædoq; vicinos depopulatur agros?
Tu Gryphiander amas ire in Symplegada iuris,
Atq; nouum nobis condere mentis opus.
INSVLÆ amas doctis depingere iura tabellis,
Neptuniq; graues enucleare vices:
Siue quod adijciat terris, siue auferat idem,
Iuris id ad lances excutis omne sacri.
Quodq; recondiderat rapido circumflua ponto,
Insula, id ingenio panditur omne tuo.
Macte nouo hoc studio, quod nulla obliterat ætas,
Materia laudes commemorante suas.

Ioh. Tiling. I.V.D. & Consil. Oldenb.
L. M. Q. faciebat.

Seri-

SERIES CAPITVM HVIVS *Tractatus.*

CAP. 1. De notatione & æquiuocatione Insulæ. 6
2. De definitione Insulæ. 18
3. De descriptione continentis, peninsulæ, aliorumque locorum. 40
4. De distributione Insularum. 52
5. De caussis Insularum. 62
6. De Insula naturali. 70
7. De Insula casuali siue fortuita. 79
8. De Insula manufacta. 85
9. De possessione Insulæ. 95
10. De dominio Insulæ. 105
11. De iure regali Insulæ. 120
12. De præiudiciis Cameræ Imper. circa Insulas. 130
13. Explicatio constitutionis Adolphi Imperatoris de Insulis. 148
14. De iurisdictione Insulæ. 157
15. Explicatio l.9.ff.de iudiciis. 180
16. De deportatione in Insulam. 194
17. De diuisione Insulæ. 211
18. De alluuione Insulę. 238
19. De inuentione Insulę. 263
20. De ædificatione Insulæ. 273
21. De apprehensione Insulæ. 298
22. De occupatione Insulæ. 315
23. De stratagematis bellicis circa Insulas. 332
24. De traditione & inuestitura Insulæ. 353
25. De præscriptione Insulæ. 370
26. De accessione Insulæ. 385
27. De agris limitatis, publicis & Ecclesiasticis. 417
28. De conseruatione & augmentatione Insulæ. 428.
29. De amissione & interitu Insulæ. 244

(o) (2) 30. De

Cap. 30. De actionibus Insularum nomine competentibus. 463
31. De iure ... 475
32. De mirabilibus Insularum. 506

Tantum est.

PRÆ-

INDEX

Vicarius portus quinam. 206
Vicarius cum suo principali eandem potestatem habet. 364
Victor an subiugatis bona adimere possit. 328
Victis an autonomia concedenda. 328
Vicini in petendis incrementis certant de lucro captando. 125
Vicina loca quænam dicantur. 164
Vicinitas maritima centum miliaribus æstimatur. 164
Vicini quinam. 228
Vicinitas quomodo æstimanda. 228
Vineta vrbs Wandaliæ. 92
Vina insularia. 136
Visurgis ab vtraque ripa diuersos dominos recipit. 233
Vitium primi acquirentis an ad successorem transeat. 327
Vndergang in Rheno quid. 491
Vniuersitas quandoque vnius instar. 154
Vogelfrey quinam. 199
Vrbana prædia incrementum recipiunt. 421
Vrbs pensiles. 91
Vrbem maritimam mediterraneam facere. 352
Vrbium maritimarum incrementa ex nauigationibus dependent. 385
Vrbes aquis circumdatæ. 28
Vrsi albi in Insulis septentrion. 131
Vtilius semper in Rep. præferendum est. 126
Vtilitas publica priuatæ præfertur. 114
Vtilitas proximum locum occupat. 3
In pecunia numerata consistit. 4
Vtilitas in iure populariter accipitur. 6
Vtile vulgo ex quæstu æstimatur. 4
Vtilitas summus occupantium finis. 321
Vsucapio & præscriptio quomodo differant. 273
Vsus feudales communiter recepti. 123

W

Werder Germanis quid notet. 18

Z

Zipangi insula, alias Iaponia. 61

FINIS.

FRANCOFVRTI

Typis Egenolphi Emmelij, Sumptibus PETRI KOPFFII.

Anno M.DCXXIV.